MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO I.

LEGVM NATIONVM GERMANICARVM

TOMVS I.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCII.

LEGES
NATIONVM GERMANICARVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS

RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMVS I.

LEGES VISIGOTHORVM.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

MDCCCCII.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

LEGES VISIGOTHORUM

EDIDIT

KAROLUS ZEUMER.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCII.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Prodeunt nunc post praeviam antiquiorum legum editionem omnes regum Visigothorum leges aliaque iuris Visigothici monumenta, quae supersunt. Iam ante nos in hac re elaboraverunt viri docti b. m. Heinricus Knust, Iohannes Merkel, Fridericus Bluhme. Feliciores praecessoribus illis morte praeventis opus exegimus, grato animo iis usi, quae illi collegerunt, contulerunt, digesserunt. Omnia tamen denuo inquisivimus, recensuimus atque operis rationem instituimus, ita ut editionem re vera nostram esse profiteri liceat. Quorum adhibuimus collationes vel exemplaria in hoc opere perficiendo hi sunt viri docti: G. Baist, K. Hampe, B. Violet et b. m. F. Bluhme, G. Heine, H. Knust, I. Merkel. Ut Alarici commonitorium aliaque ei coniuncta ex nova sua recensione exhibeamus, Theodorus Mommsen liberaliter concessit. Auxilium autem et consilium nobis praestiterunt viri docti, amici, socii R. Arnold, K. Hampe, A. Heusler (Berolinensis), E. Hübner b. m., H. Lebègue, A. Müller, H. Omont, M. Tangl, A. Werminghoff. Ex quibus optime de hac editione meritus est A. Werminghoff, qui et plagulas perlegit, correxit, et indicum componendorum laborem suscepit. Quibus omnibus gratias habemus maximas.

Hoc volumen multa certe utilia praebet, neque vero omnia eiusdem valoris, cum preciosissima illa antiquissimarum legum Germanicarum fragmenta Euriciana, tum nonnulla capita fere nullius momenti. Satis superque repetita et variata sunt verba illa, quibus de legibus Visigothorum saeculi VII. iudicarit Carolus de Montesquieu[1]*; quae ne in omnes quidem eius aevi leges convenire videntur, sed in eas solas, quas clerici scripserunt; minime vero in antiquiores. Immerito ergo iudicium illius caute limitatum indiscrete ad omnes extenditur. Plerique enim viri docti Gothicas leges haud magni aestimare solent. Iuris Romani investigatores eas quasi barbarorum spernunt; qui vero iuris Germanici origines scrutantur easdem quasi Romanas paene reiciunt. Tamen non solum Germanici iuris antiquissimi vestigia nonnulla praebent, sed etiam documenta institutorum Romani iuris, de quibus alia tacent monumenta. Ius autem mixtum illud ex vitae inter Gothos et Romanos communitate exortum, quod praeformasse videtur ius commune post alteram Romanarum legum receptionem vel invasionem in Germania excultum, nonne est res digna studiorum? Una ex despectionis causis fuisse videtur editionum priorum insufficientia, legum textus confusos et interpolatos praebentium. Vir peritissimus fontium iuris Germanici b. m. Otto Stobbe*[2] *opinatus est, ab alia nulla Monumentorum nostrorum legum editione tantum esse sperandum quantum a Visigothicarum editione. En editio ista, quae leges genuinas, digestas, castigatas offert. Adiuvet, speramus, ut leges illae magis studiose legantur et perquirantur, quam negligantur et inepte vituperentur.*

Data Berolini d. V. mensis Septembris a. MDCCCCII.

KAROLUS ZEUMER.

1) *'De l'esprit des lois' l. XXVIII, c. 1: 'Les lois des Wisigoths, celles de Recessuinde, de Chaindasuinde et d'Egiga sont puérils, gauches, idiotes; elles n'atteignent point le but; pleines de rhétorique et vides de sens, frivoles dans le fond et gigantesques dans le style'.* 2) *'Geschichte der Deutschen Rechtsquellen' I, p.* 73.

HOC TOMO CONTINENTUR:

PRAEFATIO.

Praemisso conspectu librorum et commentariorum, ad quos lectorem remittimus, in quattuor capitibus de fontibus hoc tomo comprehensis disseremus.

Friderich Blume (postea Bluhme), Die Westgothische Antiqua oder das Gesetzbuch Reccared I. (Halle 1847).

— Zur Texteskritik des Westgothenrechts und Reccared's Leges antiquae (Halle 1872, subiectus est tractatui novo auctoris eiusdem antiquior libellus).

Heinrich Brunner, Deutsche Rechtsgeschichte I (Leipzig 1887), p. 320 sqq.

Felix Dahn, Westgothische Studien (Würzburg 1874). Cuius operis caput primum, p. 1—52, sub titulo 'Zur Geschichte der Gesetzgebung bei den Westgothen' iam anno 1872 cusum et ab universitate Würzburgensi gratulabunda universitati Monacensi oblatum est.

— Die Könige der Germanen V (Würzburg 1870); VI. editio 2. (Leipzig 1885).

Augusto Gaudenzi, Un' antica compilazione di diritto Romano e Visigoto con alcuni frammenti delle leggi di Eurico (Bologna 1886).

Ernst Theodor Gaupp, Ueber das älteste geschriebene Recht der Westgothen in Germanistische Abhandlungen (Mannheim 1853) p. 27 sqq.

Gustavus Haenel, Lex Romana Visigothorum (Lipsiae 1849) Praefatio p. XCVI sq.

Adolf Helfferich, Entstehung und Geschichte des Westgothenrechts (Berlin 1858).

Don Manuel de Lardizabal y Uribe, Discurso sobre la legislacion de los Wisigodos y formacion del Libro ó Fuero de los jueces e su version castellana, in Fuero juzgo en latin y castellano (Madrid 1815 fol.) post praefationem p. IV—XLIV.

Federico Patetta, Sui frammenti di diritto Germanico della collezione Gaudenziana. (Estratto dall' archivio giuridico LIII, fasc. 1. 2, Bologna 1894).

Otto Stobbe, Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I (Braunschweig 1860) p. 72 sqq.

Georg Waitz, Die Redaction der Lex Wisigothorum von König Chindasuinth, Nachrichten der Götting. Ges. d. Wiss. 1875, Nr. 15, p. 415 sqq., repetitum in Gesammelte Abhandlungen I, p. 391 sqq.

Karl Zeumer, Praefatio editionis praeviae: Leges Visigothorum antiquiores (Hannoverae et Lipsiae 1894).

— Eine neuentdeckte westgothische Rechtsquelle, N. Arch. XII, p. 389 sqq.

— Ueber zwei neuentdeckte westgothische Gesetze: I. Das Processkostengesetz Königs Theudis; II. Der Titel: De nuptiis incestis des Codex Euricianus, N. Arch. XXIII, p. 72 sqq.

— Geschichte der westgothischen Gesetzgebung I, N. Arch. XXIII, p. 419 sqq.; II, N. Arch. XXIV, 39 sqq.; III, ibidem p. 571 sqq.; IV, N. Arch. XXVI, p. 91 sqq.

— Zum westgothischen Urkundenwesen, N. Arch. XXIV, p. 13 sqq.

— Die Chronologie der Westgothenkönige des Reiches von Toledo, N. Arch. XXVII, p. 409 sqq.

Caput I.

De legibus Visigothorum[1].

Isidorus metropolitanus Hispalensis in historia sua Gothorum c. a. 624, *rege Sisebuto regnante, scripta refert c.* 35 *(Chronica min. ed. Mommsen II, p.* 281*) de rege Eurico (a.* 466—485*):* Sub hoc rege Gothi legum instituta scriptis habere coeperunt; nam antea tantum moribus et consuetudine tenebantur, *et c.* 51 *(l. c. p.* 288*) de Leovigildo rege (a.* 568—586*):* in legibus quoque ea, quae ab Eurico incondite constituta videbantur, correxit, plurimas leges praetermissas adiciens, plerasque superfluas auferens. *Quaeritur, cuius momenti sint haec verba Isidori.*

Cum de nulla post Leovigildum facta legum renovatione mentionem faceret, haud dubie leges a Leovigildo revisae Isidori tempore in vigore et usu persistebant. Post Leovigildum corpus legum ante Reccessvindum non renovatum esse testatur etiam ipse Reccessvindi Liber iudiciorum; qui leges post Leovigildum latas, scilicet a Reccaredo I. filio Leovigildi, a Sisebuto, a Chindasvindo et ab ipso Reccessvindo, sub inscriptionibus regum illorum praebet, antiquiores omnes, utpote ex Leovigildi corpore, ubi singularum legum auctores non distinguebantur, sumptas, sub rubrica ANTIQUA *continet. Quae cum ita sint, dubitare non possumus, quin Isidorus quae de Leovigildi legislatione referat ex ipsius Leovigildi corporis prologo sive superscriptione exceperit. Nam vel edictum vel prologum de legum corporis promulgatione, qualem habent et Edictum Theoderici et Alarici II. corpus legum Romanarum et Gundobadi lex Burgundionum et Rothari edictus, nec non ipsarum Visigothicarum legum corporis formae Reccessvindiana et Ervigiana, talem etiam Leovigildi corpus legum renovatum habuisse, quis est qui dubitet? Unde enim Isidorus nomen renovatoris, Leovigildi regis, rationem renovationis, immo etiam nomen ipsius primi auctoris legum, Eurici regis, sumere potuit, nisi ex prologo illo? Quem eum prae oculis habuisse ex eo etiam apparet, quod iisdem fere verbis utitur, quae in prologo Edicti Rothari de legislatione referunt; ubi haec leguntur:* necessarium esse prospeximus presentem corregere legem, quae priores omnes renovet et emendet et quod deest adiciat et quod superfluum est abscidat. *Quae quidem magis et inde a* quae priores *quidem ad litteram conveniunt cum principio novellae* 7. *Iustiniani formae Latinae, quam Authenticum praebet:* Unam intentionem hanc semper ponimus, omne quicquid prius imperfectum aut confusum videbatur, hoc et expurgare et perfectum ex imperfecto declarare. Quod etiam in omni legislatione facientes, credimus oportere et in alienationibus, quae fiunt super sacris rebus, una complecti lege, quae priores omnes et renovet et emendet et quod deest adiciat et quod superfluum est abscidat. *Verba tamen, quae cum prologo Edicti conveniunt, auctor eius non ex ipsa novella, sed ex Leovigildi prologo novellam imitanti sumpsisse videtur.*

Summa itaque fide digna sunt quae refert Isidorus. Quibuscum optime conveniunt monumenta, quae supersunt, legislationis Visigothicae.

Reccessvindus in corpore suo legum leges omnes, quae sunt ante Reccaredum, hoc est a Leovigildo eiusque praedecessoribus latae, sine nomine regis tradit, 'antiquas' eas vocando, utpote ex antiquo legum codice depromptas, quem Leovigildus Isidoro teste emendavit, auxit, renovavit.

Antiquis autem illis antiquiores haud dubie leges praebent fragmenta corporis legum Visigothicarum in codice palimpsesto bibliothecae Parisinae nationalis Lat. 12161, *servata. Fragmenta illa non post saeculum VI. scripta esse, codex probat; sententiae vero, quas referunt, antiquiores sunt Lege Romana Alarici II. a.* 506 *promulgata. 'Antiquae'*

1) *Cf. H. Brunner, 'D. Rechtsg.' I, p.* 320 *sqq. et praefationem meam editionis minoris et quae exposui in commentariis meis 'Geschichte der westgothischen Gesetzgebung. Allgem. Theil' in 'N. Arch.' XXIII.*

autem Leovigildi cum his comparatae ita fere ab eis distant, sicut secundum Isidorum Leovigildi ab Eurici legibus distabant. Fragmenta itaque Eurico tribuere debemus.

Fundamentis itaque probatis ipsam legislationis Visigothicae historiam breviter enarrabimus. Euricus haud dubie principalis legislator Visigothorum erat, legum codicem condens, qui cum per plenum saeculum in integritatis suae forma, tum in forma a Leovigildo renovata per alia septem octove decennia legis vigorem obtinuit. Neque vero primus inter reges Visigothorum Euricus leges condidit. Ipse enim in legibus suis c. 277 *patris et, ut videtur,* c. 305 *decessorum leges allegat. 'Leges Theodoricianas' etiam, quarum mentionem facit Appollinaris Sidonius in epistula II, 1, c. a.* 469 *vel* 470 *scripta (Auct. ant. VIII, p.* 21 *sq.), veras regis Visigothorum leges, puta Theoderici I, patris Eurici, fuisse persuasum mihi habere persevero. Euricus autem suas et decessorum suorum leges collegisse, supplevisse, digessisse et in certam codicis formam redegisse videtur, id quod inter Burgundiones fecit Gundobadus. Itaque non obstantibus legibus decessorum Euricus sicut et Gundobadus proprie dici potest princeps legislator populi sui. Eurici codicem non ante a.* 469 *publicatum esse ex epistula illa Sidonii effici videtur; ante* a. 481 *autem, et pluribus quidem annis antea, id factum esse ea docent, quae* c. 277 *de exceptione praescriptionis tricennalis continet. Cf. 'N. Arch.' XXIII, p.* 439. 460 *sqq.*

Codex, quem promulgavit Euricus, leges exhibuit cum Gothis, tum etiam Romanis cum Gothis litigantibus. In causis vero, quae inter solos Romanos vertebantur, ius et leges Romanorum in vigore remanebant. Erant autem fontes Romani iuris tunc diffusi et haud facile adeundi, praesertim hominibus rusticioribus et minus doctis, qui illo aevo iudicum officio fungebantur. Quod animadvertens Alaricus II. rex, filius Eurici, collectiones constitutionum, quae tunc in usu erant, puta Theodosianum, Gregorianum et Hermogenianum codicem, Theodosii II. et successorum principum novellas, scripta iureconsultorum tunc temporis maxime usitata, scilicet Gai librum, Pauli libros sententiarum, Papiniani responsorum librum, excerpi vel clariori interpretatione ornari omniaque in unum librum colligi fecit eumque solum in iudiciis regni sui admitti praecepit, reliquis omnibus fontibus iuris Romani exclusis. Hunc codicem a. 506 *promulgatum, tunc temporis ex partis prioris et praestantioris totius operis nomine Theodosianum corpus vel similiter nuncupatum, nos vocamus Legem Romanam Visigothorum seu Codicem vel Breviarium Alarici.*

Codices itaque Eurici Gothis, Alarici Romanis leges exhibuerunt, quae conditio usque ad medium fere saeculum VII. perdurabat. Nam etiam Leovigildus inter a. 568 *et* 586 *codicem revisum et renovatum Gothis solis neque etiam Romanis dedit. Quae vero legum diversitas legaliter perseverans prohibere non potuit, quin iuris communitas, quam vitae communitas exegit, inter utramque gentem nasceretur. Gothi iam pridem, cum in Gallia advenerant, non pauca ex iure Romanorum usu receperant, veteris iuris proprii institutis nonnullis abolitis. Romani autem iureconsulti, qui Eurici decessorumque leges dictabant, formabant eas ad exemplum Romanarum legum; itaque iam codex Eurici magis leges Romano-Gothicas quam mere Gothicas continuit. Accedit, quod omnia, quae ad ordinem iudiciorum spectabant, iam Tolosani regni temporibus utrique genti communia erant legibus instituta. Habemus etiam inde a saeculo VI. communes quasdam utrique genti leges. Quale est edictum illud de sumptibus et expensis litium a Theudi rege datum a.* 546, *quod non solum Theodosiano codici inseri, sed etiam omnibus populis regni sui ad observandum proponi rex praecepit. Eodem modo Reccaredus I. leges postea in lege Visigothorum receptas dedit non alteri utriusque gentis, sed vel omnibus regni sui incolis, ut III,* 5, 2 *(cf.:* cuiuslibet gentis homines*), vel omnibus iudicibus suis vel officialibus, ut XII,* 1, 2, *vel, ut XII,* 2, 12, *Iudaeis, neque vero aut solis Romanis aut solis Gothis. Post Reccaredum autem cum Gothis ad catholicam*

conversum ecclesiam concilia Toletana leges promulgabant universales, auctoritate regia confirmatas, neque vero ad solas res ecclesiasticas spectantes. Itaque ipsis legibus communi utrique genti iuri faventibus, quanta fuerit re vera iam decennio secundo saeculi VII. inter Romanos et Gothos confusio et communitas iuris, collectio illa formularum demonstrat, quae sub Sisebuto rege Cordorae scripta est[1].

Quae cum ita essent, res ipsae communem utrique genti legum codicem exigere videbantur. Suscepit hoc opus Chindasvindus, iam senex rex factus, anno, si recte interpretamur legem de promulgatione Legis Visigothorum, II, 1, 6, *secundo regni sui, Reccessvindus filius perfecit. Chindasvindus enim leges, quarum magnus superest numerus in corpore legum, sive omnes sive plerasque promulgasse videtur respectu futuri corporis illius legum omnibus gentibus regni sui communium.*

Quod corpus legum inscriptum, ut videtur, 'Liber iudiciorum', a nobis Lex Visigothorum Reccessvindiana dicta, Reccessvindus rex anno secundo post mortem patris, scilicet a. 654 *edidisse videtur. Edictum de promulgatione corporis legum, quod continetur lege II,* 1, 5, *incipienti verbo 'Quoniam', de tempore nihil refert atque interpretibus magnas praebet difficultates. Ipsa legis verba mihi quidem non aliter intelligenda videntur, nisi de legum collectione a Chindasvindo anno secundo regni sui coepta, nunc vero a Reccessvindo completa et publicata. Quod autem voluit G. Waitz, legem 'Quoniam' ad exemplum antiquioris legis Chindasvindi factam esse, quae ad promulgandum corpus legum quoddam Chindasvindi inde ab anno secundo illius valiturum spectasset, id fieri potuisse haud ita plane negaverim*[2]. *Inde fortasse rubrica, in textum Reccessvindianum non quadrans, sumpta est, inde etiam quaedam verba Ervigii legis 'Pragma' II,* 1, 1, *pariter atque legis 'Quoniam' recipi potuerunt. Chindasvindi autem edictum illud una cum corpore legum eius praeparatum quidem, neque vero promulgatum esse existimo.*

Reccessvindum legum corpus non quidem ante d. 18. *Februarii a.* 654. *edidisse satis constat, cum ultimum caput placitum Iudaeorum contineat d.* 18. *Febr. anni illius datum. Quod autem haud ita multo post, eodem fere anno, factum esse videtur. Chindasvindus pater d.* 30. *Sept.* 653 *obiit. Medio mense Decembri eiusdem anni filius congregavit concilium VIII. Toletanum, cui d.* 16. *Dec. in prima sessione tomum suum proposuit, in quo et a patribus concilii petivit, ut sibi consilium ferrent de legibus emendandis* (in legum sententiis, quae aut depravata consistunt aut ex superfluo vel indebito coniecta videntur, nostrae serenitatis accommodante consensu, haec sola, quae ad sinceram iustitiam et negotiorum sufficientiam conveniunt, ordinetis[3]), *et denuntiavit se apostasiam Iudaeorum baptizatorum repressurum* (Iudaeorum scilicet et vitam mores-que *etc.*[4]). *Unde efficitur regem iam tunc temporis de legislatione cogitasse, quam perfecit corpus illud promulgando, in quo non solum leges de Iudaeis in pristinam vitam et fidem relapsis, ut demonstrat XII,* 2, 18, *iam ante d.* 18. *Febr.* 654 *latas, sed etiam legem II,* 1, 6, *quam ad propositum, sibi ab ipso concilio factum, iam ante concilium consummatum promulgaverat, cum aliis multis novellis legibus recepit. Quibus de causis haud facile dubitari potest, quin Reccessvindus Librum iudiciorum non post a.* 654 *promulgaverit. Haesitans conicerim hoc ineunte anno secundo post mortem patris, h. e. kalendis Octobribus anni* 654 *factum esse.*

Wamba, qui Reccessvindo successit (a. 672—680), *non legum codicem renovavit, sed plures singulas leges novellas addidit. Post victum Paulum ducem rebellem promulgavit d.* 1. *Nov.* 673 *legem de promotione exercitus IX,* 2, 8. *Alias duas uno die, scil.* 23. *Dec. a.* 675, *de rebus et manumissis ecclesiarum edidit. Ex aliis*

1) *V. LL. Form. p.* 572 *sqq.* 2) *'Die Redaction der Lex Wisigothorum von König Chindasvinth' p.* 418 *sqq.* 3) *V. infra p.* 474, *l.* 3 *sqq.* 4) *Ibid. l.* 36 *sqq.*

duabus, altera quidem nomen Wambani ut auctoris sui exhibet, fide autem minus digna videtur (VI, 5, 21), altera vero, etsi sine auctoris nomine tradita, regi illi tribuenda videtur (IV, 2, 13 Nov. ad Recc.).*

Aliter atque Wamba successor eius Ervigius paulo post regnum mense Octobri a. 680 *susceptum de legum renovatione cogitavit. Similiter atque Reccessvindus in initio regni convocavit concilium eique, Toletano XII, d. 9. Ianuarii a.* 681 *tomum obtulit, in quo eodem fere modo atque ille de legibus emendandis disseruit:* Nam et hoc generaliter obsecro, ut, quidquid in nostrae gloriae legibus absurdum, quidquid iustitiae videtur esse contrarium, unanimitatis vestrae iudicio corrigatur[1]. *Novas autem leges contra Iudaeos iam tunc 'promulgatas', h. e. concilio propositas, esse dicit:* Leges quoque, quae in eorundem Iudaeorum perfidiam a nostra gloria noviter promulgatae sunt, omni examinationis probitate percurrite *etc.*[2] *Praeterea rex legem praedecessoris de exercitu promovendo se temperaturum pronuntiavit.*

Ervigio visum est, legum corpus a Reccessvindo institutum funditus esse renovandum. Totum librum iussit revideri. Ex legibus antiquioribus quasdam removit, permultas correxit, sive novas sententias interserendo, sive antiquas delendo vel mutando. Non paucas leges novellas adiecit, plerasque proprias, sed et Wambani tres. Leges novellas in Iudaeos latas et a concilio probatas uno titulo comprehendens codici subiecit (XII, 3).

Codicem ita renovatum inde a primo die anni regni sui secundi, a die unctionis computati, valere decrevit, sc. inde a die 21. *mensis Octobris a.* 681[3]. *Postea codici inserta est, fortasse rege ordinante, novella ipsius lex in confirmationem concilii Toletani XIII. d.* 15. *Nov. a.* 683 *data (XII, 1, 3).*

*Ervigio regi Egica successit (*687—702*), qui anno demum sexto post regnum susceptum leges tulisse videtur. Cuius rei testimonium habemus in tomo concilio Toletano XVI. die* 26. *mensis Aprilis a.* 693 *oblato, in quo rex, postquam de legibus quibusdam singularibus ferendis, inter eas etiam de nova constitutione de Iudaeis, exposuerat, haec monuit:* Cuncta vero, quae in canonibus vel legum edictis depravata consistunt aut ex superfluo vel indebito coniecta fore patescunt, accommodante serenitatis nostrae consensu in meridiem lucidae veritatis reducite, illis procul dubio legum sententiis reservatis, quae ex tempore divae memoriae praecessoris nostri domini Chindasvinti regis usque ad tempus domini Wambanis principis ex ratione depromptae ad sinceram iustitiam vel negotiorum sufficientiam pertinere noscuntur[4]. *Adhortatur rex patres ad emendandas leges praeter illas, quas Chindasvindus, Reccessvindus, Wamba tulerunt. Quod quem effectum habuerit, nescimus. Id autem patet, Ervigii leges emendatione indigere regi visas esse. Qua cum re optime convenit, quod Egica in legibus suis novellis Ervigii leges vituperat, emendat, reicit vel ab eo reiectas restituit; cf. II, 4, 8 cum II, 4, 6. 7; VI, 5, 13*; VI, 1, 3 cum VI, 1, 2. Etiam canonis 2. concilii Toletani XIII. ab Ervigio confirmati effectum moderatus est lege sua novella II, 5, 19. Alia quidem lege novella sententiam legis Reccessvindi similiter reicit; cf. X, 2, 5 cum X, 2, 4. Minime vero Egica novam formam vel editionem paravit; sed singulas tantum leges suas novellas corpori legum Ervigiano inseri vel adcapitulari iussit. Quod efficitur et ex forma et argumento legum supra dictarum et ex eo, quod inter libros manuscriptos ne unus quidem universas Egicani novellas praebet, sed alii alias exhibent, neque eas eisdem semper locis insertas. Quindecim novellas libri manuscripti Egicano attribuunt, ex quibus unam (V, 7, 20) quidam codices et illi et filio Witizano adscribunt, aliam (VI, 1, 3) unus ex codicibus soli filio tribuit.*

1) *V. infra p.* 476, *l.* 13 *sqq.* 2) *V. p.* 475, *l.* 32 *sq.* 3) *Cf. II,* 1, 1 *et p.* 45, *n.* 1. 2. 4) *V. p.* 483, *l.* 15 *sqq.*

Ervigiana corporis legum forma ultima mansit a legislatore quodam facta. Postea librarii, quas quisque Egicani vel Witizani novellas adipisci potuit, interdum etiam capita ab Ervigio reiecta vel mutata ex antiquiori corporis forma receperunt. In solis codicibus hoc modo auctis, quos nomine formae vulgatae comprehendimus, quamvis non unius revera sint formae, antiquiores editiones, immo omnes praeter nostras nisae sunt.

Restat, ut breviter disseramus de capitibus VII—XX Collectionis iuris Romano-Visigothici, quae in Supplementis denuo edidimus. Consentiunt, ut opinor, plerique viri docti in eo, quod Augusto Gaudenzi, qui ea invenit, erravit, cum ea fragmenta legum Euricianarum esse contenderet. De tempore vero et patria eorum non eadem est consensio. De qua re post commentarium meum in N. Arch. XII, p. 397 sqq. publicatum disseruerunt H. Brunner, 'D. Rechtsgeschichte' I, p. 325 et A. B. Schmidt, in 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung' IX, p. 236 sq. et XI, p. 215 sq. Novissime autem iterum ipse quaedam exposui 'N. Arch.' XXIII, p. 465 sqq. H. Brunner suspicatur capita non post medium saeculum VI. composita esse, A. B. Schmidt ea post a. 536, verisimiliter ante a. 550 scripta esse existimat; quod Brunner factum esse suspicatur in ea parte Provinciae, quae a. 477 ab Eurico subiecta, per aliquod tempus a Burgundionibus tenebatur, a. 510 vel 523 autem a Theoderico Ostrogothorum rege capta est. Cui Schmidt assentitur. Ego vero ex Septimania originem capitum ducere malim.

Ibi valebant per totum saeculum VI. leges Codicis Euriciani vel secundum formam principalem vel secundum formam renovatam ab Leovigildo. 'Edictum regis' autem, quod saepius allegatur in his capitibus, Euricianum esse codicem etiam Brunner et Schmidt concedunt. Theoderici edictum vero, ex quo nonnulla ex capitibus illis hausta sunt, quin una cum aliis Ostrogothorum legibus et institutis usque ad annum 526 in Septimania valuerit, secundum ea, quae F. Kiener nuper exposuit[1]*, non dubitaverim. Auctorem autem in Provincia scribentem Eurici codicem post terram illam a. 536 in Francorum ditionem traditam simpliciter 'regis' edictum appellasse, minime crediderim. Immo existimo codicem illum ita solummodo allegari potuisse regnante rege, qui eum promulgavit, sive ipso Eurico, sive Leovigildo, qui eum renovavit. Cum vero sub Eurico capita illa non sint scripta, sub Leovigildo ea in Septimania ad supplendum codicem legum renovatum vel privatim scripta, vel a duce vel praeside provinciae illius edicta esse existimo. Quod contra hanc meam opinionem allatum est, capita quaedam vestigia legum Burgundionum (c. 13 Legis Burg. 19, 3, c. 7 et 9 Legis Romanae Burg. 10. 37) exhibere, vix concesserim.*

Caput II.

De codice Euriciano.

Ex tribus, ut ita dicamus, fontibus hauriendae sunt legum Eurici sententiae, ex codice palimpsesto Parisino, tum ex Lege Baiuvariorum, denique ex legibus corporis Reccessvindiani. Primum de codice palimpsesto agamus.

Codex Parisinus Lat. 12161, olim Corbeiensis, deinde Sancti Germani Paris. ('Saint Germain des Prés') 1278, 8⁰. Cf. de hoc codice 'Nouveau traité de diplomatique' I, p. 483; III, p. 52 sq. 150 sqq.; IV, p. 458 sq.; 'Archiv' VII, p. 719; VIII, p. 114; Blume, 'Die westgothische Antiqua' p. III sqq. — Codex rescriptus continet Hieronymi et Gennadii libros 'De viris illustribus' saec. VII. vel VIII. litteris Merovingicis cursivis, quae dicuntur, scriptos. Antea autem in nonnullis foliis Codicis Euriciani leges scriptae erant litteris uncialibus saec. VI. Fragmenta vel singula vestigia Codicis Euriciani exstant in paginis 83—86. 91—94. 103—106. 139—144, paginis ergo duo-

1) *'Verfassungsgeschichte der Provence' (Lipsiae 1900) p. 7 sq.*

deviginti vel foliis novem. Quorum autem foliorum quattuor non ex singulis, sed ex binis antiquioris codicis foliis formata sunt: qua re factum est, ut folia 13 seu paginas 26 antiqui legum codicis vel fragmenta eorum habeamus. Ordo antiquus foliorum efficitur ex capitum numeris singulis codicis constitutionibus praefixis. Quaternionis signum ·X· antiqui codicis, quod legitur in margine inferiori paginae 84, probat hanc paginam antiqui codicis ultimam quaternionis decimi, paginam ergo 160 fuisse. Quaternionis X. antiqui codicis folia octo vel eorum fragmenta servata sunt. Cetera folia quinque ad quaternionem XI. pertinuerunt, cuius erant fol. 2—6, *foliis* 1. 7. 8. *amissis. Servatae ergo sunt antiqui codicis paginae* 145—160. 163—172 *vel earum fragmenta. Quod ad singularum paginarum ordinem attinet, noster ab eo, quem Fridericus Bluhme instituit, eo tantummodo differt, quod nos paginam* 144 *novi codicis paginam* 163 *antiqui, paginam* 143 *novi codicis paginam* 164 *antiqui formasse pro certo habemus, ille autem paginam* 144 *etiam in antiquo codice post paginam* 143 *fuisse existimavit. Comprehendunt paginae* 145—172 *Codicem Euricianum inde a capite* 276 *usque ad caput* 336. *Ostendunt fragmenta Codicem in capita continuo numerata et in titulos non numeratos, quorum quisque complura capita continuit, divisum fuisse. Tria titulorum lemmata continent fragmenta, scilicet ante capita* 278. 286. 320, *quinque autem certe titulorum habemus capita.*

Fragmentorum exemplaribus, quae fecit b. m. H. Knust Parisiis a. 1840, *usus est Bluhme, qui perperam leges illas Reccaredo I. attribuit, ad editionem suam parandam:* 'Die westgothische Antiqua oder das Gesetzbuch Reccared I', *Halae Saxonum* 1847. *Quibus etiam nos usi sumus in editione priori nostra publicata in libro intitulato: Leges Visigothorum antiquiores edidit Karolus Zeumer (etiam s. t.: Fontes iuris Germanici antiqui in usum scholarum ex Monumentis Germaniae historicis separatim editi) Hannoverae et Lipsiae* 1894. *Dedimus autem ibi textum non paucis locis emendatum, inspectis notis illis, quibus A. Anschütz de revisione codicis rettulit in* 'Archiv' XI, *p.* 215 *sqq., et ipso codice a.* 1888 *a me quam accuratissime perlustrato.*

Nunc vero denuo prodit fragmentorum Codicis Euriciani textus priore emendatior, postquam et ipsum codicem iterum iterumque ipse perscrutatus sum et exemplaria singularum paginarum arte photographica facta non frustra, neque vero tali effectu qualem antea speraveram, adhibui. Praeter cetera id doleo, quod capitis 320, *quo de successione agitur, quamquam pleniorem praebemus textum, non integrum potuimus offerre. Quae non lecta, sed suppleta sunt, uncis quadratis inclusimus, haud certo lecta extra, haud certo supplenda intra uncos cursivis litteris expressa sunt. Quae in codice non scripta, sed per negligentiam scriptoris omissa sunt, inter haec signa* 〈 〉 *supplevimus.*

Ad supplenda Codicis fragmenta praesto erant et Lex Baiuvariorum, cuius auctores Codice Euriciano haud dubie usi sunt, et Reccessvindi Liber iudiciorum vel Lex Visigothorum.

Habemus casu satis miro in Lege Baiuvariorum nonnulla capita, immo integros fere titulos servata, quae etiam codex Parisinus palimpsestus praebet. Cum vero his locis Lex Baiuvariorum haud raro cum fragmentis magis conveniat quam cum legibus corporis Reccessvindiani, etiam ea capita Legis Baiuvariorum, quae cum Lege Visigothorum plus minusve conveniunt, ita, ut sunt in Lege Baiuvariorum, in Codice Euriciano exstitisse existimamus. Itaque restituimus nonnullas Codicis Euriciani leges ex Legis Baiuvariorum consensu cum Lege Visigothorum, alias vero ex altera sola utriusque legis.

Restitutorum capitum quaedam suo loco inter codicis fragmenta dare potuimus. Respondent enim ex parte capiti 276 *Codicis Euriciani, quo initio mutilo incipiunt*

fragmenta codicis palimpsesti. L. Vis. X. 3. 5 et L. Baiuv. 12. 5—7. *Itemque respondent inter se in utraque lege praecedentia capita. L. Vis. X.* 3, 2—4 *et L. Baiuv.* 12, 1—4. *Haud dubie eadem capita eodem modo etiam in Euriciano codice praecesserunt capiti* 276. *Quare eorum sententias sub numeris* 274. 275, *in duo capita divisa, capiti* 276 *praemisimus. Capitis autem ipsius* 276 *initium, et in fragmentis deficiens et in Lege Baiuvariorum non receptum, ex L. Vis. X,* 3, 5 *restitui debuit. Infelici autem casu sententia, quae in fragmentis prima est eaque initio mutila, omnino omissa est in Antiqua illa Legis Visigothorum; ideoque ausus sum priorem sententiae partem e coniectura supplere*[1].

Alia capita ex Lege Baiuvariorum restituta, quae quibus locis Codici Euriciano inserta fuerint, nescimus, codicis Euriciani fragmentis sub numeris 1—15 *subiecimus.*

Caput III.

De lege Visigothorum vel Libro iudiciorum.

Corpus legum a Chindasvindo institutum, a Reccessvindo absolutum, ab Ervigio renovatum et ab eius successoribus auctum, divisum est in libros XII, libri in titulos, tituli in eras, ut utamur forma vocis antiquiori, a Visigothis certe inde a saeculo VI. usurpata, quae a modernis 'aera' scribitur. Loco vocis 'era' nos similiter atque interdum codicum scriptores saepius voce 'caput' vel 'capitulum' utimur. Era unaquaeque, si omittimus librum I. praefationem, non leges continentem, et pauca capita alius argumenti, legem, sive 'antiquam', hoc est aut ex codice Euriciano a Leovigildo renovato aut fortasse ex legum Romanarum codice Alariciano sumptam, sive regis post Leovigildum legislatoris praebet. In forma Reccessvindiana erae singulae aut nullam praebent, aut unam ex his inscriptionibus: ANTIQUA *aut* FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX *aut* FLAVIUS CHINDASVINDUS REX *aut* FLAVIUS SISEBUTUS REX *aut* FLAVIUS RECCAREDUS REX.

Dubium est, quomodo Ervigii iureconsulti renovationis auctores inscriptiones tractaverint. In optimo Ervigiani corporis codice (E 1*) inscriptiones plerumque aut omissae, aut post in margine vel supra rubricam aliena manu adscriptae sunt. In codice alio (E* 2*) rarius omissae sunt. In codicibus formae vulgatae, quibus forma Ervigiana fundamento est, partim omissae, partim scriptae, partim superflue compilatae sunt. Suspicor auctores formae Ervigianae legum antiquiorum, quas emendaverunt et haud raro prorsus immutaverunt, non retinuisse antiquas inscriptiones textui saepe contrarias. Immo, universas Reccessvindianae inscriptiones eos omisisse crediderim. Novellis autem legibus post Reccessvindum additis tam Wambani praecessoris quam ipsius Ervigii inscriptiones praeposuisse videntur, quas plerique codices manuscripti tradunt. Ervigius eodem modo atque Reccessvindus usum prioris legum formae prohibuit (II,* 1, 14 *Erv.), sed novae formae codices saepius hoc modo confecti esse videntur, ut antiquae formae codices corrigendo, inserendo, radendo vel alio modo delendo in novam legum formam redigerentur. Quo casu facile fieri potuit, ut Ervigianae formae codices et singula capita vel sententias, quae reicienda seu corrigenda erant, et inscriptiones, quae delendae erant, immutata retinerent.*

1) *Restitutionem et coniecturam meam haud ita certas esse concedo. Proposui locum sodalibus seminarii iuris Germanici Berolinensis in semestro hiemali* 1901—1902, *ubi v. d. Felix Schiller, Budensis, argute contendit, sententiam legis antiquae X,* 3, 5*:* Cum autem proprietas — helegerit, *non fuisse in Eurici c.* 276 *et lacunam ita esse supplendam, ut verba* Romani *et* fuerint *inter se iungantur. Dubitationes, quae ex argumentis eius mihi exortae sunt non leves, tandem omisi et restitutionem meam retinui.*

Codex antiquissimus formae Reccessvindianae continet solus antiquissimum nomen legis nostrae: LIBER IUDICIORUM, *quod manu antiqua, fortasse coaeva in fronte codicis (fol.* 1^{r}*) scriptum est.* Liber iudicum *praebent codd. V* 8. 13. 14. *et corruptelam* Liber goticum *V* 15. Liber iudicis *habuit codex ille, quem Petro Pithoeo dedit Franciscus Roaldesus.* Forum iudicum, *quod praebet V* 10, *in linguam Castilianam versum sonat 'Fuero de los jueces' vel 'Fuero juzgo'.* Lex Gotorum, *quod passim legitur in cartis Gallicis*[1]*, cur in regno Gothico non usurpatum sit, facile intelligitur.*

Nunc disseremus primum de codicibus manuscriptis, deinde de editionibus prioribus, tum de hac nova editione.

De codicibus manuscriptis.

Codices manuscripti, qui legem Visigothorum tradunt, aut Reccessvindi legis formam praebent, quos littera R distinguimus, aut formam revisam Ervigianam meram vel paucis Egicani novellis auctam, quos littera E notamus, aut denique formas inferiores, quos littera V signamus. Codices classis V vario modo compilati sunt. Ervigiana omnibus fundamento est, aucta cum capitibus formae Reccessvindianae aliisque quibusdam antiquioribus legibus extravagantibus ab Ervigio omissis, tum plerisque novellis Egicani vel filii eius Witizani legibus. Nunc singulos enumerabimus.

R 1. *Codex* ***Vaticanus*** *reginae Christinae* 1024 *(in pagina ultima fol.* 138^{v} *numerus vetus* 9211 *legitur)* 4°, *saec. VIII. in. litteris, quae dicuntur semiuncialibus, intermixtis meris minusculis, exaratus. Constat foliis* 138, *quorum* 1—137 *et* 138^{r} *Legem Visigothorum continent. In fronte fol.* 1^{r} *in angulo superiori recto titulus operis legitur:* LIBER IUDICIORUM. *Conspectus librorum et titulorum legibus ipsis praecedit. Librorum lemmata scripta sunt in circulis vel rubro vel viridi colore pictis; quales circulos etiam alii plerique legis codices in initiis singulorum librorum exhibent. Fol.* 138^{r} *post caput XII,* 2, 17 *corpus Reccessvindianum terminans et vocem* EXPLICIT *manu coaeva subiecta sunt duo capita in ipso contextu omissa II,* 1, 17 *(Recc.* 15*) et VI,* 5, 10, *sub his rubricis:* Lex ista de libro secundo, titulo primo, era XV, *et* Lex ista de libro VI, titulo V, era X. *Nomina regum in singularum legum inscriptionibus plerumque abbreviata sunt, quod quomodo singulis locis factum sit, in apparatu notavi; neque vero vocis* ANTIQUA *varias abbreviationis formas referre operae pretium duxi. Orthographica omnia, quae non in ipso textu retinui, in notis exhibeo.*

Fol. 138^{v} *in pagina nunc ultima legitur, manu, ut videtur, alia, sed coaeva litteris semiuncialibus scripta, Chronica regum Visigothorum, quam post legem edidimus infra p.* 457 *sqq. Fortasse casu tantummodo factum est, scilicet ex defectu codicis, quod series regum in Tulga terminatur.*

In inferiori parte folii 138^{r} *post leges vacua relicta alia manu fere coaeva cursivis litteris inserta sunt:* Incipit sermo sancti Augustini *etc. Etiam alia quaedam, quae fol.* 112^{v} *in margine inferiori Tironianis notis exarata leguntur, testante amico M. Tangl liturgica, vel certe theologica sunt. — Codicem contulit b. m. Iohannes Merkel. Ego codicem a.* 1901 *revolvens non pauca revisi; alia me rogante vv. dd. R. Arnold, A. Müller, A. Werminghoff reviserunt.*

R 2. *Codex* ***Parisinus*** *Lat.* 4668, *fol. olim 'S. Remigii vol. LIIII', deinde regius* 5192, 1, *saec. IX. Constat foliis* 158. *Continet fol.* 1—2^{v} *praefationem glossatoris:* Diligenti cura. *Ipsae glossae desiderantur. Sequitur fol.* 2^{v}—4^{v} *tabula librorum et titulorum Legis Visigothorum. fol.* 4^{v}—5^{v} Croneca regum Visegothorum *infra*

1) *V. ex. gr. Vaissete, 'Histoire de Languedoc' II. Tolosae* 1875. *Preuves nr.* 139. 15…

p. 457 sqq.): folia 5ᵛ—158 continent ipsum legis textum. Codicem contulit b. m. Fridericus Bluhme. Denuo eum bis ipse Parisiis revolvi a. 1888 *et* 1895.

R 3. *Codex Holkhamensis* 210. *saec. IX. ex. vel X. exaratus. Continet Collectionem iuris Romano-Visigothici, compilatam et ex diversis legum Romanarum corporibus, tam Iustinianis quam Anteiustinianis, et ex libris iuris Visigothici, in duos libros digestam. Liber prior continet capitibus* 7—20 *excepta quaedam ex libro iuris Visigothici saec. VI., quae infra p.* 469 *sqq. denuo edidimus, liber alter autem* 159 *leges ex corpore legum Reccessvindiano exceptas. Leges ex Reccessvindi libris IV, V, VI, VIII, IX, X, XI exceptae et ordine Reccessvindiano non servato numeris capitum continuis* 1—159 *signatae sunt. Quarum legum textum quamquam plurimis locis valde corruptum, tamen saepius adhibuimus ad lectiones dubias probandas, certas roborandas. De codice et de collectione, quam continet, cf. Augusto Gaudenzi, 'Un' antica compilazione di diritto Romano e Visigoto con alcuni frammenti delle leggi di Eurico' (Bononiae* 1886*), et quae inde rettuli 'N. Arch.' XII. p.* 389 *sq. — In folio paenultimo leguntur manu saec. XVI. scripta:* Debitur *(sic)* elemosina pro isto libro maiori ecclesie Ruvellensi a qua habui et accepi. Marinus Frecze P 1534. *Liber ornatus est armis Thomae Willelmi Coke. — Codicem in usum nostrum in Museo Britannico denuo contulit K. Hampe.*

R 4. *Codicis legum Visigothicarum formae Reccessvindianae fragmentum continet codex Musei Britannici Addit.* 33610 *fol.* 11. *Erat antehac Georgii Stephens Harniensis; cf. 'N. Arch.' XIII, p.* 240, *qui fragmentum dedit Museo Britannico a.* 1890. *Folium humiditate valde corruptum, habet* 27½ *centim. in altitudine,* 19 *in latitudine, in utraque pagina in duas columnas divisa praebet litteris saec. VIII. vel IX. scripta capita Reccessvindiana II,* 5, 15 *(editionis huius II,* 5, 17*) — III,* 1, 4. *Fragmentum contulit K. Hampe.*

E 1. *Codex Parisinus Lat.* 4418 *(olim Thuanus, deinde Colbertinus* 82, *regius* 4496*), fol., saec. X. scriptus. Continet fol.* 1—191 *epitomen Aegidianam Legis Romanae Visigothorum, Iuliani epitomen novellarum, leges Salicam, Ribuariam, Burgundionum, tum fol.* 191—292 *Legem Visigothorum Ervigianam. Praecedit legem fol.* 191ʳ *Chronica regum Visigothorum. Fol.* 290 *finit lex ultima formae Ervigianae XII,* 3, 27, *quam presso pede sequitur IV,* 2, 17 *sub rubrica:* Ex libro IIII, titulo II, capitulo XVII, *deinde pars quaedam capitis VI,* 5, 12 *formae Reccessvindianae inde a verbis:* et agitata *(infra p.* 275, *col.* 1, *l.* 2 *sqq.) sub rubrica:* Ex libro VI, titulo V, capitulo XII. — *Cf. de hoc codice 'Archiv' VII, p.* 728*; LL. III, p.* 516*; LL. nat. Germ. II,* 1, *Leges Burg. p.* 16*; Pardessus, 'Loi Salique' p. XV; G. Haenel, Lex Rom. Visigoth. p. LXXVI. — Legem Visigothorum in usum Monumentorum contulit iam a.* 1822 *F. C. Weber. Denuo eam contuli a.* 1895 *partim Parisiis, partim codice huc transmisso in bibliotheca regia.*

E 1ᵃ. *Codex Parisinus Lat.* 4669 *(olim Petri Pithoei, deinde Iacobi Augusti Thuani, Colbertinus* 2995, *regius* 4716, 2*), fol., saec. X. In fronte folii primi legitur bis nomen* P. Pithou *propria manu exaratum. Alia manus saec. XVI. addidit:* Legis Wisigothorum libri XII. Ex bibliotheca Petri Pithoei IC. *eadem fere atque in fronte editionis Pithoeanae leguntur. Foliis quibus constat codex* 112 *praebet Legem Visigothorum, praemissa Chronica regum Visigothorum. Textus eleganter et accurate scriptus, duabus columnis dispositus, litteris initialibus ornatus est, quae rubro colore penna, ut videtur, pictae ex parte miram elegantiam prae se ferunt. Prae ceteris perspicua est littera* M, *quam format corpus humanum, fol.* 42. *Textus tamen valoris nullius est, cum ad litteram fere descriptus videatur ex codice E* 1, *eius mendas omnes repetens, alias nonnullas addens. Quaedam capita per scriptoris neglegentiam omissa sunt, sc. III,* 1, 4*;* 4, 17*; IX,* 2, 9. *Lemmata capitum rubro scripta sub finem deficiunt, rubricatore ab opere*

suo desistente. Eodem modo atque in E 1 ad calcem addita sunt caput II, 2, 17 et pars capitis VI, 5, 12. Exempli tantum causa huius codicis lectiones notavi ad II, 1, 1. Capita per incuriam a scriptore omissa et alia, quae E 1 non praebet, manus saeculi XVI, sive Pithoei sive coaeva, supplevit partim in margine, partim in foliis chartaceis insertis. Hoc modo suppleta sunt II, 1, 7 (s. n. 1, 7, 19); III, 1, 4; 4, 17; 5, 6. 7; V, 7, 19 (s. n. 20); VI, 1, 3; 5, 13; IX, 1, 16 (s. n. 15); 2, 9, omnia ex codice V 6, excepto fortasse IX, 2, 9, quod caput nunc quidem una cum universo quaternione XVII. ibi deest. Codicem huc transmissum inspexi.*

E 1^b. Fragmenta codicis asservata in Archivio Alsatiae inferioris Argentinensi. Folia duo saec. XI. Pagina quaeque duas columnas, columna 36 versus habet. Textus nullius est momenti, cum nulla fere littera a textu codicis E 1, ex quo eodem modo atque E 1^a scriptus esse videtur, discrepet. Fragmenta ipse contuli, in editione non adhibui.

E 2. Codex Parisinus Lat. 4667 *(olim Colbertinus* 1995, *reg.* 5191, 3) *fol., saec. IX, litteris Visigothicis scriptus. Continet foliis 1—5^v Isidori Sententiarum libri III. capita quaedam, inde a verbis* adversi|tate turbatur *in III, 49 usque ad finem III, 57. Deinde sequitur series regum, terminans fol. 7. in verbis:* Et fuerunt reges Gotorum, qui regnaverunt, XL. *Deinde leguntur:* Miliarius habet stadia hocto. Hunus stadius habet dextros CXXV. *Tunc sequuntur:* Era DCCCLXVI sic venit Marohane ad Ierunda VI° ids hoctubres anno XIIII° imperante Ludouuico. *Quibus ex verbis H. Knust codicem a. 828. scriptum esse collegisse videtur. Foliis 7^v—186^v post conspectum titulorum Legem Visigothorum continet usque ad medium caput XII, 2, 16 (quod in hoc codice sub numero* XVII *sequitur nostrum XII, 1, 17), ubi reliquis foliis deperditis codex nunc finit. Textus exhibet formam Ervigianam iam paucis Egicani novellis auctam; quae tamen fere omnes in capitulorum indicibus omittuntur. Codicem contulit iam H. Knust; ego denuo eum contuli.*

V 1. Codex Skoklosteranus Nr. 22 (bibliothecae comitis de Brahe asservatae in castro Skokloster prope Upsalam) 8°, saec. XII. Folio 1. legitur Pa[ulus] Petavius 1610. *Alia notatio refert emptum esse codicem d. 23. April. a. 1752 Stockholmiae pretio* '21 ₰ 16 :|: kopparmynt' *pro bibliotheca Skoklosterana tunc comitis de Horn. Codex constat foliis 118, ex quibus 1—110 textum Legis Visigothorum continent, reliqua conspectum librorum, titulorum, capitulorum, cui subiecti sunt annales Hispanici minores. Textus in duabus columnis scriptus est; columna quaeque 36 versus habet. Non paucae additae sunt glossae, partim interlineares, partim in margine adiectae, neque vero omnes eadem manu, sed duabus manibus fere coaevis pleraeque scriptae sunt, singulae tertia manu recentiori. Glossae plerumque ad textum interpretandum ad alias eiusdem corporis leges remittunt, haud raro autem ad Corpus iuris civilis et interdum etiam ad Decretum Gratiani. Codicem a. 1863 exeunte huc transmissum*[1] *Alfredus Boretius b. m. contulit, glossas exemplavit. Breviter de codice rettulit G. H. Pertz in sessione Academiae regiae Borussicae d. 4. Febr. 1864, v. 'Monatsberichte der Königl. Akademie der Wiss. zu Berlin' p. 105 sq. Glossas ab hac editione secludendas duxi.*

V 2. Codex Gorlizianus bibliothecae societatis scientiarum Lusatiae superioris 8°, saec. XII. ex. vel XIII. in. (Codex fuit olim P. Clerici, deinde Nicolai Iosephi Foucault comitis Consistoriani, ex cuius bibliotheca emit eum cancellarius universitatis Hallensis de Ludewig; cf. Catalogum bibliothecae Ludewigianae manuscriptae p. 108, num. 538). Codex initio et in fine aqua ita affectus est, ut nonnulla folia legi nequeant. Constat

1) *Ut monet G. H. Pertz in schedis nostris: 'durch die auf Anordnung des Ministers v. Bismarck erfolgte Verwendung des Gesandten v. Rosenberg'.*

autem, ut videtur, duobus libris manuscriptis vel eorum reliquiis coniunctis, cuius unus (a) post alia continet Chronicam regum Visigothorum et librum primum legis, alter (b) legem inde a I, 1, 6. Codex prior (a) continet fol. 1—2[r] *commentationem de legibus, cuius pars maior legi nequit. Ultima sententia incipit verbis:* Facte sunt autem leges *etc.; in ultimo versu leguntur* dato supplicio. *Sequitur fol.* 2[v]. 3 *series illa regum, ubi regibus Gothorum additi sunt reges Francorum. Ultimum nomen regis, quem ipse auctor codicis scripsit, est Ludovici VII, qui regnavit a.* 1137—1180. *Cum vero anni regni eius itemque nomen et anni Philippi II. Augusti in loco raso alia manu post additi sint, Ludovico illo regnante codicem scriptum esse videtur. Cf. de hoc codice 'Archiv' VII, p.* 720—722. *Contulit c. a.* 1837 *legem Visigothorum Mauritius Haupt. Partem collationis nescio quo casu deperditam ego supplevi et seriem regum Visigothorum descripsi.*

V 3. *Codex Toletanus, armarii* 43. *nr.* 5 *(olim arm.* 26. *nr.* 1*), saec. X. ex. vel XI. Est editionis Matritensis Toletanus goticus ('El codice Toledano gótico'). De hoc et duobus sequentibus codicibus cf. 'Archiv' VII, p.* 720 *sq. Contulit G. Heine a.* 1845.

V 4. *Codex Toletanus, armarii* 43. *nr.* 6. *fol., saec. XIII. Contulit G. Heine a.* 1845.

V 5. *Codex Toletanus, armarii* 43. *nr.* 7. 4°. *saec. XII. Continet textum cum glossis. Textum contulit G. Heine a.* 1845.

V 6. *Codex Parisinus Lat.* 4670, 8° *olim Colbertinus* 4029, *regius* 5188. 5*, saec. XII. Constat foliis* 128. *Folia* 1. 2, *dudum aliena ab hoc codice, praebent homilias litteris Visigothicis scriptas, folia* 3—128 *Legem Visigothorum litteris Francicis scriptam. Constabat codex olim* 20 *quaternionibus signatis (I—XX). Ex quibus prima nunc deest, quae continuit seriem regum et conspectum titulorum, ut videtur, et initium textus usque ad verba* usus in speculo *(I, 1, 1); praeterea desunt quaterniones XIII. XVII. et folium ultimum quaternionis XX. Finit lex verbis* ad se pertinere *(XII, 3, 26). Non paucae additae sunt glossae et interlineares et marginales. Glossae interlineares, in prioribus legis titulis super pleraque textus verba scriptae, deinde rarius insertae, raro alicuius momenti sunt, nonnisi verba synonyma praebentes. Has solas hic refero: II, 1, 1:* gardingis] astualdis *(fol.* 6*), II, 1, 22 (h. ed. II, 1, 24):* tiufadum] vassum regium *(fol.* 15[v]*), II, 1, 25 (h. ed. II, 1, 27):* tiufadus] vassus regis *(fol.* 17*). Glossae marginales vero pleraeque ex Isidori Etymologiarum libris ad verbum exceptae sunt, ideoque raro proprii sunt valoris. Insero has: II, 1, 16 (h. ed. II, 1, 18):* Saionem] Saio dicitur [ab agen]do satis quod [illi in]iunctum est *(fol.* 13*); II, 1, 17 (h. ed. II, 1, 19):* longius autem milibus] Miliarium est mille passuum terminacio, h. e. pedes quinque milia, partes vero II leuve *(fol.* 14*); III, 1, 2 ad calcem:* Et si quis presumpserit eam accipere, nisi ille, cui in vita pater promisit eam, similiter tradatur illi, cui fuit a patre pacta *(f.* 35*); III, 5, 2:* Universis provinciis] Regnum Gothorum his provinciis fuit regnatum: Septimania, cuius caput fuit et est civitas Narbona. Septimania namque dicitur, quod septem sibi sedes habet subditas. *Sequuntur secundum Isid. Etym. XIV, 4, 22:* Spania prius ab Ibero amne nuncupata . . . Habet provincias sex Terraconensem, Cartaginensem, Lusitaniensem, Galleciam, Beticam et trans freta in regionem Africę Tingitaniam. *Codex scriptus esse videtur ad exemplar antiquius, quod a.* 919 *erat exaratum. Quod effici videtur ex temporis nota subiecta capiti XII, 3, 15 (v. infra p.* 447*):* Sub die V. nonas Mai. anno XXII° Karolo regem post obitum Otoni = *d.* 3. *Mai. a.* 919. *Odo obiit d.* 1. *Ian. a.* 898*; inde computavit annos regni sui Karolus III. Simplex. Ille die auctor exemplaris, ex quo codex noster V 6 venit, caput illud scripsisse videtur.*

V 7. *Codex regiae academiae historicae* Matritensis *F 202 (nunc est 38), olim Emilianensis ('San Millan de la Cogolla'), 4°, saec. X, initio et sub finem mutilatus. Cf. P. Ewald, 'N. Arch.' VI, p. 333 et G. Loewe in W. de Hartel, Bibliotheca patrum Latinorum Hispaniensis I, p. 511. Continet fol. 9—67 Legem Visigothorum inde a III, 5, 4 (non 9, ut habent Ewald et Löwe) usque ad VII, 2, 17. Fol. 65 deest. Contulit v. cl. G. Baist.*

V 8. *Codex S. Laurentii* Escurialensis *Z II 2. fol. Scripsit eum anno* 1019 *Barcelonae litteris Francicis Homobonus levita. Est 'Card.' editionis Matritensis ('El codice de Cardona'), ita dictus, quia Ioh. Bapt. Cardona cum bibliotheca regiae S. Laurentii dedit a.* 1585. *Cf. accuratissimam codicis descriptionem, quam dedit b. m. Paulus Ewald 'N. Arch.' VI, p.* 282 *sq. Fol.* 1 *sqq. praefatio scriptoris* Incipit liber iudicum popularis *etc.; fol.* 6 *sqq. sequitur series regum Gothorum et Francorum, deinde conspectus librorum et titulorum legis, deinde vita S. Isidori, prologus Legis Baiuvariorum:* Moises *etc. usque* quę usque hodie perseverant, *Calendarium,* Pretitulationes librorum XII Gotorum tediti causa iuditiorum *etc. etc., tunc textus legis una cum glossis et glossario. Codicem inspexit H. Knust et postea v. cl. G. Baist, qui capita nonnulla rarius in codicibus inventa aut exscripsit aut contulit, itemque accurate contulit totum titulum* 3. *libri XII. Aliorum capitum varias lectiones codicis ex editione Matritensi sumpsi.*

V 9. *Codex S. Laurentii* Escurialensis *K II* 10. *membr. saec. XIV. Est editionis Matritensis codex 'Esc. 2'. Praecedit Legem Visigothorum laterculus provinciarum et episcopatuum et Titulus de electione principum ex canonibus conciliorum Toletanorum compilatus (ed. Matrit. p. [I] sqq.). Non habet legem 'Pragma' (II,* 1, 1*), praebet autem inter novellas quasdam, quae rarius inveniuntur. Solus Egicani legis XII,* 2, 18 *textum praebet sanum. Varias lectiones capitum II,* 4, 8, *VI,* 5, 1, *IX,* 1, 21, *quae in editione nostra casu impeditus inserere nequivi, inter Addenda requiras velim. Codicem inspexit et quaedam capita rariora contulit v. cl. G. Baist.*

V 10. *Codex S. Laurentii* Escurialensis *M II* 3. *fol., scriptus a.* 1188. *Editionis Matritensis codex 'Esc. 1'. Legi praemissa est praefatio:* Mens hominis, ex qua primi parentes . . . reges Gotorum et maxime Ervigius (*e corr.*) anno secundo regni eius genti sue leges dedit . . . Sed quia occupantibus Smaelitis omnes Spaniarum fines Gotorum regno decidente adhesit linguis omnium indigenarum Arabicus sermo et pene ad oblivionem ducta est prisca Latinitas, ita ut non audiatur nisi in ecclesiis, recitante clero, quod plebes minime avertunt ac pene ipse clerus non satis intelligit, quod in auribus populi dicat intelligendum . . . Et quia videntur ibidem capitula plurima eiusdem sensus . . . in uno capitulo collegi atque connexi. *(Sequuntur capitulorum rubricae).* Dat. die kal. Mai. era MXVIIII *(d.* 1. *Mai.* 981*). Post alia sequitur fol.* 7v *Ordo regum Gothorum etc. et fol.* 9 *sqq. Lex Visigothorum sub rubrica:* Forum iudicum. *Ad calcem subiectae sunt fol.* 161v—164r *hae singulae leges: III,* 4, 17*;* 5, 6*;* 5, 7*; IV,* 2, 17*; V,* 7, 20*; VI,* 5, 15*;* 5, 13. *Deinde:* Conpletus videlicet est liber iste XVI. klds. Iunii in era MCCXXVI *(= d.* 17. *Mai. a.* 1188*). Sequuntur manu saec. XIV. addita V,* 7, 19*; VI,* 1, 3*;* 2, 2*; IX,* 1, 21*; X,* 2, 5*; XII,* 2, 10*; VII,* 5, 9*; XII,* 2, 18. *Inspexit codicem v. cl. G. Baist, a quo quaedam capita habemus collata.*

V 11. *Codex S. Laurentii* Escurialensis *V II* 15. *fol. saec. XIII. Continet Legem Visigothorum I—X,* 1, 17. *Singula quaedam contulit v. cl. G. Baist.*

V 12. *Codex S. Laurentii* Escurialensis *S II* 27. *fol. saec. XIV. Folia* 1—4 *quondam alius codicis eiusdem fere aetatis praeligata continent Legem Visigothorum*

I, II, 1, 2 et ad II, 1, 1 scriptam glossam: Emendatis legibus Geticis *(ed. Matrit. p. 4, n. 1). Folia 5 sqq. continent legem I — XII, 2, 17. Pauca contulit v. cl. G. Baist.*

V 13. *Codex S. Laurentii Escurialensis d I 2, fol. saec. X (completus est a. 976). Est celeberrimus ille Albeldensis seu Vigilanus codex mirae pulchritudinis: editionis Matritensis 'Vigil.' ('El codice Vigilano'). Nomen habet ab auctore suo Vigila, qui una cum duobus sociis eum scripsit in monasterio S. Martini Albeldensi. Cf. descriptionem accuratissimam, quam dedit Paulus Ewald, 'N. Arch.' VI, p. 238 sqq. Legem Visigothorum vel 'Librum iudicum', ut habet codex fol. 428, continent folia 358ᵛ sqq. Pauca contulit v. cl. G. Baist. Quasdam lectiones ex editione Matritensi, qui hunc praecipue codicem sequitur, recepi.*

V 14. *Codex S. Laurentii Escurialensis d I 1, fol., saec. X, completus a. 992. Est codex qui dicitur Emilianus vel Emilianensis, editionis Matritensis 'Emil.' (olim in 'San Millan de la Cogolla'). Est quasi frater codicis Vigilani. Cf. P. Ewald, 'N. Arch.' VI, p. 338 sqq. 'Liber iudicum', h. e. Lex Visigothorum exstat foliis 396—452. Pauca contulit v. cl. G. Baist. Quasdam lectiones ex editione Matritensi sumpsi.*

V 15. *Codex bibliothecae nationalis Matritensis, Reserv. — 4—7, (olim S. Isidori Legionensis), membr. 4⁰, a. 1020 scriptus. Cf. accuratam codicis descriptionem quam paravit G. Loewe, edita ab W. de Hartel, Bibliotheca patrum Latinorum Hispaniensis I, p. 460 sq. Fol. 5ᵛ. leguntur:* Incipit liber Goticum. *Est codex Legionensis, 'El codice de San Isidro de Leon', quem diuturno tempore viri docti ad textum Legis Visigothorum statuendum summi esse momenti credebant et quasi deperditum lugebant, de quo multa et non pauca fabulosa narrat A. Helfferich, 'Westgothen-Recht' p. 19 sqq. Re vera haud magni aestimandus est quoad leges antiquiores. Praesertim inscriptiones legum singularum valde corruptae sunt, ubi nominibus regum legislatorum plerumque vox 'antiqua' superflua additur. In quibusdam tamen capitibus, quae novellas leges inferioris aetatis rarius traditas praebent, lectiones codicis adhibendae sunt. V. cl. G. Baist pauca contulit; plerasque codicis lectiones ex editione Matritensi sumpsimus. Auctores editionis illius suspicati sunt versionem Castilianam ad hunc vel simillimum codicem factam esse; cf. ib. Prologi paginam 3 (non numeratam) et Discursum p. XL.*

V 16. *Codex bibliothecae universitatis centralis Matritensis 89, olim Complutensis, saec. XIII. vel XIV. Est editionis Matritensis 'Complut.' ('El codice de la universidad de Alcalá'). Finit in XII, 3, 14. Cf. 'N. Arch.' VI, p. 321 sq. Quaedam capita contulit v. cl. G. Baist; plerasque lectiones hausi ex editione Matritensi.*

V 17. *Codex bibliothecae nationalis Matritensis D 50, chartaceus fol., saec. XVI. Descriptus et compilatus est ex compluribus antiquis codicibus. Cf. 'Archiv' VII, p. 152. 776. Contulit H. Knust.*

V 18. *Codex bibliothecae nationalis Matritensis Ff 103, chart. saec. XVI. Scriptus est ad antiquum quoddam exemplar. Cf. 'Archiv' VIII, p. 788. Contulit H. Knust.*

V 19. *Codex bibliothecae nationalis Matritensis S 170 (olim 105), membr. saec. XIII. vel XIV., nunc, ut videtur, deperditus*[1]. *Legem Visigothorum multis locis interpolatam continuit. H. Knust codicem inspexit, nonnulla de eo notavit, sed pauca contulit. Cf. 'Archiv' VIII, p. 798.*

1) *Habemus in actis nostris scriptum d. 21. April. 1873, quo Officium imperiale rerum extranearum cum G. H. Pertz communicavit, Regium Hispaniae regimen doluisse, se codicem S 170 transmittere non posse, quippe qui deperditus esset et iam anno 1853 frustra requisitus.*

V 20. *Codex S. Iohannis Toletani (editionis Matritensis 'El codice de San Iuan de los Reyes'), nunc deperditus (cf. 'Archiv' VIII, p. 245). Lectiones ex editione recepi.*

Hi sunt codices, quorum ope editionem pararimus, alios omittentes, sicut Harnienses, de quibus cf. Wilda in 'Rhein. Museum für Iurisprudenz' VII, p. 266. 269. 276 *sq. et Waitz, 'Archiv' VII, p.* 162. 166. 719. 725, *et Vaticanum Christ. reg.* 1049, *saec. XVII.*

Quod attinet ad rationem, qua divisionem codicum instituimus, id solum fieri potuit, ut tres illae libri legum formae R. E. V distinguerentur. Familiae autem et stemmata, ut ita dicam, codicum ut instituerentur, fieri non potuit, cum plerumque codices, qui nonnullis locis accurate cum aliis conveniunt, aliis locis ab illis discrepantes cum aliis concordent. Mirum in modum etiam optimi et antiquissimi codices inter se et cum codicibus recensionum inferiorum in lectionibus haud dubie mendosis conveniunt, ita ut easdem lectiones erroneas iam antiquissimus et authenticus textus habuisse videatur. Saepenumero inter se concordant R 1. 2. *E* 2, *interdum magis R* 2 *et E* 1, *mox R* 1 *et E* 2. *Certiorem et constantem affinitatem inter codices V prae se ferunt V* 4 *et V* 8.

De editionibus Legis Visigothorum.

1. *Editio princeps est Petri Pithoei: Codicis legum Wisigothorum libri XII Isidori Hispalensis episcopi de Gothis, Wandalis et Suevis historia sive chronicon. Ex Bibliotheca Petri Pithoei I. C. etc. Parisiis. Apud Sebastianum Nivellium sub Ciconiis, via Iacobaea. MDLXXIX. fol.*

Usus est Pithoeus, ut videtur, proprio suo exemplari (codice E 1^a*), vel fortasse E* 1*; praeterea adhibuisse videtur codicem Petavianum (V* 1*) vel similem et exemplar Francisci Roaldesi nobis non servato, in quo teste Pithoeo Lex Visigothorum 'Liber iudicis' dicebatur.*

2. *Repetivit editionem principem Andreas Schottus in opere suo: Hispania illustrata, tomo III (Francofurti ad M. a.* 1606, *fol.), p.* 841—1014.

3. *Repetivit etiam eandem editionem Fridericus Lindenbrogius, paucis tantum lectionibus in ipso textu secundum varias lectiones Pithoei mutatis, in collectione sua, quae intitulatur: Codex legum antiquarum, Francofurti* 1613, *fol., p.* 1—238. *Varias lectiones, quas dedit p.* 1313—1318, *plerasque ex Pithoei editione collegit, paucas tantum ex codice manuscripto incerto addidit.*

4. *Textum Lindenbrogii repetivit Petrus Georgisch, Corpus iuris Germanici antiqui, Halae Magdeburgicae* 1738, 4°, *col.* 1845—2198.

5. *Novis auxiliis instruxit textum Lindenbrogianum M. Bouquet, Rerum Gallicarum et Francicarum scriptores (vel 'Recueil des historiens des Gaules et de la France'), tom. IV (Paris.* 1741, *fol.), p.* 283—460, *addens varias lectiones quinque codicum Parisinorum, sc. R* 2. *E* 1. 1^a. 2. *V* 6, *quos ipse enumerat*[1].

6. *F. Paulus Canciani, Barbarorum leges antiquae cum notis et glossariis, tom. IV (Venetiis* 1789, *fol.), p.* 61—201 *textum dedit, ex Pithoei et Lindenbrogii editionibus paratum, cui notas quasdam ex codice 'Hispanico', Castilianam versionem praebente, adiecit.*

7. *Veram novam editionem paravit Academia regia Matritensis: 'Fuero juzgo en Latin e Castellano cotejado con los mas antiguos y preciosos códiçes por la real Academia Española, Madrid* 1815', *fol. Editores ad textum originalem latinum condendum usi sunt, praeter editionem Lindenbrogianam, cum qua codices contulisse videntur, codicibus novem Hispanicis, sc. V* 3. 8. 9. 10. 13. 14. 15. 16. 20. *De quibus*

1) *Cf. Bouquet IV, p.* 286, *n.* a: *'Lindenbrogianam editionem exegimus ad codices mss. regios* 4696, 4716 (2), 5188 (5), 5191 (5), 5192.

codicibus pauca monuerunt editores in prologi, cuius paginae in editione non sunt numeratae, paginis 3 *et* 7 *sq. Post prologum de codicibus Latinis nimis breviter, fusius de Castilianis referentem editio praebet praefationem domini Emanuelis de Lardizabal, cui inscribitur: 'Discurso sobre la legislacion de los wisigodos y formacion del Libro ó Fuero de los jueces, y su version Castellana' p. III—XLIV.*[1] *Textum Castilianum nobis licet negligere; de textu Latino nobis F. Bluhme, 'Texteskritik' p.* 4 *sq. acriter sed iuste iudicasse videtur.*

8. *Ferdinandus Walter, qui idem fere de editione Matritensi iudicium tulisse videtur, Legis Visigothorum textum composuit ope editionum Lindenbrogii, Matritensium, Bouqueti, quem publicavit in Corporis iuris Germanici antiqui tomo I, p.* 415—669.

9. *Textum latinum editionis Matritensis pure repeti fecit Academia regia scientiarum Olisiponensis in tomo primo operis, quod intitulatur: Portugaliae monumenta historica, Legum vol. I (Olisipone* 1856, *fol.), p.* 1—133.

10. *Legis Visigothorum formam Reccessvindianam primo edidimus in libro: Leges Visigothorum antiquiores. Edidit Karolus Zeumer (sub alio titulo: Fontes iuris Germanici antiqui in usum scholarum ex Monumentis Germaniae historicis separatim editi), Hannoverae et Lipsiae* 1894, 8⁰.

De hac editione.

Praebemus nunc omnes formas Legis Visigothorum, et Reccessvindianam et Ervigianam et novellas leges vel extravagantes, quibus additis ea forma, quam vulgatam dicimus, efficitur.

Formas Reccessvindianam et Ervigianam integras lectoribus ante oculos posuimus, ubi accurate concordant, uno textu utramque comprehendentes, ubi inter se discrepant, duabus columnis separatas eas exprimi facientes, in priori columna Reccessvindianam, in altera Ervigianam, iis quae Ervigiana ex Reccessvindiana pure repetit minoribus litteris expressis. Ubi vero sola Reccessvindiana seu sola Ervigiana forma caput quoddam aut verba quaedam exhibuit, hoc casu a parte laeva, illo casu a parte dextra parvae columnae spatium vacuum reliquimus; praeter titulum XII, 3, *quem sola Ervigiana forma habet. Ubi utraque forma eundem textum praebet, diversos autem capitum numeros, numerum Ervigianum Reccessvindiano uncinis inclusum addidimus. Praeterea omnia, quae una ex utraque forma habet, post signum* **Recc.**] *vel* **Erv.**] *posuimus, quae vero utraque habet post* **Recc. Erv.**].

Codicum V (formae vulgatae) variae lectiones, si, quod plerumque fit, textus eorum magis cum forma Ervigiana convenit, illi, si vero cum Reccessvindiana, quod interdum fit, convenit, Reccessvindianae subiectae sunt.

Legum ab Ervigio emendatarum inscriptiones antiquas, quas codices nonnulli hic illic inmerito retinuerunt, ex textu in apparatum remisimus.

Leges novellas Egicani et Witizani regum et singulas quasdam antiquiores, quae neque in corpore Reccessvindiano, neque in Ervigiano receptae erant, illas post signum **Nov.**], *has quasi extravagantes post signum* **Extr.**] *eo loco inseruimus, ubi aut meliorum codicum auctoritas aut rerum, de quibus agunt, ratio persuasit. Nonnulla ex his capitibus libri manuscripti formae vulgatae et in capitulorum vel erarum indicibus singulis titulis praemissis indicant et in ipsis titulis eorum textus sub certis numeris praebent. Cum tamen codices neque omnia capita illa taliter in ordinem operis redacta*

1) *Deesse videntur p. I. II, quae tamen folio titulari attribuendae sunt. Inter p. II et III, ubi discursus ille incipit, sex folia non paginarum numeris signata, prologum continentia post inserta sunt.*

habeant neque omnes ea eisdem, sed alii aliis locis praebeant, neque in capitulorum indicibus eorum rubricas recepimus neque iis ipsis numeros in codicibus traditos praeposuimus, qui etiam in apparatu negligendi videbantur. Ad omnia vero capita, sive in forma Reccessvindiana, sive in Ervigiana, sive in utraque sive in neutra earum sint comprehensa, in margine numeros continuo numeratos posuimus, quibus nos ipsi ad singulas leges citandas usi sumus et, ut alii viri docti utentur, speramus.

Quo modo factum est, ut haec editio quasi sub unius formae specie et Reccessvindianam et Ervigianam praebeat integras, formarum autem vulgatarum omnium materiam universam, et si spectas ad ordinem capitulorum servatum et numeris marginalibus expressum, etiam aspectum vulgatae unius, quasi mediae et maxime usitatae formae prae se ferat. Neque etiam opus est, si legem vis allegare, ut nomines semper formam, ad quam pertineat lex citata; sed sufficiet plerumque solus numerus marginalis noster. Tantummodo, si vis allegare solam unam formam ex duabus iuxta positis, aut Reccessvindianam aut Ervigianam, opus erit addere aut col. 1 *vel* 2, *aut Recc. vel Erv.*

Restat, ut moneamus, quo modo apparatus lectionum sit instructus. In capite apparatus legis cuiusque indicati sunt singuli codices, quos adhibuimus. Codicum quorum lectionem plenam non habuimus vel quorum lectiones plerasque vanas et corruptas negligere voluimus, uncis inclusimus. Codicis in ordine enumeratorum primi cuiusque lectiones omnes, etiam levissime discrepantes a textu nostro, notavimus, ceterorum uncis non inclusorum plerasque, et quidem admodum utiles omnes; codicum autem uncis inclusorum non nisi lectiones singillatim expressas voluimus contestare, neque vero eos voluimus comprehendere, si notavimus lectionem aliquam esse ceterorum vel aliorum codicum ('cett.' vel 'alii').

Editionum Pithoeanae et Matritensis lectiones notavimus omnes praeter levissimas; quod ideo praesertim opus esse videbatur, quia Pithoeus unum saltem codicem non nobis servatum adhibuisse videtur, Matritenses autem unum certo nunc deperditum (V 20*), alios quosdam, quorum integras non habuimus collationes vel descriptiones, adhibuerunt. In capitibus variarum lectionum editiones illas post codices plerumque non expresse indicavimus; quod tantummodo factum est in singulis capitibus rarius traditis, ubi editiones ad textum statuendum majoris momenti esse videbantur.*

Editionem Pithoei litteris Pith., Matritensem litteris Mad., Lindenbrogii, ad quam non nisi iis locis, ubi a Pithoeana differt, respectum habuimus, litteris Lind. signavimus.

Subiecimus Chronicam regum Visigothorum, quam plerique Legis Visigothorum codices cum ea coniunctam praebent. Forma A fortasse sub Chindasvindo vel Reccessvindo rege, forma B certo sub Ervigio scripta est, ut legum corpori adderetur. Series regum fortasse similiter iam cum antiquo legum codice coniuncta erat.

Ab hac editione seclusimus haec:

Titulum de electione principum (ed. Matr. p. [I]—[X] ex conciliorum canonibus compositum, quem praebent V 16. 20.

Glossas, glossae prologum (codicis R 2*), glossaria.*

Versionem Castilianam.

Caput V, 1, 5 *editionis Matritensis (= concilii Tolet. XVI. can.* 5*) ab ispius Legis Visigothorum corpore seclusum exhibemus infra p. XXXIV sq.*

Caput IV.
De supplementis.

Breviter dicamus de supplementis, quae subiecimus legum Visigothicarum corporibus.

Ex Lege Romana Visigothorum recipiendum duximus commonitorium Alarici regis a. 506 *datum, et quia est regis Visigothici constitutio, et quia ex eis, quae de institutione*

et promulgatione legis Romanae refert, etiam de legibus Gothis ab Eurico datis quaedam conici licet. Peropportune accidit, quod v. cl. Theodorus Mommsen novum et prioribus multo meliorem textum et commonitorii et praescriptionis et subscriptionis Breviarii Alariciani nunc quidem paraverat, editurus eum in prolegomenis Theodosiani, quem mox publicabit. Benigne nobis concessit, ut commonitorium una cum praescriptione et subscriptione ex nova sua recensione ederemus.

Ex codice Legionensis capituli rescripto recepimus legem Theudi regis de litium sumptibus et expensis et de commodis iudicum et executorum a. 546. *datam. Fundamentum editionis nostrae efficiunt imagines paginarum* 36. 37. 38 *codicis, quam continet editio: Legis Romanae Visigothorum fragmenta ex codice palimpsesto sanctae Legionensis ecclesiae protulit, illustravit ac sumptu publico edidit Regia historiae academia Hispana. Matriti* 1896, *fol. Postquam iam antehac textum coniectura non paucis locis emendatum publicaveram 'N. Arch. XXIII, p.* 77 *sqq., nunc iterum emendatiorem edimus, collatione usi, quam in usum nostrum fecit v. d. Bruno Violet a.* 1899.

Ex codice comitis de Leicester bibliothecae Holkhamensis 210 *denuo edidimus capita VII—XX collectionis iuris Romano-Visigothici, quam primus publici iuris fecit Augustus Gaudenzi, 'Un' antica compilazione di diritto Romano e Visigoto con alcuni frammenti delle leggi di Eurico'. Bononiae* 1886. *Capita cum codice (R* 3*), de quo cf. supra p. XX, accuratissime contulit v. d. K. Hampe. De origine et indole capitum cf. supra in fine capitis I. huius praefationis, p. XVI.*

De supplementis ex actis conciliorum exceptis sufficiat monuisse, nos secutos esse editionem canonum ecclesiae Hispana a Gonzalez paratam, quaedam orthographica autem, quae aperte ab ratione scribendi saeculi VII. abhorrere videbantur, correximus. Litteram ae *finalem tamen, quam habet editio, non mutavimus in* e, *quamvis iam in codicibus antiquis ita scriptum esse crediderim.*

TABULAE
EDITIONUM ET FORMARUM LEGIS VISIGOTHORUM INTER SE COMPARATARUM.

A. TABULA SECUNDUM ORDINEM NOVAE EDITIONIS.

Editio nova.	*Forma Reccessvindiana.*	*Forma Erviginna.*	*Editio Pithoei*[1].	*Editio Matritensis*[2].	*Editio Walteriana.*
I.	I.	I.	I.	I.	I.
II, 1, 1.	—	II, 1, 1.	II, 1, 1.	II, 1, 1.	II, 1, 1.
II, 1, 2. 3. 4.	II, 1, 1. 2. 3.	II, 1, 2. 3. 4.	II, 1, 2. 3. 4.	II, 1, 2. 3. 4.	II, 1, 2. 3. 4.
II, 1, 5.	II, 1, 4.	—	II, 1, 5.	ad II, 1, 1; p. 5, n. 9.	II, 1, 5.
II, 1, 6.	II, 1, 5.	II, 1, 5.	II, 1, 6	II, 1, 5.	II, 1, 6.
II, 1, 7.	—	—	II, 1, 34. V, 7, 19.	ad II, 1, 6; p. 7, n. 4 (1).	II, 1, 34. V, 7, 19.
II, 1, 8—29.	II, 1, 6—27.	II, 1, 6—27.	II, 1, 7—28.	II, 1, 6—27.	II, 1, 7—28.
II, 1, 30 (col. 1).	II, 1, 28.	—	II, 1, 29.	ad II, 1, 28; p. 15, n. 17.	II, 1, 29.
II, 1, 30 (col. 2).	—	II, 1, 28.	II, 1, 30.	II, 1, 28.	II, 1, 30
II, 1, 31. 32. 33.	II, 1, 29. 30. 31.	II, 1, 29. 30. 31.	II, 1, 31. 32. 33.	II, 1, 29. 30. 31.	II, 1, 31. 32. 33.
II, 2, 1—4.	II, 2, 1—4.	II, 2, 1—4.	II, 2, 1—4.	II, 2, 1—4.	II, 2, 1—4.
II, 2, 5—9.	II, 2, 5—9.	II, 2, 5—9.	II, 2, 5—9.	II, 2, 6—10.	II, 2, 5—9.
II, 2, 10.	—	—	II, 2, 10.	II, 2, 5.	II, 2, 10.
II, 3.	II, 3.	II, 3.	II, 3.	II, 3.	II, 3.
II, 4, 1—6.	II, 4, 1—6.	II, 4, 1—6.	II, 4, 1—6.	II, 4, 1—6.	II, 4, 1—6.
II, 4, 7.	—	II, 4, 7.	II, 4, 7.	II, 4, 7.	II, 4, 7.
II, 4, 8.	—	—	—	ad II, 4, 7; p. 25, n. 3 (2).	Suppl. p. 664 (2).
II, 4, 9—13.	II, 4, 7—11.	II, 4, 8—12.	II, 4, 8—12.	II, 4, 8—12.	II, 4, 8—12.
II, 4, 14.	—	—	—	ad II, 4, 7; p. 25, n. 3 (1).	Suppl. p. 664 (1).
II, 5, 1.	II, 5, 1.	II, 5, 1.	II, 5, 1.	II, 5, 1.	II, 5, 1.
II, 5, 2.	II, 5, 2.	II, 5, 2.	II, 5, 2.	II, 5, 3.	II, 5, 2.
II, 5, 3.	—	—	II, 5, 3.	II, 5, 2.	II, 5, 3.
II, 5, 4—9.	II, 5, 3—8.	II, 5, 3—8.	II, 5, 4—9.	II, 5, 4—9.	II, 5, 4—9.
II, 5, 10.	—	—	II, 5, 10.	ad II, 5, 10; p. 29, n. 4.	II, 5, 10.
II, 5, 11—17.	II, 5, 9—15.	II, 5, 9—15.	II, 5, 11—17.	II, 5, 10—16.	II, 5, 11—17.
II, 5, 18.	—	—	II, 5, 18.	II, 5, 17.	II, 5, 18.
II, 5, 19.	—	—	II, 5, 19.	ad II, 1, 6; p. 7, n. 4 (2).	II, 5, 19.
III, 1—4.	III, 1—4.	III, 1—4.	III, 1—4.	III, 1—4.	III, 1—4.
III, 5, 1. 2. 3.	III, 5, 1. 2. 3.	III, 5, 1. 2. 3.	III, 5, 1. 2. 3.	III, 5, 1. 2. 3.	III, 5, 1. 2. 3.

1) *Eundem ordinem sequuntur ceterae editiones praeter Matritensem, Olisiponensem, Walterianam.* 2) *Eundem ordinem sequitur editio Olisiponensis.*

Editio nova.	*Forma Reccessvindiana.*	*Forma Ervigiana.*	*Editio Pithoei.*	*Editio Matritensis.*	*Editio Walteriana.*
III, 5, 4.	III, 5, 4.	III, 5, 4.	III, 5, 5.	III, 5, 5.	III, 5, 5.
III, 5, 5.	III, 5, 5.	III, 5, 5.	III, 5, 6.	III, 5, 7.	III, 5, 6.
III, 5, 6.	—	—	III, 5, 4.	III, 5, 4.	III, 5, 4.
III, 5, 7.	—	—	III, 5, 7.	III, 5, 6.	III, 5, 7.
III, 6.	III, 6.	III, 6.	III, 6.	III, 6.	III, 6.
IV, 1.	IV, 1.	IV, 1.	IV, 1.	IV, 1.	IV, 1.
IV, 2, 1—12.	IV, 2, 1—12.	IV, 2, 1—12.	IV, 2, 1—12.	IV, 2, 1—12.	IV, 2, 1—12.
IV, 2, 13 (col. 1).	IV, 2, 13.	—	—	—	—
IV, 2, 13 (col. 2).	—	IV, 2, 13.	IV, 2, 13.	IV, 2, 13.	IV, 2, 13.
IV, 2, 13*.	—	—	—	ad IV, 2, 13; p. 52, n. 15.	Suppl. p. 665.
IV, 2, 14. 15. 16.	IV, 2, 14. 15. 16.	IV, 2, 14 15. 16.	IV, 2, 14. 15. 16.	IV, 2, 14. 15. 16.	IV, 2, 14. 15. 16.
IV, 2, 17.	IV, 2, 17.	—	IV, 2, 17.	IV, 2, 17.	IV, 2, 17.
IV, 2, 18. 19. 20.	IV, 2, 18. 19. 20.	IV, 2, 17. 18. 19.	IV, 2, 18. 19. 20.	IV, 2, 18. 19. 20.	IV, 2, 18. 19. 20.
IV, 3. 4.	IV, 3. 4.	IV, 3. 4.	IV, 3. 4.	IV, 3. 4.	IV, 3. 4.
IV, 5, 1—5.	IV, 5, 1—5.	IV, 5, 1—5.	IV, 5, 1—5.	IV, 5, 1—5.	IV, 5, 1—5.
IV, 5, 6. 7.	—	IV, 5, 6. 7.	IV, 5, 6. 7.	V, 1, 6. 7.	V, 1, 6. 7.
V, 1, 1—4.	V, 1, 1—4.	V, 1, 1—4.	V, 1, 1—4.	V, 1, 1—4.	V, 1, 1—4.
V, 2—6.	V, 2—6.	V, 2—6.	V, 2—6.	V, 2—6.	V, 2—6.
V, 7, 1—18.	V, 7, 1—18.	V, 7, 1—18.	V, 7, 1—18.	V, 7, 1—18.	V, 7, 1—18.
V, 7, 19. 20.	—	—	V, 7, 20. 21.	V, 7, 19. 20.	V, 7, 20. 21.
VI, 1, 1. 2.	VI, 1, 1. 2.	VI, 1, 1. 2.	VI, 1, 1. 2.	VI, 1, 1. 2.	VI, 1, 1. 2.
VI, 1, 3.	—	—	VI, 1, 3.	II, 1, 32.	VI, 1, 3.
VI, 1, 4—8.	VI, 1, 3—7.	VI, 1, 3—7.	VI, 1, 4—8.	VI, 1, 3—7.	VI, 1, 4—8.
VI, 2, 1.	VI, 2, 1.	VI, 2, 1.	VI, 2, 1.	VI, 2, 1.	VI, 2, 1.
VI, 2, 2.	—	VI, 2, 2.	VI, 2, 5.	ad VI, 2, 3; p. 81, n. 9.	VI, 2, 5.
VI, 2, 3. 4. 5.	VI, 2, 2. 3. 4.	VI, 2, 3. 4. 5.	VI, 2, 2. 3. 4.	VI, 2, 2. 3. 4.	VI, 2, 2. 3. 4.
VI, 3. 4.	VI, 3. 4.	VI, 3. 4.	VI, 3. 4.	VI, 3. 4.	VI, 3. 4.
VI, 5, 1—12.	VI, 5, 1—12.	VI, 5, 1—6.	VI, 5, 1—12.	VI, 5, 1—12.	VI, 5, 1—12.
VI, 5, 13.	VI, 5, 13.	—	—	VI, 5, 13.	—
VI, 5, 13*.	—	—	VI, 5, 13.	ad VI, 5, 13; p. 90, n. 4.	VI, 5, 13.
VI, 5, 14—20.	VI, 5, 14—20.	VI, 5, 13—19.	VI, 5, 14—20.	VI, 5, 14—20.	VI, 5, 14—20.
VI, 5, 21.	—	—	—	ad XII, 2, 18; p. 147, n. 3 (1).	Suppl. p. 668, 1.
VII, 1—4.	VII, 1—4.	VII, 1—4.	VII, 1—4.	VII, 1—4.	VII, 1—4.
VII, 5, 1—8.	VII, 5, 1—8.	VII, 5, 1—8.	VII, 5, 1—8.	VII, 5, 1—8.	VII, 5, 1—8.
VII, 5, 9.	—	—	VII, 5, 9.	VII, 5, 9.	VII, 5, 9.
VII, 6.	VII, 6.	VII, 6.	VII, 6.	VII, 6.	VII, 6.
VIII.	VIII.	VIII.	VIII.	VIII.	VIII.
IX, 1, 1—7.	IX, 1, 1—7.	IX, 1, 1—7.	IX, 1, 1—7.	IX, 1, 1—7.	IX, 1, 1—7.
IX, 1, 8.	IX, 1, 8.	—	IX, 1, 8.	IX, 1, 9.	IX, 1, 8.
IX, 1, 9.	—	IX, 1, 8.	IX, 1, 9.	IX, 1, 8.	IX, 1, 9.
IX, 1, 10—15.	IX, 1, 9—14.	IX, 1, 9—14.	IX, 1, 10—15.	IX, 1, 10—15.	IX, 1, 10—15.
IX, 1, 16.	—	IX, 1, 15.	IX, 1, 16.	IX, 1, 16.	IX, 1, 16.
IX, 1, 17—20.	IX, 1, 15—18.	IX, 1, 16—19.	IX, 1, 17—20.	IX, 1, 17—20.	IX, 1, 17—20.
IX, 1, 21.	—	—	IX, 1, 21.	IX, 1, 21.	IX, 1, 21.
IX, 2, 1—7.	IX, 2, 1—7.	IX, 2, 1—7.	IX, 2, 1—7.	IX, 2, 1—7.	IX, 2, 1—7.
IX, 2, 8. 9.	—	IX, 2, 8. 9.	IX, 2, 8. 9.	IX, 2, 8. 9.	IX, 2, 8. 9.
X, 1.	X, 1.	X, 1.	X, 1.	X, 1.	X, 1.
X, 2, 1—4.	X, 2, 1—4.	X, 2, 1—4.	X, 2, 1—4.	X, 2, 1—4.	X, 2, 1—4.
X, 2, 5.	—	—	—	X, 2, 7.	X, 2, 7.
X, 2, 6. 7.	X, 2, 5. 6.	X, 2, 5—6.	X, 2, 5. 6.	X, 2, 5. 6.	X, 2, 5. 6.
X, 3.	X, 3.	X, 3.	X, 3.	X, 3.	X, 3.
XI.	XI.	XI.	XI.	XI.	XI.
XII, 1, 1. 2.	XII, 1, 1. 2.	XII. 1. 1. 2.	XII, 1, 1. 2.	XII, 1, 1. 2.	XII, 1, 1. 2.

Editio nova.	*Forma Reccessvindiana.*	*Forma Ervigiana.*	*Editio Pithoei.*	*Editio Matritensis.*	*Editio Walteriana.*
XII, 1, 3.	—	—	XII, 1, 3.	ad XII, 2, 3; p. 140, n. 15.	Suppl. p. 666.
XII, 2, 1—10.	XII, 2, 1—10.	XII, 2, 1—10.	XII, 2, 1—10.	XII, 2, 1—10.	XII, 2, 1—10.
XII, 2, 11.	XII, 2, 11.	XII, 2, 11.	XII, 2, 11.	XII, 2, 12.	XII, 2, 12.
XII, 2, 12.	XII, 2, 12.	XII, 2, 12.	XII, 2, 12.	XII, 2, 11.	XII, 2, 11.
XII, 2, 13. 14. 15.	XII, 2, 13. 14. 15.	XII, 2, 13. 14. 15.	XII, 2, 13. 14. 15.	XII, 2, 13. 14. 15.	XII, 2, 13. 14. 15.
XII, 2, 16.	XII, 2, 16.	XII, 2, 16.	XII, 2, 17.	XII, 2, 17.	XII, 2, 17.
XII, 2, 17.	XII, 2, 17.	XII, 2, 17.	XII, 2, 16.	XII, 2, 16.	XII, 2, 16.
XII, 2, 18.	—	—	—	XII, 2, 18.	XII, 2, 18.
XII, 3.	—	XII, 3.	XII, 3.	XII, 3.	XII, 3.
Additamentum 2 p. 462 sqq.	—	—	—	ad XII, 2, 18; p. 147, n. 3(2).	Suppl. p. 668 sq. (2).

B. TABULA SECUNDUM ORDINEM EDITIONIS PITHOEI [1].

Editio Pithoei.	*Editio nova.*	*Editio Pithoei.*	*Editio nova.*	*Editio Pithoei.*	*Editio nova.*
II, 1, 7—28.	II, 1, 8—29.	III, 5, 5.	III, 5, 4.	VI, 2, 5.	VI, 2, 2.
II, 1, 29.	II, 1, 30 (col. 1).	III, 5, 6.	III, 5, 5.	VI, 5, 13.	VI, 5, 13*.
II, 1, 30.	II, 1, 30 (col. 2).	IV, 2, 13.	IV, 2, 13 (col. 2).	X, 2, 5. 6.	X, 2, 5. 7.
II, 1, 34.	II, 1, 7.	V, 7, 19.	II, 1, 7.	XII, 2, 16. 17.	XII, 2, 17. 16.
II, 4, 8—12.	II, 4, 9—13.	V, 7, 20. 21.	V, 7, 19. 20.		
III, 5, 4.	III, 5, 6.	VI, 2, 2. 3. 4.	VI, 2, 3. 4. 5.		

C. TABULA SECUNDUM ORDINEM EDITIONIS MATRITENSIS [2].

Editio Matritensis.	*Editio nova.*	*Editio Matritensis.*	*Editio nova.*	*Editio Matritensis.*	*Editio nova.*
ad II, 1, 1; p. 5, n. 9.	II, 1, 5.	II, 4, 8—12.	II, 4, 9—13.	ad VI, 5, 13; p. 90, n. 4.	VI, 5, 13*.
II, 1, 5.	II, 1, 6.	II, 5, 2.	II, 5, 3.	IX, 1, 8.	IX, 1, 9.
II, 1, 6.	II, 1, 8.	III, 5, 3.	II, 5, 2.	IX, 1, 9.	IX, 1, 8.
ad II, 1, 6; p. 7, n. 4 (1).	II, 1, 7.	II, 5, 10.	II, 5, 11.	IX, 2, 5. 6.	IX, 2, 6. 7.
ad II, 1, 6; p. 7, n. 4 (2).	III, 5, 19.	ad II, 5, 10; p. 29, n. 4.	II, 5, 10.	IX, 2, 7.	IX, 2, 5.
II, 1, 7—27.	II, 1, 9—29.	III, 5, 4.	III, 5, 6.	ad XII, 2, 3; p. 140, n. 15.	XII, 1, 3.
II, 1, 28.	II, 1, 30 (col. 2).	III, 5, 5.	III, 5, 4.	XII, 2, 11.	XII, 2, 12.
ad II, 1, 28; p. 15, n. 17.	II, 1, 30 (col. 1).	III, 5, 6.	III, 5, 7.	XII, 2, 12.	XII, 2, 11.
II, 1, 29. 30. 31.	II, 1, 31. 32. 33.	III, 5, 7.	III, 5, 5.	XII, 2, 16.	XII, 2, 17.
II, 1, 32.	VI, 1, 3.	IV, 2, 13.	IV, 2, 13 (col. 2).	XII, 2, 17.	XII, 2, 16.
II, 2, 5.	II, 2, 10.	ad IV, 2, 13; p. 52, n. 15.	IV, 2, 13*.	ad XII, 2, 18; p. 147, n. 3(1).	VI, 5, 21.
II, 2, 6—10.	II, 2, 5—9.	V, 1, 5.	p. XXXIV sq.	ad XII, 2, 18; p. 147, n. 3(2).	Addit. 2, p. 462 sqq.
ad II, 4, 7; p. 25, n. 3 (1).	II, 4, 14.	V, 1, 6. 7.	IV, 5, 6. 7.		
ad II, 4, 7; p. 25, n. 3 (2).	II, 4, 8.	VI, 1, 3—7.	VI, 1, 4—8.		
		VI, 2, 2. 3.	VI, 2, 3. 4.		
		ad VI, 2, 3; p. 81, n. 9.	VI, 2, 2.		
		VI, 2, 4.	VI, 2, 5.		

1) *Eundem ordinem sequuntur editiones ceterae praeter Matritensem, Olisiponensem, Walterianam.* 2) *Eundem ordinem sequitur editio Olisiponensis.*

D. TABULA SECUNDUM ORDINEM EDITIONIS WALTERIANAE.

Editio Walteriana.	*Editio nova.*	*Editio Walteriana.*	*Editio nova.*	*Editio Walteriana.*	*Editio nova.*
II, 1, 7—28.	II, 1, 8—29	V, 1, 6. 7.	IV. 5. 6. 7.	XII. 2. 16.	XII, 2, 17.
II, 1, 29.	II. 1. 30 (col. 1).	V, 7, 19.	II. 1. 7.	XII, 2, 17.	XII, 2, 16.
II, 1, 30.	II. 1. 30 (col. 2).	V, 7, 20. 21.	V, 7, 19. 20.	Suppl. p. 664 (1).	II, 4, 8.
II, 1, 34.	II. 1. 7.	VI, 2, 2. 3. 4.	VI, 2, 3. 4. 5.	„ p. 664 (2).	II. 4. 14.
II. 4. 8—12.	II, 4, 9—13.	VI, 2, 5.	VI, 2, 2.	„ p. 665 sq.	IV, 2, 13*.
III, 5, 4.	III, 5, 6.	VI, 5, 13.	VI, 5, 13*.	„ p. 666 sqq.	XII. 1. 3.
III, 5, 5.	III, 5, 4.	X, 2, 5. 6.	X, 2. 6. 7.	„ p. 668 (1).	VI, 5, 21.
III, 5, 6.	III, 5, 5.	X, 2, 7.	X, 2, 5.	„ p. 668 (2).	Addit. 2, p. 462.
IV, 2, 13.	IV, 2, 13 (col. 2).	XII, 2, 11.	XII, 2, 12.		
V. 1. 5.	p. XXXIV sq.	XII. 2. 12.	XII, 2, 11.		

INITIA LEGUM NOVELLARUM ET EXTRAVAGANTIUM.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 4, *l.* 13 *pro* adque *lege:* ad quem.

P. 28. 30—32. *De legibus Euricianis ex Lege Baiuvariorum restitutis c.* 2. 9. 15 *nuper disseruit H. Brunner, 'Ueber ein verschollenes merowingisches Königsgesetz des* 7. *Jahrhunderts, Sitzungs-Berichte d. Berl. Akad.'* 1901, *p.* 950—955. *Si, quod opinatus est vir doctus ille, Baiuvari Alamannorum, neque vero, quod nos existimamus, Alamanni Baiuvariorum lege usi essent, quaedam, quasi ex Codice Euriciano in ipsa Lege Alamannorum recepta, inde restituenda fuissent, praesertim l. rest.* 2, *p.* 28, *l.* 17, *ex L. Alam.* 39 adgregandi *pro* adgregentur, *et praeter c.* 15 *ex Lege Baiuv.* 16, 16 *restitutum alia quoque lex Euriciana respondens legi Chindasvindi II,* 5, 1 *restituenda esset. Nobis tamen in opinione nostra perseverandum videtur.*

P. 48. 53. 54. *Notae chronologicae quaedam in priori huius tomi parte contentae nunc corrigendae sunt secundum commentationem meam: 'Die Chronologie der Westgothenkönige des Reiches von Toledo' in 'N. Arch.' XXVII, p.* 409 *sqq., his scilicet locis: p.* 48, *n.* 1 *(l.* 49*) lege: 'concilii Toletani VIII, a.* 653*' (pro* 652*); p.* 53, *n.* 1 *(l.* 40*) lege: '*643/4*' (pro* 642/3*); p.* 54, *n.* 1 *lege: 'Chintila rex regnavit a.* 636—639*' (pro* 636—640*).*

P. 101, *l.* 6. *II,* 4, 8 *exstat etiam in V* 9. *Adde l.* 28 *sqq. has varias lectiones:*

II, 4, 8. *Cod. V* 9. — *l.* 8. protelentur] protulerunt *V* 9. ‖ *l.* 8. obiectum — conprobandum] *ita etiam V* 9. ‖ *l.* 10. promulgatas] promulgare *V* 9. equitatis] et equ. *V* 9. sanctione] ratione iura *V* 9. ‖ *l.* 11. fuisse] esse *V* 9. derogationem *V* 9. ‖ *l.* 12. diceret] dicerent *V* 9. possit] possent *V* 9. ‖ *l.* 13. perquirerent — repararent *V* 9. ‖ *l.* 15. haberent *V* 9. ‖ *l.* 16. deberent *V* 9. *l.* 17. auderent *V* 9. ‖ *l.* 18. temporibus brevitatis] *ita etiam V* 9. ‖ *l.* 19. sub] in *V* 9. ‖ *l.* 20. inreparabilem *V* 9. ‖ *l.* 22. que in preteritis] ipse preterite que *V* 9. eius] eam *V* 9. ‖ *l.* 23. ille que] *ita etiam V* 9. ‖ *l.* 24. institutione] *ita etiam V* 9. ‖ *l.* 25. per XXX annorum spatium] *ita etiam V* 9.

P. 284, *l.* 15*: VI,* 5, 1 *exstat etiam in V* 9 *post XII,* 2, 18. *Adde l.* 36 *has varias lectiones:*

VI, 5, 21. *Cod. V* 9. — *l.* 15. WAMBA] āba *V* 9. ‖ *l.* 23. tamen] *ita etiam V* 9.

P. 363, *l.* 18. *IX,* 1, 21 *exstat etiam in V* 9. *Adde l.* 42 *sqq. has varias lectiones:*

IX, 1, 21. *Cod. V* 9. — *l.* 18. Egiga rex. XVIII. *V* 9. ‖ *l.* 19. De susceptione fugitivorum *V* 9. ‖ *l.* 21. quibus persecutionibus, quibus titulis *V* 9. ‖ *l.* 23. verum] unum *V* 9. quod] quia *V* 9. difficile] difficulter.

p. 364, *l.* 1. vel diversorium in quibus] ubi diversorum *V* 9. ‖ *l.* 8. prevento] presente *V* 9. *l.* 11. conponat hanc solidorum summam] hanc solidorum sumam exsolvat *V* 9. ‖ *l.* 12. accipiat] excipiat *V* 9. ‖ *l.* 14. possessorum] populorum *V* 9. ‖ *l.* 15. sua] illa *V* 9. ‖ *l.* 17. omnes] cuncti *V* 9. *l.* 18. ipsorum] illorum *V* 9. ‖ *l.* 19. questionis *V* 9. pro penali examinatione] per penalem examinationem *V* 9. ‖ *l.* 22. aut] ac *V* 9. ‖ *l.* 25. exquirenda presentare curaverint *V* 9. ‖ *l.* 26. locorum ipsorum *V* 9. quam etiam femine *V* 9. ‖ *l.* 31. huius] et huius *V* 9. subditi] subiecti *V* 9. ‖ *l.* 33. territorii] territoriorum ipsorum *V* 9. flagellentur] vapulentur *V* 9. ‖ *l.* 35. quadam] aliqua *V* 9. ‖ *l.* 36. implere] adimplere *V* 9. divine — astringant ut (*p.* 365, *l.* 1) *desunt etiam V* 9.

p. 365, *l.* 2. ita] *ita* *V* 9. ‖ *l.* 3. in] *deest* *V* 9. vini] potentur *add.* *V* 9. audeant] presumant *V* 9. ‖ *l.* 5. sumant] bibant *V* 9. sententia perferant] senciant perferre *V* 9. molestias *V* 9. *l.* 6. Iudicibus] In ducibus *V* 9. ‖ *l.* 7. adimplere] imponi *V* 9. predictas institutiones] iuxta predictum ordinem legis hec *V* 9. ‖ *l.* 8. legis huius *des.* *V* 9. censuram *V* 9. ‖ *l.* 10. comanencium vel *V* 9. ‖ *l.* 11. voluerit *V* 9. venditio *etiam* *V* 9. ‖ *l.* 12. ubi ipsum mancipium *V* 9. ‖ *l.* 14. affirmet] confirmet *V* 9. ‖ *l.* 15. per examinationem] per iuramentum et examinationem *V* 9. ‖ *l.* 16. sit illius] suum ille *V* 9. servus] servum *V* 9. ‖ *l.* 17. iudicis instantia] idem mancipium per iudicis instantiam *V* 9. ‖ *l.* 18. voluerat *V* 9. vinculum *V* 9. ‖ *l.* 19. 20. per iud. ex.] pro iudiciali examinatione *V* 9. *l.* 20. accipiat *etiam* *V* 9. ‖ *l.* 21. Data — nostri *des.* *V* 9.

P. 370. *n.* 1. *l.* 49 *post 'habiti' adde: et in ipsius regis tomo infra p.* 476. *l.* 1 *sqq.*

P. 462—464. *Additamento illi duo alia capita subicienda sunt.*

3.

Post V, 1, 4 *codices V* 13. 14 *addunt sub numero V caput sequens, quasi legem Egicani regis, quod tamen nihil nisi canonis* 5. *concilii Toletani XV. sub Egicano rege habiti textum valde corruptum praebet. Quod caput, merito ab ipso corpore legum in hac editione seclusum, tamen, quoniam in editionibus Matritensi et Walteriana receptum est (utriusque editionis V,* 1, 5*), hoc loco exhibemus.*

V. FLAVIUS GLORIOSUS EGICA REX.

De reparatione eclesiarum, vel diversis aliis causis.

Quamquam in preteritis sanctorum patrum de diversis sententiis enitentes, sed et nunc que tempore ordineque congruunt, ordinato iure instituenda sunt. Nam sicut antiquitas de causis ingruentibus edita multitudo editarum, ita nunc nostri temporis eclesias dei, que occurrunt, ut faciant convenit. Quapropter in medio coetus nostri deducta est quorundam consuetudo inordinata sacerdotum, quod parrocias suas ultra modum diversis exactionibus, vel angariis conprimant, vel quidquam plures eclesie destitute persistant. Idcirco unio nostre adunationis decernit atque instituta instituit, ut tertias, quas antiqui canones de parrociis habendas episcoporum censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab episcopis dirute eclesie reparentur. Si vero maluerint credere, ab earundem eclesiarum cultoribus, sub cura et sollicitudine sui pontificis repparationem hisdem est adibenda baselicis. Quod omnis eclesie aut incolumis fuerint secundum antiquorum canonum instituta, tertias sibi debitas unusquisque episcopus absque si voluerit, facultas illi omnimode erit, ita videlicet ut cetera ipsius tertias nullus episcoporum quippiam pro reis inquisitionibus parrocitanis eclesiis exigat nichilque de prediis ipsarum cuiquam aliquid causa stipendii dare presumat. Sed necessario instituendo elegimus, ut plures eclesias nequaquam committantur presbitero, quia solus potestas eclesias nec officium valet exolvere nec pupillis sacerdotale iure

V, 1, 5. *Codd.* *V* 13. 14. — *l.* 18. FLABIUS GLORIOSUS *V* 14. ‖ *l.* 19. diversis] diversarum *V* 14. ‖ *l.* 20. sententiis enitentes] causis sententiae enitescant *Conc.* ‖ *l.* 21. nunc] hunc *V* 13. tempori ordinique congruent *Conc.* ordinemque *V* 13. ‖ *l.* 22. edita multitudo editarum] edicta multimoda edidit *Conc.* ‖ *l.* 23. eclesias dei] aetas de his *Conc.* quae] quo *V* 14. occurrunt] corruunt *V* 13. ‖ *l.* 24. deducta] delatum *V* 13. quod] qui *Conc.* parrochias *V* 14. ‖ *l.* 25. quidquam] quamquam *V* 14; quod quam *Conc.* ‖ *l.* 26. unio] unius *V* 14. adque *V* 14. instituta instituit] instituta que instituit *V* 14; instituit *Conc.* ‖ *l.* 27. parrochiis *V* 14; parochiis suis *Conc.* habendas] abendis ab *V* 14. ‖ *l.* 28. episcopis] ipsis ep. *Conc.* dirute] derupta *V* 14. maluerint] eas mal. *Conc.* *l.* 29. cura] currant *V* 14. ‖ *l.* 30. reparatio eisdem *Conc.* baselicis] vaselicis *V* 13. omnis] si omnes *Conc.* incolumes *Conc.* ‖ *l.* 31. fuerint] fuerit *V* 14; aut quae dirutae erant reparatae extiterint *add.* *Conc.* ‖ *l.* 32. absque si voluerit] absque *deest* *V* 13; si voluerit assequi *Conc.* omnimoda *Conc.* cetera] ceteras *V* 13; citra *Conc.* ‖ *l.* 33. reis] regiis *Conc.* a parochitanis *Conc.* ‖ *l.* 34. ipsarum] si ipsarum *V* 14; ipsarum ecclesiarum *Conc.* causa] causis *V* 13. Sed] Sed et hoc *Conc.* ‖ *l.* 35. instituendum delegimus *Conc.* eclesias] ecclesiam *V* 14; ecclesiae uno *Conc.* ‖ *l.* 36. quia solus potestas eclesias] *spatium vacuum* *V* 13. potestas] per totas *Conc.* popillis] pupillis *V* 13; populis *Conc.* sacerdotalem *V* 13; sacerdotali *Conc.*

occurrere nec rebus earum necessariam curam inpendere; ea scilicet ratione, ut eclesia, que decem habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem; que vero minus decem mancipia habuerit, aliis coniungatur eclesiis. Si quis sane episcoporum hanc nostram institutionem parvipenderit, et quidpiam exinde temerandum crediderit, duorum mensium spatiis se noverit excomunicatione multari. Hic tamen pene ad postquam excommunicationis interdicto ordinem, sui remeaberit locum cunctus uius canonis modis omnibus studeant inplere.

l. 1. nec rebus] sed nec rebus *Conc.* *l.* 2. que] cuiquam *V* 14; quae usque ad *Conc.* *l.* 4. temerandam *V* 13. crediderit] prodiderit *V* 14. *l.* 5. mensum *V* 13. multari] *reliqua desunt* *V* 13. Hic tamen pene] ita nempe *Conc.* ad postquam] ut postquam a *Conc.* *l.* 6. ordinem ad ordinis *Conc.* cunctas huius canonis sanctiones modis *Conc.*

4.

Post V, 4, 9 praebet Cod. V 9 hoc caput:

X. Si quis rem alienam donatam vel comparatam scienter susceperit.

Si quis ingenuus cuiuslibet rem sibimet scienter presumptive aplicaverit vel comparatam voluntarie accesserit aut donatam susceperit, sciens rem esse alienam, dum dominus res suas probaverit, cum omnibus actor presumptionis tridupli satisfactione cogatur exsolvere eidem, cui res esse videntur. Si libertus hoc fecerit, duplam conpositionem exsolvat. Et si servus fuerit et absque voluntate domini sui hoc fecerit, simplum restituat et centum flagella suscipiat.

V, 4, 10. *Cod. V* 9. — *l.* 16. comparatos *V* 9. *l.* 17. tridupli] *sic* *V* 9.

Praeterea haec leviora errata corrigenda sunt:

p. 22, *l.* 16 *in margine pro 'L. Vis. V' lege: L. Vis. IV.* — *p.* 67, *l.* 24 *pro* protaxerit *lege:* protraxerit. — *p.* 76, *l.* 18 *pro* legibis *lege:* legibus. — *p.* 148, *l.* 19 *pro 'Piih.' lege: Pith.* — *p.* 182, *l.* 9 *pro* integrun *lege:* integrum. — *p.* 225, *l.* 36 *post 'l. 16.' insere:* nullam] *ita R. E* 2; nulla *E* 1. *V.* — *p.* 228, *l.* 6 *pro* conmcndata *lege:* conmendata. — *p.* 243, *l.* 41 *post V* 1. 2. 4 *dele* 6; *ib. l.* 42 *post* regię *V* 6 *adde:* regiè *Pith. in marg.* — *p.* 344, *l.* 6 *pro* clusura *lege:* clusuram. — *p.* 473, *l.* 4 *pro* definitioue *lege:* definitione.

LEGUM CODICIS EURICIANI FRAGMENTA.

FRAGMENTA CODICIS RESCRIPTI

(PARIS. LAT. 12161)

CUM SUPPLEMENTIS SUO LOCO ADDITIS.

[CCLXXIIII (?). Si quis limites conplanaverit aut] *Lex restituta ex L. Bai.*
[terminos fixos fuerit ausus evellere: si ingenuus]
[est, per singula signa vel notas vicenos]
[solidos conponat; si servus est, per singula]
[signa quinquagena flagella suscipiat. Si]
[quis ⟨autem⟩, dum arat vel plantat vineam],
[terminum casu, non volumtate evellerit],
[vicinis praesentibus restituat terminum]
[et nullum damnum patiatur].

[CCLXXV (?). Quotienscumque de terminis] *Lex restituta ex L. Bai.*
[fuerit orta contentio, signa, quae antiquitus]
[constituta sunt, oportet inquirere, id est]
[aggerem terrae, quem propter fines]
[fundorum antiquitus apparuerit fuisse]
[ingestum, lapides etiam, quos propter]
[indicium terminorum notis evidentibus]
[sculptis constiterit esse defixos. Si haec]
[signa defuerint, tunc in arboribus notas],
[quas decurias vocant, convenit observare],
[sed illas, quae antiquitus probantur incisae].

CCLXXIIII (?) = *L. Bai.* 12, 1—3. *Cf. L. Vis. X,* 3, 2: Qui *studio pervadendi* limites conplanaverit aut terminos fixos fuerit ausus evellere: si ingenuus est, per singula signa vel notas XX solidos *cui fraudem fecit cogatur inferre;* si servus est, per singula signa quinquagena flagella suscipiat. Si quis autem, dum arat vel vineam plantat, terminum casu, non volumtate *con*vellerit, vicinis presentibus restituat terminum et *postmodum ex hoc* nullum damnum *aut periculum vereatur.*

CCLXXV (?) = *L. Bai.* 12, 4. *Cf. L. Vis. X,* 3, 3: Quotienscumque de terminis fuerit orta contentio, signa, que antiquitus constituta sunt, obportet inquir*i*, id est aggere*s* terre *sive arcas,* qua*s* propter fines fundorum antiquitus apparuerit fuisse congest*os adque constructas,* lapides etiam, quos propter indicia terminorum notis evidentibus sculptos constiterit esse defixos. Si hec signa defuerint, tunc in arboribus notas, quas decurias vocant, convenit observar*i*, sed ill*e*, que antiquitus probantur incise.

[Quod si quis intra terminos alienos per]
[absentiam aut per ignorantiam domini]
[partem aliquam forte possederit, statim eam],
[cum antiqui et evidentes ab inspectoribus]
[fines agnoscuntur, amittat domino reforman]-
[dam. Nec contra signa evidentia ullum]
[longae possessionis tempus opponat].

[CCLXXVI. ⌈Si[1] quodcumque ante adventum] *Suppleta ex L. Vis.*
[Gothorum de alicuius fundi iure remotum]
[est et aliqua possessione aut vinditione]
[aut donatione aut divisione aut aliqua]
[transactione translatum est, id in eius]
[fundi, adque a Romanis antiquitus pro]-
[batur adiunctum, iure consistat. Cum]
[autem proprietas fundi nullis certissimis]
[signis aut limitibus probatur, quid debeat]
[observari, eligat inspectio iudicantium],
[quos partium consensus elegerit⌉].
[*Si vero fundorum termini in tertiis, quas*] *Suppleta ex coniectura.*
p. 93. [145]. *habent Romani, fuerint, tunc Gothi [in]- **Incipiunt fragmenta codicis.*
grediantur in loco hospitum et ducan[t, *ubi*]
terminum fuerat ostensus. Tunc ⌈iud[ex], *= L. Vis. X, 3, 5.*
quos certiores agnoverit, faciat eos s[a]-
cramenta praebere, quod terminum s[ine]
ulla fraude monstraverint. ⌈Nullus n[o]- *= L. Bai. 12, 5—7.*
vum terminum sine consorte part[is al]-
terius aut sine ⟨in⟩spectore constituat. [Quod]

Cf. L. Vis. X, 3, 4 *(Reccessv.)*: Si quis intra terminos alienos per absentiam aut per ignorantiam domini partem aliquam forte possederit, *ita ut . . . nullatenus conprobetur* statim cum *per* antiqu*a signa* evident*ibus* inspectoribus fines *loci* alterius *co*gnoscuntur, amittat domino reformandam. Nec contra signa evidentia *debitum dominium* ullum longe possessionis tempus *excludat; sed hoc . . .*

CCLXXVI. *L. Vis. X,* 3, 5: Si quodcumque ante adventum Gotorum de alicuius fundi iure remotum est et aliquam possessionem aut vinditionem aut donationem aut divisionem aut aliqua transactione translatum est, id in eius fundi, adque a Romanis antiquitus probatur adiunctum, iure consistat. Cum autem proprietas fundi nullis certissimis signis aut limitibus probatur, quid debeat observari, eligat inspectio iudicantium, quos partium consensus helegerit, ita ut iudex, quos certiores agnoverit vel seniores, faciat eos sacramenta prebere, quod terminos sine ulla fraude monstraverint, et tamen nullus novum terminum sine consort*is presentia* aut sine inspectore constituat. Quod si forsitan liber hoc fecerit, damnum perva-

L. Bai. 12, 5. 6: Nemo novum terminum sine con*sensu* partis alterius aut sine inspectore constituat. Quod si forte liber hoc fecerit,

---

CCLXXVI. *l.* 27. sine spectore *c., ubi quidam litteras* e sp *erasit, fortasse corrigere volens.*

1) *Hoc caput et prior pars sequentis spectant ad causas ex divisione terrae inter Romanos possessores et Gothos hospites facta exortas. De qua divisione cf. Gaupp, 'Ansiedelungen und Landtheilungen' p.* 394 *sqq.; Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 52 *sqq.; Brunner, 'D. RG.' I, p.* 67; *'N. Arch.' XXIII, p.* 458 *sqq.*

si forsitam liber hoc fecerit, dammu[m] pervasoris excipiat, quod legibus con[ti]netur. Si vero hoc servus admiserit [do]mino nesciente, CC flagella public[e ex]tensus accipiat, et nullum ex hoc pr[aeiu]dicium domino conparetur[1].

CCLXXVII. ⌜Sortes Gothicas et tertias [Roma]norum, quae intra L annis non fuer[int] (= L. Vis. X, 2, 1.)
revocate, nullo modo repetantur⌝. ⌜Si[mili]ter de fugitivis, qui intra L annis in[ven]ti non fuerint, non liceat eos ad ser[vitium] (= L. Vis. X, 2, 2.)
revocare⌝. ⌜Antiquos vero terminos [sic] stare iubemus, sicut⌝ et bonae mem[ori]ae pater noster in alia lege praecepi[t]; (= L. Vis. X, 3, 1.)
et alias ⌜omnes[1] causas, seu bonas seu m[alas], (= L. Vis. X, 2, 3.)
(p. 94. [146].) [qu]ae intra XXX annis definitae non fue[ri]nt, vel mancipia, quae in contemptione [po]sita fuerint, sibe debita, quae exacta [no]n ⟨fuerint⟩, nullo modo repetantur. Et si quis [po]st hunc XXX annorum numerum cau[sa]m movere temptaverit, iste numerus [ei] resistat, et libram auri cui rex iusse[rit] coactus exsolvat⌝. Omnes autem cau[sa]s, quae in regno bonae memoriae patris [no]stri[2] seu bonae seu male actae sunt, [no]n permittimus penitus conmoveri; sed

---

sionis excipiat, quod legibus continetur. Si vero *id* servus admiserit domino nesciente, CC flagella publice extensus accipiat, et nullum ex hoc preiudicium domino conp*ut*etur.

damnum pervasionis excipiat, quod legibus continetur. . . . Si vero servus hoc admiserit domino nesciente, CC flagella publice extensus accipiat, et nullum ex hoc preiudicium domino conparetur.

CCLXXVII. *L. Vis. X,* 2, 1: Sortes Gotice et tertia Romanorum, que intra L annos non fuerint revocate, nullo modo repetantur; 2, 2: *Mancipia* fugitiv*a,* que intra L annos invent*a* non fuerint, non liceat ad servitium revocare; 3, 1: Antiquos terminos et limites sic stare iubemus, sicut *antiquitus videntur esse constructi . .;* 2, 3: Omnes causas seu bonas sive malas *aut etiam criminales,* que infra XXX annos definite non fuerint, vel mancipia, que in contentione posita fuerant *aut sunt,* si de*fin*ita *ad*que exacta non fuerint, nullo modo repetantur. Si quis *autem* post hunc XXX annorum numerum causam movere temtaverit, iste numerus ei resistat, et libram auri cui rex iusserit coactus exolvat.

CCLXXVI. *l.* 3. admiserit] dimiserit *c.*

CCLXXVII. *l.* 7. tertias] *ita potius quam* tertiam *c.* || *l.* 15. bona *c.* || *l.* 26. sed hi *legendum videtur; K.*: sa[ne s]i.

1) *Cf. L. Burg.* 79, 5; *'N. Arch.' XXIII, p.* 460 *sqq.* 2) *Eurici pater erat Theodericus I., cuius regnum et vitam finivit pugna Mauriacensis a.* 451. *Eundem terminum praebet Lex Burg.* 17, 1*:* Omnes omnino causae, quae . . . habitae sunt et non sunt finitae usque ad pugnam Mauriacensem, habeantur abolitae. *Cf. 'N. Arch.' l. c.; Gaupp, 'Germanist. Abhandlungen' p.* 43 *sq.*

[*h*]i, qui iudicaverunt, cum De*o* habeant ra-[tione]s. [*Illas*] *vero* causas, unde duo iu[di]-[cia] proferuntur, nobis iubemus affer-[ri], *ut quo*d cum lege videremus emiss[um], [no]bis praecipientibus dibeat probari.

[TIT. DE C]OMMENDATIS VEL COMMODATIS. Ø

[CCLXXVIII. Q]ui[1] cavallum aut quodlibet animalium (= *L. Vis. V*, 5, 1; = *L. Bai.* 15, 1.) [gen]us ad custodiendum mercede placi-[ta] commendaverit, si perierit, eius-[dem] meriti ille, qui commendata suscepit, [exs]olvat; si tamen mercedem fuerit [pro] custudia consecutus. Quod si etiam (*p.* 105, *c.* 2. [147].) qui nulla placita mercede susceperа[t ea mor]-tua esse probaverit, nec ille merced[em re]-quirat, nec ab illo aliquid requiratu[r; ea ta]-men ratione, ut praebeat sacramen[tum ille, qui] commendata susceperat, quod non [per suam] culpam nec per negligentiam animal [morte con]-sumpta sit. Eadem et de commoda[tis] forma servetur.

CCLXXVIIII. Si[2] quis alicui iumentum pr[aesti]-terit, et illud per aliquam infirmitat[em aput] eum moritur, sacramentum primitu[s prae]- (= *L. Vis. V*, 5, 2.)

L. Vis. V, 5: TIT. DE COMMENDATIS ET COMMODATIS.
L. Bai. 15: DE COMMENDATIS VEL COMMODATIS.

CCLXXVIII. *L. Vis. V*, 5, 1: Si quis caballum . . . aut quodlibet animalium genus placita mercede ad custodiendum susceperit, si *id* perierit, aliud eiusdem meriti ille, conmendata . . . suscepit, exolvat; si tamen mercedem fuerit pro custodia consecutus . . . Quod si *ille*, qui null*um* placit*um pro* mercede susceperat, *rem* mortua*m* esse probaverit, nec ille mercedem *accipiat*, nec ab illo aliquid requiratur; ea tamen ratione, ut prebeat sacramentum ille, qui conmendata susceperat, quod non per suam culpam neque per neglegentiam animal morte consumtum sit . . . Eadem et de commodatis forma servetur.

L. Bai. 15, 1: Si quis cavallum aut quodlibet animalium genus ad custodiendum mercede placita commendaverit, si perierit, eiusdem meriti ille, qui commendata suscepit, exsolvat; si tamen mercedem fuerit pro custodia consecutus. Quod si etiam nulla placita mercede susceperat *et* ea mortua esse probaverit, nec ille mercedem requirat, nec ab illo aliquid requiratur; tamen ratione, ut praebeat sacramenta ille, qui commendata susceperat, quod non per suam culpam neque per negligentiam morte consumpta sit . . . Eadem et de commodatis forma servetur.

CCLXXVIIII. *L. Vis. V*, 5, 2: Si quis alicui iumentum . . . prestiterit, et per aliquam infirmitatem aput eum . . . moriatur, sacramentum prebere debe*a*t, quod non per suam culpam . . .

CCLXXVII. *l.* 2. Illas] De illis *K.*

CCLXXVIII. *l.* 11. fuerit] fuerint *c.* ‖ *l.* 15. requiratur] requirati *pro* creditor acci[piat], *quod antea legendum putavi, nunc comparata et Legis Vis. et Legis Bai. communi lectione, legendum existimo.*

1) *Cf. Stobbe, 'Vertragsrecht' p.* 215 *sqq.* 228 *sqq.* 2) *Cf. ibid. p.* 234 *sqq.*

bere debet, quod non per suam culpa[m mor]te consumptum sit, et nihil cogatu[r exsol]vere. Sin autem nimium sedendo v[el fasces] carricando mortuum fuerit, eius[dem me]riti caballum reddat. Si vero idem [praes]titus alicui aliquid debilitatis int[ulerit] [vel damni, ille conponat, qui eum aput] [se susceptum habuisse dinoscitur].

[CCLXXX. Si[1] cui aurum, argentum vel ornamenta] = *L. Bai* 15, 2—5; — *L. Vis V*, 5, 3. [vel species fuerint commendatae, sive custodien]-[dae traditae sive vendendae, et in domo ipsius]
p. 106, *c.* 1. [148].
[cum rebus eius fuerint incendio concrematae], [una cu]m testibus qui commendata suscepe[rat p]raebeat sacramentum, nihil exinde [suis p]rofuisse conpendiis, et nihil cogat⟨ur⟩ [exsol]vere, excepto auro et argento, quod [ardere] non potuit. Si quis, dum domum flam[ma] consumit, se quasi auxilium praebi[turus] ingresserit et aliquid forte rapu[erit, d]ominus domus diligenter inqui[rat, e]t si eum potuerit invenire, ille, qui ra[puerit], in quadruplum rapta restituat[2]. Et si

---

morte consumtum sit, et nihil cogatur exolvere. Si autem nimium sedendo vel fasces carricando . . . mortuum fuerit, eiusdem meriti *animal* . . . *restituat.* Si vero prestitum *animal* alicui aliquid debilitatis intulerit vel damni, ille conponat, qui eum aput se susceptum habuisse dinoscitur.

CCLXXX. *L. Vis. V,* 5, 3: Si alicui aurum, argentum vel ornamenta vel species fuerint conmendate, sive custodiende tradite aut forte vindende, id si perierit, vel in domo ipsius, qui accepit, cum rebus eius fuerit incendio concrematum, una cum testibus *veniat et brevem det ille,* qui conmendata susceperat, et prebeat sacramentum, *quod* nihil exinde suis profuisse*t* conpendiis, et nihil cogatur exolvere, excepto aur*um* et argent*um,* quod ardere non potuit. Et si quis, dum domum flamma consumit, se quasi auxilium prebiturus ingesserit et aliquid forte rapuerit, dominus domus diligenter inquirat, et si eum invenire potuerit, ille, qui rapuerit, in quadruplum rapta restituat. Et si

L. Bai. 15, 2—5: Si cui aurum vel argentum vel ornamenta vel quaecumque species fuerint conmendatae, sive custodiendae traditae sint sive vendendae, et in domo ipsius cum rebus ipsius forsitan fuerint incendio concrematae, una cum testibus qui conmendata susceperat praebeat sacrament*a*, nihil exinde suis profuisse compendiis, et nihil cogatur exsolvere, excepto auro et argento, quod ardere non potuit. Si quis *forte,* dum domum flamma consumit, se quasi auxilium *adla*turus ingesserit et aliquid forte rapuerit, dominus domus diligenter inquirat, et si eum potuerit invenire, ille qui rapuerat in quadruplum rapta restituat. Et si

---

CCLXXVIIII. *l.* 4. idem] *ita, ut videtur, c.* || *l.* 5. praestitus] *fortasse:* [praes]titum *c.*
CCLXXX. *l.* 18. ingresserit *c. pro* ingesserit; *quidam codices Legis Bai.:* ingredierit, ingreditur.

1) *Cf. ibid. p.* 215 *sqq.* 2) *Poena quadrupli pro re ex incendio furata ex iure Romano sumpta est. Cf. Dig. XLVII,* 9, 1.

[de co]mmendatis rebus apud susceptorem [aliqui]d forte repperierit, domino restitu-[ere] non moretur. Si vero quae commen-[data fu]erant furto probantur ablata, ei, [qui com]mendata susceperat, spatium tri-[buatur], donec furem suam investigatione [perqui]rat. Et si eum invenerit, commen-[datori res proprias tantummodo reformare] [procuret; conpositio vero furti ad eum], [qui habuit commendata, pertineat. Et] [si fur non fuerit infra statutum tempus] [inventus, medietas rerum commenda]-[tarum domino a suscipiente reddatur]; damnum vero ex medio uterque sustene-ant. Et si postmodum dominus rerum apud eum, cui commendaverat, quae fuerint sup-pressa repperierit, cum haec ille se prius di-xerit perdedisse vel furto fuisse subla-ta, sicut fur ea, quae caelavit, ut legum sta-tuta praecipiunt, conpositione inplere cogatur.

p. 103, *c.* 2. [149].

CCLXXXI. Si[1] quis pecuniam sub cautione sus-cepit, daturus usuras, si per casu pecunia periit, non culpa aut negligentia debitoris,

= *L. Vis. V*, 5, 4.

---

de conmendatis rebus aput susceptorem aliquid forte reppererit, domino restituere non moretur. Si vero que conmendata fuerant furto probantur ablata, ei, qui conmendata susceperat, spatium tribuatur, *ut ordo docet,* donec furem sua investigatione perquirat. Et si eum invenerit, conmendatori res suas proprias tantummodo reformare cogitur; conpositio vero furti ad eum, qui habuit conmendata, pertineat. Certe, si fur non fuerit infra statutum tempus inventus, medietas rerum conmendatarum domino a suscipiente reddatur, *ut* damnum ex medio uterque sustineat. Et si postmodum dominus rerum aput eum, cui conmendaverat, que fuer*a*nt subpressa *forte* reppererit, cum hec ille se prius dixerit perdidisse vel furto fuisse sublata, sicut fur *pro his,* que celabit, *secundum* legum statuta conpositionem inplere cogatur.

de commendatis rebus apud *dir*eptorem aliquid forte repperierit, domino restituere non moretur. Si vero quae commendata fuerant furto probantur ablata, ei, qui commendata *perdid*erat, spatium tribuatur, donec furem sua investigatione perquirat. Et si eum invenerit, commendatori res proprias tantummodo reformare procuret. Compositio vero furti ad eum, qui habuit commendatam, pertineat. Et si fur non fuerit intra statutum tempus inventus, medietas rerum commendatarum domino suscipiente reddatur; damnum vero ex medio uterque sustineat. Et postmodum si dominus rerum apud eum, cui commendaverat, quae fuerint suppressa repperit, cum haec ille prius se dixerat perdidisse vel furto fuisse sublata, sicut fur eam, *quam exigi* legum statuta praecipiunt, conpositionem cogatur inplere.

CCLXXXI. *L. Vis. V,* 5, 4: Si quis pecuniam sub cautione suscep*er*it, daturus usuras, si per casu pecunia peri*er*it, non culpa aut neglegentia debitoris, ille, qui pecuniam conm*en*davit,

---

CCLXXX. *l.* 6. suam] *ita etiam quidam codices Legis Bai.*

1) *Cf. Stobbe, 'Vertragsrecht' p.* 275 *sqq.*

ille, qui commodavit, solam pecuniae summam recipiat et non requirat usuras. Sin vero per ipsius fraudem vel culpam factum est, et pecuniam et usuras solvat. Et si aliqua lucra est ex ea pecunia consecutus, et postmodum contigit, ut pecunia pereat, extra summam, quod acceperat, mediam [*usurarum partem* restituat].

[CCLXXXII. Qui[1] commendata vel commodata] [susceperit et de ruina aut incendio vel hosti]-[litatis naufragio seu quolibet simili casu sua] [omnia liberaverit et aliena perdiderit, quod] [accepit sine aliqua excusatione exsolvere] cogatur. Si vero partem aliquam de rebus propriis liberasse cognoscitur, illi, cuius res secum habuerat, iuxta modum perditae rei vel liberatae restituat, quam iudex ratione deducta estimaverit portionem. Sin autem sua omnia perdedit, cum liberaret alienam, similis de liberatis et de perditis rebus ratio deducatur, ut partem arbitrio iudicantis qui liberavit accipiat. Iustum est enim, ut in simili casu non damnum solus excipiat, qui se gravibus periculis, dum sua maiora perdederit et aliena minora liberare conatur, obiecerit.

= *L. Vis. V.* 5, 5.

p. 104, *c.* 1. [150].

---

solam pecunie summam recipiat et non requirat usuras. Si vero per ipsius fraude vel culpa factum est, et pecuniam et usuras solvat. *Quod* si aliqua lucra est ex ea pecunia consecutus, et postmodum conti*ngat*, ut pecunia pereat, *si tanta sunt lucra, quanta pecuniam fuit, et pecuniam et usuras* restituat.

CCLXXXII. *L. Vis. V,* 5, 5: Qui conmendata vel commodata susceperit et de ruina aut incendio vel hostilitatis naufragio seu quolibet simili casu sua omnia liberaverit et aliena perdiderit, quod accepit sine aliqua excusatione cogatur exsolvere. Si vero partem aliquam de rebus propriis liberasse cognoscitur, illi, cuius res secum habuerat, iuxta modum perdite rei vel liberate restituat, qua*lem* iudex rationem deducta estimaverit portionem. Sin autem sua omnia perdid*er*it, cum liberaret aliena, et de liberatis et de perditis rebus similis ratio deducatur, ut partem arbitrio iudicantis qui liberabit accipiat. Iustum est enim in simili casu, ut ille non damnum solus excipiat, qui se gravibus obicerit periculis, et dum aliena minora conatur liberare, sua maiora *cognoscitur* perded*isse.*

CCLXXXI. *l.* 7. mediam] *sequuntur scripturae reliquiae, seu* LB, *seu fortasse* US *legendae.*
CCLXXXII. *l.* 15. illi] ille *c.*

1) *Cf. Pauli Sent. II,* 4, 2: Si facto incendio, ruina, naufragio aut quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata est, nisi forte, cum posset rem commodatam salvam facere, suam praetulit; *Stobbe l. c. p.* 216 *sqq.*

CCLXXXIII. Quod[1] nesciente domino servis fuerit commendatum, si id perierit, dominus servi nullum damnum incurrat. Suae enim inpotet culpae, qui servo alie[no res suas commendaverit domino] [nesciente. Similis et de commodatis] [forma servetur]. *= L. Vis. V, 5, 6.*

[CCLXXXIIII. Si dominus per servum suum] [quodcumque sibi petierit commodandum, et] [servus cum rebus commodatis in fuga fuerit] *p. 85. [151].* [elapsus], tunc dominus obligetur, ut [com]modata restituat. Si vero servus pe[tisse] dominum mentiatur et s[ic] deport[anda] ad dominum susceperit, sed ea, quae [susce]perit, everterit aut forte perdederit, et [fu]gitivus non potuerit inveniri, d[ominus] servi praebeat sacramentum, se eum, [ut sus]ciperet, non misisse, et cum id pete[ret, ig]norasse, et nihil calumniae pertim[escat]. Haec eadem de commendatis praecipim[us]. *= L. Vis. V, 5, 7.*

CCLXXXV. Nullus, qui pecunias commen[daverit] ad usuram, per annum plus quam tr[es sili]quas de unius solidi poscat usuras[2], [ita] *cf. L. Vis. V, 5, 8.*

CCLXXXIII. *L. Vis. V, 5, 6*: Quod nesciente domino serv*o* fuerit conmendatum, si id perierit, nec dominus *nec servus* ullum damnum incurrant. Sue enim imputet culpe, qui servo alieno res suas conmendaverit domino nesciente. Si vero alicuius rei animal sit, et per fraudem pastorum diminutum repperiatur, hec reddere conpellatur. Similis et de commodatis forma servetur, si fraude aut malitia consumta aut dissipata noscuntur.

CCLXXXIIII. *L. Vis. V, 5, 7*: Si dominus per servum suum quodcumque sibi petierit commodandum, et servus cum rebus commodatis in fuga fuerit elapsus, tunc dominus obligetur, ut commodata restituat. Si vero servus petisse dominum mentiatur et sic *quasi* deportanda ad dominum susceperit, *et* que susceperit *aut* evert*at* aut forte perdiderit, et fugitivus non potuerit inveniri, dominus servi prebeat sacramentum, se eun*dem servum,* ut susciperet, non misisse, et cum id peteret, ignorasse, et nihil calumnie pertimescat. . . . Haec eadem et de commendatis precipimus *custodire.*

CCLXXXV. *L. Vis. V, 5, 8*: *Si quicumque* pecuniam commodaverit ad usuram, *non* plus per annum quam tres seliquas de unius solidi p*a*scat*ur* usur*is* . . . *Et* de solidus octo nonum soli-

---

CCLXXXIII. *l.* 6. nesciente] *quae post haec in lege Reccessvindiana leguntur, cum sex tantum versus excidisse videantur, omisi.*
CCLXXXV. *l.* 21. pecunias] *ita vel* pecunia *scriptum videtur* c.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II,* 31; *Ed. Theod. c.* 121. 2) *Eadem fere verba leguntur*

ut de solidis octo nonum solidum c[redito]ri qui pecuniam ad usuram suscepi[t sol]vat. Qui si cautionem ultra modum s[uper]ius conprehensum per necessita[tem sus]cipientis creditor extorserit, condicio co[ntra] leges inserta non valeat. Qui cont[ra hoc] fecerit, rem, quam commodaverat, [reci]piat et nullam usuram. Quae vero cau[tae *non*] fuerant non solvantur usure.

TIT. DE VENDITIONIBUS. Ø

p. 86. [152]. [CCLXXXVI]. Venditio per scripturam facta plenam [habea]t firmitatem. Si etiam scriptura fac[ta no]n fuerit, datum praetium testibus con[prob]atur, et emptio habeat firmitatem. [Vendi]tio, si fuerit violenter extorta, id est [aut m]etu mortis aut per custodiam, nul[la vale]at ratione [1]. = *L. Vis. V, 4, 3; cf. L. Bai. 16, 2.*

[CCLXXXV]II. Si [2] quid a servo alieno fuerit conpa- = *L. Bai. 16, 3.*

---

dum creditori, qui pecuniam ad usuram *dedit, ex*olvat . . . Quod si cautionem ultra modum superius conprehensum per necessitatem suscipientis creditor extorserit, condicio contra leges inserta non valeat. *Si quis autem* contra *ordinationem hanc* fecerit, *eam* rem, quam commodaverat, recipiat, et que caute fuerant *in nullo* solvantur usure.

L. Vis. V, 4: TIT. DE *COMMUTATIONIBUS ET* VENDITIONIBUS.
L. Bai. 16: DE VENDITIONIBUS.

CCLXXXVI. *L. Vis. V,* 4, 3: Venditio per scripturam facta plenam habeat firmitatem. *Ceterum,* si etiam scriptura facta non fuerit et datum pretium presentibus testibus conprobetur, et *plenum* habeat emptio *roborem.* Vinditio *vero,* si fuerit violenter *et per* metum extorta, nulla valeat ratione.

L. Bai. 16, 2: *Si quis vendiderit possessionem suam alicui, terram . . . post acceptum* pretium *aut per cartam aut per* testes conprobetur *firma* emptio . . .
Venditio, si fuerit violenter extorta, id est aut metu mortis aut per custodiam, nulla ratione *firma sit.*

CCLXXXVII. *L. Bai.* 16, 3: Si *quis* a servo alieno *ali*quid conpara*verit* nesciente

---

CCLXXXV. *l.* 4. Qui] *ita pro* quod *scriptum videtur c.*

in Interpretatione Codicis Theodosiani II, 33, 2: si quis plus quam legitima centesima continet, hoc est tres siliquas in anno per solidum, amplius a debitore sub occasione necessitatis accipere vel auferre praesumserit *etc., unde auctorem legis nostrae hausisse existimaverunt Savigny, 'G. d. R. R.' II*[2], *p.* 76 *sq., Stobbe, 'G. d. D. Rechtsqu.' I, p.* 77, *et Dahn, 'Westg. Studien' p.* 9. *Quod recte refutaverunt Th. Gaupp, 'German. Abhandl.' p.* 34 *sq., Brunner, 'D. RG.' I, p.* 324. *Cf. etiam Iustiniani Nov.* 34, *c.* 1*:* si autem pecunias dedit, nihil amplius quam unam siliquam pro singulo solido annuam praestare. 1) *Cf. L. R. Vis. C. Th. III,* 1, 9 *c. Interpr.* 2) *Legem, receptam in Legem Baiuvariorum, Chindasvindus rex sustulit L. Vis. V,* 4, 13, *referens de ea his verbis:* cum promulgata sanctio iuris antiqui sine dominorum dispendio servorum venditiones in irritum praeceperit devocari.

[ratum] domino nesciente, si dominus firmam
[esse n]oluerit emptionem, praetium red-
[dat e]mptori, et emptio nihil habeat firmitatis.

[CCLXXXV]III. Si quis servum suum vendederit, et = *L. Vis. V*, 4, 14.
[servus] priori domino aliquod crimen obiece-
[rit, il]le, qui vendedit, recipiat quem vindedit,
[p]raetium redditurus emptori, ut ille
[in ser]vo suo requirat crimen, quod sibi obiecerat.
[Idem] de ancillis praecipimus custodiri.

[CCLXXXVI]III. Quoties de vindita re contentio = *L. Bai.* 16. 4; *cf. L. Vis. V*, 4, 8.
[comm]ovetur, si alienam fuisse constite-
[rit, n]ullum domino praeiudicium conpare-
[tur. E]t domino qui vendere aliena praesu[m]-
[serit d]uplum cogatur exsolvere[1], nihilomi-
[nus e]mptori quod accepit praetium reddi-
p. 91. [153]. turus; et quidquid ad ⟨con⟩parate rei prof[ectum]
studio suae utilitatis emptor adiec[erit],
a locorum iudicibus estimetur, et ei, [qui la]-
borasse cognoscitur, a venditore iu[ris alie]-
ni satisfactio iusta reddatur.

---

domino suo, si dominus firmam esse noluerit emptionem, reddatur pretium emptori, et emptio nihil habeat firmitatis.

CCLXXXVIII. *L. Vis. V*, 4, 14: Si quis servum suum vendiderit, et *ipse* servus priori domino aliquod crimen obiecerit, ille, qui vendidit, recipiat quem vendid*erat*, pretium redditurus emptori, ut *ipse* in servo crimen, quod sibi obiec*tum est, inquirere vel vindicare studeat.* Id *aut*em de ancillis precipimus custodiri . . .

CCLXXXVIIII. *L. Vis. V*, 4, 8: Quotiens de vendita *vel donata* re contentio commovetur, id est, si alienam *fortasse rem vendere vel donare quemcumque* constiterit, nullum *emptori* preiudicium *fieri poterit. Sed ille,* qui alienam *rem* vendere *vel donare* presumsit, dupl*am* rei domino cogatur exolvere, emptori *tamen* quod accepit pretium redditurus; et quidquid *in* profectum conparate rei emtor *vel qui donatum accepit* studio sue utilitatis adiecerat, a locorum iudicibus extimetur, adque ei, qui laborasse cognoscitur, a venditore *vel a donatore* iuris alieni satisfactio iusta reddatur . . .

L. Bai. 16, 4: Quotiens de vendita re contentio commovetur, si alienam fuisse constiterit, nullu*s sine* domino preiudici*o* conparetur. Et domino *is,* qui aliena vendere presumpsit, duplum cogatur exsolvere, nihilominus emptori, qu*i* accepit, pretium redditurus; et quicquid ad conparatae rei profectum studio suae utilitatis emptor adiecerit, a locorum iudicibus aestimetur, et ei, qui laborasse cognoscitur, a venditore iuris alieni satisfactio iusta reddatur.

CCLXXXVIIII. *l.* 12. nullum] nullam *c.*

1) *Cf. L. R. Vis. Paul. II.* 17. 1 *c. Interpr.*

CCLXL. Si quis ingenuum vendiderit, cu[m ille] suam probaverit libertatem, serv[um aut] praetium servi ab illo, qui vendedit, [acci]piat ille sibi, quem vinditum fuisse [consti]terit, excepto quod emptori in dup[lum prae]tium, quod accepit, cogatur exsolve[re. Haec] et de mulieribus forma servetur. *cf. L. Bai. 16, 5; L. Vis. V, 4, 11.*

CCLXLI. Si quis servum suum vendederi[t, for]sitam eius nesciens facultates, habe[at in]queren⟨di⟩ liberam potestatem; et sibi v[indicet] ille, qui vendidit, cum potuerit invenir[e]. *cf. L. Bai. 16, 6; L. Vis. V, 4, 15.*

CCLXLII. Si[1] servus de peculio suo fuerit e[mptus], et hoc dominus eius forte nescierit, [de do]mini potestate non exeat; quia non pr[aetium], sed res servi sui, dum ignorat, accepit. *= L. Vis. V, 4, 16; = L. Bai. 16, 7.*

CCLXLIII. Conmutatio[2] talem qualem empt[io ha]beat firmitatem. *= L. Bai. 16, 8; = L. Vis. V, 4, 1.*

CCLXLIIII. Venditionis[3] haec forma serve[tur, ut], *= L. Vis. V, 4, 7; = L. Bai. 16, 9.*

CCLXL. *L. Vis. V*, 4, 11: Si *ingenuus* ingenuum vend*ere vel donare presumserit . . .; adque etiam* de mulieribus . . . *huius ordinis* forma servetur.

L. Bai. 16, 5: Si quis ingenuum vendiderit, cum ille suam probaverit libertatem, *is, qui eum vendiderit, reducat eum in locum suum . . . et componat ei XL solidos,* excepto quod emptori in duplum pretium, quod accepit, cogatur exsolvere. *Similis ratio dupliciter* de *feminis* servetur.

CCLXLI. *L. Vis. V*, 4, 15: Si quis servum suum vendiderit, eius nesciens facultatem, habe*bit* inquirendi liberam potestatem, *ut* sibi vindicet ille, qui vendidit, cum potuerit invenire *rem servi venditi.*

L. Bai. 16, 6: Si quis servum suum vendiderit forsitan eius nesciens facultates, *quas habebat, dominus eius* potestatem habeat, qui *eum* vendidit, *re*quirendi *res eius, ubicumque* invenire potuerit.

CCLXLII. *L. Vis. V*, 4, 16: Si servus de suo peculio fuerit emtus, et hoc dominus eius forte nescierit, de domini sui potestate non exeat; quia non pretium, sed res servi sui dominus, dum ignorat, accepit.

L. Bai. 16, 7: Si *quis* servus de peculio suo fuerit *red*emptus, et hoc dominus eius forte nescierit, de domini potestate non exeat; quia non pretium, sed res servi sui, dum ignorat, accepit.

CCLXLIII. *L. Vis. V*, 4, 1: Commutatio, *si non fuerit per vim et metum extorta,* talem qualem *et* emtio habeat firmitatem.

L. Bai. 16, 8: Commutatio, *hoc est quod cambias,* talem qualem emtio habeat firmitatem.

CCLXLIIII. *L. Vis. V*, 4, 7: Vinditionis

L. Bai. 16, 9: Venditionis haec forma ser-

CCLXLI. *l.* 9. facultates] *ita vel* facultatem *c.*

1) *Cf. Cod. Iust. IV*, 49, 7. 2) *Cf. Cod. Iust. IV*, 64, 2; *Nov. Valent. III.* 31, 4; *L. Rom. Burg.* 35, 5. 3) *Cf. Cod. Th. III*, 1, 1. 4. 7 *c. Interpr.*; *Cod. Iust. IV*, 34, 2. 4. 8. 15.

p. 92. [154]. ⟨seu res⟩ [seu m]ancipia seu quodlibet animalium ge[nus v]enditur, nemo propterea firmitatem [vendi]tionis inrumpat, quod dicat, rem vili [prae]tio vendidisse.

[CCLXLV. S]i venditor non fuerit idoneus, fideius[sore]m dare debet emptori. *= L. Vis. V, 4, 2.*

[CCLXLVI]. Si pars praetii data est, pars promis[sa, no]n propter hoc venditio facta rumpa[tur; s]ed si emtor ad placitum tempus non [exhibu]erit praetii reliquam portionem, pro [part]e, quam debet, solvat usuras[1]; nisi hoc [fort]e convenerit, ut res vendita reformetur. *= L. Vis. V, 4, 5.*

[CCLXLVI]I. Qui arras pro quacumque acceperit re, [prae]tium cogatur implere, quod placuit. [Empt]or vero, si non occurr⟨er⟩it ad diem con[stitu]tum, arras tantummodo recipiat, quas [dedi]t, et res definita non valeat[2]. *cf. L. Vis. V, 4, 4; L. Bai. 16, 10.*

---

hec forma servetur, ut, seu res *aliquas vel terras* seu mancipia vel quodlibet animalium genus venditur, nemo propterea firmitatem vinditionis inrumpat, eo quod dicat, rem *suam* vili pretio vindidisse.

vetur, ut, seu res seu mancipium vel quodlibet genus animalium venditur, nemo propterea firmitatem venditionis inrumpat, quod dicat, *se* vili pretio vendidisse.

CCLXLV. *L. Vis. V, 4, 2*: Si venditor non *sit* idoneus, *ingenuum* fideiussorem dare debebit emtori . . .

CCLXLVI. *L. Vis. V, 4, 5*: Si pars pretii data est *et* pars promissa, non propter hoc vindicio facta rumpatur; sed si emtor ad placitum tempus non exibuerit pretii reliquam portionem, pro *pretii* partem, quam debet, solvat usuras; nisi hoc forte convenerit, ut res *emta venditori debeat* reforma*ri*.

CCLXLVII. *L. Vis. V, 4, 4*: Qui arras pro quacumque re acceperit, *id* cogatur inplere, quod placuit; emtor vero, si . . . ad constitutum non occurrerit diem, *quem voluerit pro se dirigat, qui pretium tempore definito perconpleat. Quod si constituto die nec ipse successerit, nec pro se dirigere voluerit,* arras tantummodo recipiat, quas dedit, et res definita non valeat.

L. Bai. 16, 10: Qui arras *dederit* pro quacumque re, pretium cogatur implere, quod placuit empto*ri*. *Et* si non occurrerit ad diem constitutum *vel antea non rogaverit placitum ampliorem, si hoc neglexerit facere, tunc perdat* arras, *et pretium, quod debuit, impleat.*

CCLXLV. *l.* 6. emptori] tempori *c.*

1) *De usuris pretii cf. Dig. XIX*, 1, 13, § 20; *XXI*, 1, 29, § 2; *XXII*, 1, 18, § 1; *Cod. Iust. IV*, 49, 5; 32, 2; *Pauli Sent. II*, 17, 9; *Fragm. Vatic.* 2. 2) *Qualem vim haec lex, quae valde mutata et in Legem Reccessvindianam et in Legem Baiuvariorum recepta est, habeat, demonstravit A. Heusler, 'Institutionen' I, p.* 84 *sq. II, p.* 253 *sq.; cf. etiam R. Schroeder, 'D. RG.'*[3] *p.* 295.

[CCLXLVI]II. Rem[1] in contemptione positam — = *L. Vis. V*, 4, 9, = *L. Bai.* 15, 6.
[non l]iceat donare nec vindere.

[CCLXLVII]II. Parentibus[2] filios suos vendere non — = *L. Vis. V*, 4, 12.
liceat⟩ aut
[d]onare nec oppignerare. Nec ex illis aliquid
[suo i]ure defendat ille, qui acceperit, sed . . . .
[magis] praetium, quod dedit . . . . . . perdat
p. 101, *c.* 2. [155]. qui a par[entibus filium comparavit].

CCC. Quicu[mque[3] ingenuus post annum] — = *L. Vis. V*, 4, 10.
vicisim[um se vindi permiserit et praetium]
cum ven[ditore partitus est, ut circumve]-
niret e[mptorem, proclamans postea nul]-
latenus [audiatur, sed in ea qua voluit servi]-
tute per[maneat; quoniam non est dignus],
ut liber [sit, qui se volens subdidit servituti].

CCCI. Nullo . . . .
ro cuius . . . .
ut in *Ro*[*man*] . . . .

CCLXLVIII. *L. Vis. V*, 4, 9: Rem in contentione positam . . . non liceat *nec* donare nec vindere . . .

L. Bai. 15, 6: Rem in contentione positam non liceat donare nec vendere.

CCLXLVIIII. *L. Vis. V*, 4, 12: Parentibus filios suos vendere non liceat aut donare *vel* obpignorare. Nec ex illis aliquid iuri suo defendat ille, qui acceperit; sed magis pretium *vel sepositionis commodum*, quod ded*era*t, perdat qui a parentibus filium conparavit.

CCC. *L. Vis. V*, 4, 10: Quicumque ingenuus se vindi permiserit et pretium cum venditore partitus est, ut circumv*e*niret emtorem, proclamans postea nullatenus audiatur, sed in ea qua voluit servitute permaneat; quoniam non est dignus, ut liber sit, qui se volens subdidit servituti.

CCLXLVIIII. *l.* 5. Nec ex illis] *ita, ut videtur, c.* ‖ *l.* 6. iure] *abhinc usque ad verbum* perdat *omnia prorsus incerta.*

CCC. *l.* 10. [post annum] vicisim[um] *supplevi cf. n.* 3; [se vendiderit vel] vicisim *Bluhme.*

CCCI. *l.* 16. *Capitum CCCI—CCCIIII pauca tantum vestigia supersunt, quae neque ex Lege Vis. neque ex Lege Bai. suppleri possunt. Minime autem probaverim, quod opinatus est Bluhme, cum capitibus CCCI—CCCIII ea proxime convenire videri, quae L. Vis. X*, 1, 8. 9. 16. *exstent. Haud dubie capita CCCI et CCCII ad tit. De venditionibus pertinent.*

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV*, 5, 1; *Summar. ad h. t., ed. Haenel p.* 6; *L. Rom. Cur., LL. V, p.* 343. 2) *Cf. Cod. Iust. IV*, 43, 1; *Pauli Sent. V*, 1, 1. 3) *Cf. Dig. XL*, 12, 7: Liberis etiam hominibus, maxime si maiores viginti annis venum se dari passi sunt vel in servitutem quaqua ratione deduci, nihil obest, quominus possint in libertatem proclamare, nisi forte se venum dari passi sunt, ut participaverint pretium. Si quis minor viginti annis ad partiendum pretium venum se dari passus est, nihil ei hoc post viginti annos nocebit. Sed si ante quidem se venum dedit, post vicensimum autem annum pretium partitus est, poterit ei libertas denegari. *Cf. etiam Dig. XL*, 13, 1; *Inst. I*, 3, § 4; *Cod. Iust. VII*, 16, 5; 18, 1.

et facult[a] . . . .
qui procla[ma] . . . .

CCCII. Nullus . . . . [*re*]-
*g*is aut iu[dicis] . . . .
us audea[t] . . . . [ver]-
borum pl[acit] . . . .

(Desunt versus 6.*)*

p. 103, c. 1, [156]. [CCCIII (?)] . . . . onis nul-
[l] . . . . aut pro
. . . . mum quod
. . . . nt inqui-
. . . . mora exi-
[g] . . . . [q]uamdiu
. . . .

[CCCIIII (?)][1] . . . . s terras
. . . . transfer-
[re] . . . . terras suas
. . . . ut forte
. . . . [R]omanus
. . . . [G]othus qui
. . . . re coga-
[tur] . . . . [ter]ritorio ci-
[vitatis] . . . . [a]ddatur aug-
[mentum] . . . . rito . . . .

(Desunt versus 6.*)*

[TIT. DE DONATIONIBUS.]

[CCCV].

p. 106, c. 2, [157]. . . . . . conferunt[ur][2] . . . . *cf. L. Vis. V, 2, 2.*
ve sunt, hoc observan[dum *esse iubemus*], quod gloriosae memori[ae *patris nostri*] vel decessorum nost[rorum *constituit*] mansuetudo; quia iniq[uum *esset prin*]cipum statuta convel[li].

CCCV. *L. Vis. V, 2, 2 (Chindasv.): Donationes regie potestatis, que in quibuscumque personis* conferuntur *sive conlate* sunt, *in eorum iure persistant;* quia *non oportet* principum statuta convelli, *que convellenda esse percipientis culpa non fecerit.*

CCCIII. *l.* 14. *lineae pars ultima, quae sola exstat, nulla scripturae vestigia praebet: qua de causa l.* 15. *novum caput incepisse existimo.*

CCCV. *l.* 33. principum] cipum *vel fortasse* orum *c.*

1) *Hoc caput ad causas ex divisione terrarum ortas spectare videtur. Cf. supra p.* 4, *n.* 1. 2) *Lex constituisse videtur, ut res ex largitate principum concessae in possessorum eorumque heredum iure inconvulse consistere deberent. Cf. etiam L. Burg.* 1, 3.

CCCVI. ⌜Si[1] quis episcopus vel presb|yter aliquid| praeter consensu om|nium *clericorum* de re|bus aecclesiae facere cr|*ediderit, hoc fir*|*mum non esse* precipim|us⌝; *nisi praebeat*| omn*is* clericus consen[su*m suum, seu de fun*]do seu de hereditatibus. [*Filii autem* ⌜cle]ricorum, qui terras vel [aliquid ex muni]ficentia aeclesiae posside[nt, si in laicos| conversi fuerint vel d[e servitio aecclesiae] discesserint, vel ami|ttant, *quod possidebant*|⌝, iuste re . . lat . . . . *L. Vis. V, 1, 3.* = *L. Vis. V, 1, 4.*

(*Desunt versus* 6.)

p. 105, c. 1. [158]. [CCCVII. Maritus si uxori su]ae aliquid donaverit, de [hoc, quod vo]luerit, scriptura sua ma[nu signo siv]e subscriptione confir[met, ita ut du]o aut tres testes *ingenui* [subscriptore]s accedant; et sic volun[tas ipsius habeat] firmitatem. *E*t si . . . . . [*scriptu*]ram *non* fuerint *praesen*[*tes*] . . . . s t[*esti*]um . . . . [*Volunta*]s autem, si necessitas [*est*], [*coram* duobus a]ut tribus testibus *ore* [*promulgari*] p[*ote*]s[*t*]. Similis de uxoris [voluntate, qu]ae in maritum confer[re voluerit, donat]ionis forma servetur. = *L. Vis. V, 2, 7.*

CCCVI. *L. Vis. V, 1, 3*: Si quis episcopus *aut* presbyter *vel quicumque ex clericis* preter consensum *ceterorum* clericorum aliquid de rebus eclesie *vendiderit vel donaverit*, hoc firmum non esse precipimus, nisi ita *fuerit facta vinditio sive donatio, quemadmodum sanctorum canonum instituta constituunt adque decernunt.*

L. Vis. V, 1, 4: *Heredes episcopi seu aliorum* clericorum, qui *filios suos in obsequium eclesie conmendaverint et* terras vel aliquid ex munificentia eclesie possederint, si *ipsi* in laicis *re*versi fuerint aut de servitio eclesie, *cuius terram vel aliquam substantiam possidebant,* discesserint, *statim* quod possidebant amittant.

CCCVII. *L. Vis. V, 2, 7*: Maritus si uxori sue aliquid donaverit, de hoc, quod *ipsa sibi habere* voluerit, scriptura manus sue suscriptione *vel* signo confirmet, ita ut duo aut tres testes ingenui suscriptores *vel signa facientes* accedant; et sic volumtas ipsius habeat firmitatem. Similis *et* de uxoris volumtate, que in maritum conferre voluerit, donationis *hec* forma servetur, *si tamen* . . . .

CCCVI. *l.* 10. descesserint *corr.* discesserint *c.*

CCCVII. *l.* 21 *sqq.* *Cf.*: volumtas verbis coram probationem promulgata, *L. Vis. II, 5, 12.*

1) *Hanc legem minime ad can.* 3. *Conc. Toletani III. referendam esse, ut, supplemento a Fr. Bluhme perperam facto seductus, opinatus est Helfferich, 'Westgotenrecht' p.* 45, *demonstravit Brunner, 'D. RG.' I, p.* 322.

[CCCVIII. 'Res donata, si] in praesenti traditur, [nullo modo a dona]tore repetatur, nisi cau[sis certis et p]robatis'. 'Qui vero sub hac [occasione largitur, ut po]st eius morte [ad illum, cui donaverit, res donata pertineat], [quia similitudo est testamenti, habebit] [licentiam inmutandi voluntatem suam], [quando voluerit, etiam si in nullo] [laesum fuisse se dixerit. Ille vero], [qui falsa donatione circumventus] (p. 83. [159].) aliquid in utilitate donatoris e[xpendit], aut ab ipso donatore recipiat [aut ab eius] heredibus, ne iniuste damna sus[tineat] qui honestum lucrum de inani pr[omissi]one speraverat'. — *= L. Vis. V, 2, 6.* — *ibidem in fine.*

CCCVIIII. Donatio, que per vim et met[um pro]batur extorta, nullam habeat fir[mitatem]. — *= L. Vis. V, 2, 1.*

CCCX. Si quis buccellario [1] arma deder[it vel ali]quid donaverit [2], si in patroni sui m[anserit] obsequio, aput ipsum quae sunt d[onata per]maneant. Si vero alium sibi patr[onum ele]gerit, habeat licentiam, cui se volue[rit com]mendare; quoniam ingenuus hom[o non po]test prohiberi, quia in sua potest[ate consis]tit; sed reddat omnia patrono, que[m dese]ruit. Similis et de circa filios patro[ni *vel* buccel]- — *= L. Vis. V, 3, 1.*

CCCVIII. *L. Vis. V, 2, 6 (Chindasv.):* Res donat*ae*, si in presenti*a testium* tradit*ae sunt,* nullo modo repeta*n*tur a donatore . . . Qui vero sub hac occasione largitur, ut *eandem rem ipse, qui donat, usufructuario iure possideat, et ita* post eius mortem ad illum, cui donaverit, res donata pertineat, quia similitudo est testamenti, habebit licentiam inmutandi volumtatem suam, quando voluerit, etiam si in nullo lesum fuisse se dixerit. Ille vero, qui falsa donatione circumventus aliquid in utilitatem donatoris expendit, aut ab ipso donatore recipiat, aut ab eius heredibus, ne iniuste damma sustineat, qui lucrum *se habere* de inani promissione *putabat.*

CCCVIIII. *L. Vis. V, 2,* 1: Donatio, que per vim et metum *fuerit* extorta, nullam habeat firmitatem.

CCCX. *L. Vis. V,* 3, 1: Si quis *ei, quem in patrocinio habuerit,* arma dederit vel aliquid donaverit, aput ipsum que sunt donata permaneant. Si vero alium sibi patronum elegerit, habeat licentiam, cui se voluerit conmendare; quoniam ingenu*o* hom*ini* non potest prohiberi, quia in sua potestate consistit; sed reddat omnia patrono, quem deseruit. Similis et circa filios

---

CCCVIII. *l.* 11. donactoris *vel* donaotoris *c.*

1) *Buccellarius est cliens, qui patrono armis quasi miles privatus servit. Lex Reccessvindiana pro buccellario plerumque dicit: qui est in patrocinio. Cf. O. Seeck in 'Zeitschrift d. Savigny-Stiftung, Germ. Abth.' XVII, p.* 105 *sqq.; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 5. 56. 255. 262. 271.
2) *Cf. Brunner, 'Landschenkungen' in 'SB. d. Berl. Ak.' LII* (1885), *p.* 1190.

larii forma servetur: ut, si ipsi qu[*idem eis*] obsequi volueri⟨n⟩t, donata possidea[nt; si vero] patroni filios vel nepotes credider[int relin]quendos, reddant universa, quae pa[rentibus] eorum a patrono donata sunt. Et [si aliquid] buccellarius sub patrono adquesie[rit, medie]tas ex omnibus in patroni vel filior[um eius] p. 84. [160]. [potesta]te consistat; aliam mediaetatem [buccella]rius, qui adquaesivit, obtineat; et si [filiam reli]quirit, ipsam in patroni potestate [manere] iubemus; sic tamen, ut ipse patro[nus aeq]ualem ei provideat, qui eam sibi pos[sit in ma]trimonium sociare. Quod si ipsa [sibi con]tra voluntatem patroni alium for[te elegerit], quidquid patri eius a patrono fue[rit don]atum vel a parentibus patroni, omnia [patron]o vel heredibus eius ⟨restituatur⟩.

[CCCXI. Ar]ma, quae saionibus[1] pro obsequio da⟨n⟩[tur, nul]la ratione repetantur; sed illa, quae, [dum sai]us est, adquisivit, in patroni potes[tate co]nsistant. = L. Vis. V, 3, 2.

[CCCXII. Ro]manus, qui Gotho donaverit rem, quae [est i]udicio repetenda, aut tradederit [occup]andam, priusquam adversarium iu[dicio s]uperarit, si etiam eam Gothus inva- = L. Vis. V, 4, 20.

---

patroni vel *filios eius, qui in patrocinio fuit,* forma servetur: ut, si *tam* ipse, *qui in patrocinio fuit, quam filii eius filiis patroni* obsequi volueri*nt*, donata possidea*nt*. Si vero patroni filios vel nepotes *ipsis nolentibus* crediderint relinquendos, reddant universa, que parentibus eorum a patrono donata sunt. *Quicumque autem in patrocinio constitutus* sub patrono aliquid adquisierit, medietas ex omnibus in patroni vel filiorum eius potestate consistat; alia *vero* medietatem *idem* buccellarius, qui adquisivit, obtineat. *Quod* si *buccellarius* filiam *tantummodo* reliquerit et filium non reliquerit, ipsam in potestate patroni manere iubemus; sic tamen, ut ipse patronus equalem provideat, qui eam sibi possit in matrimonium sociari; *et quidquid patri vel matri eius fuerat datum, ad eam pertineat.* Quod si ipsa sibi contra voluntatem patroni *inferiorem* forte elegerit, quidquid patri eius a patrono fuerit donatum vel a parentibus patroni, patrono vel heredibus eius restituatur.

CCCXI. *L. Vis.* V, 3, 2: Arma, que saionibus pro obsequio do*n*antur, nulla ratione *a donatore* repetantur; sed illa, que, dum sai*o* est, adquisivit, in patroni potestate consistant.

CCCXII. *L. Vis. V,* 4, 20: *Si quis* rem, que est *per* indici*um* repetenda, priusquam adversarium iudici*aliter* superaret, *ita vendiderit vel* donaverit *alicui* aut *forsitan* tradiderit occupandam, *ut absque audientia iudicantis privetur dominium possessoris: ipse, qui possedit,* per

---

CCCX. *l.* 10. potestatē *c.* | *l.* 11. sic] siet *c.* | *l.* 17. restituatur] *ne vestigia quidem verbi restant.*

1) *Saiones vel sagiones sunt hoc loco comites privatorum armati. Cf. quae exposui 'N. Arch.' XXIII, p.* 87. 102 *sq.; Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 138 *sqq.; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 189.

[serit, tum] possessor rem suam per executio-[nem iu]dicis, quae occupata fuerint, statim [recipi]at, nec de eius postmodum repeti-[tione p]ulsetur, etiam si bona sit causa re-[peten]tis; sed Romanus Gotho eiusdem meriti
p. [161]. [rem aut pretium repensare cogatur; quia] [rem, antequam vindicaret, fecit invadi].

(Capita CCCXIII—CCCXVII, quae exstabant olim paginis 161. 162, *omnino desunt.)*

p. 141. [163]. [CCCXVIII]. *(Versus 4 legi nequeunt.)*

CCCXVIIII. Maritus si uxori suae aliquid d[ona]-verit, et ipsa post obitum mariti sui [in nul]-lo scelere adulterii fuerit conversa[ta, sed] in pudicitia permanserit, aut si certe [ad alium] maritum honesta coniunctione per[vene]-rit, de res sibi a marito donatis pos[siden]-di et post obitum suum relinquendi c[ui volue]-rit habeat potestatem. Sin autem pe[r adul]-terium seu inhonestam coniunctionem s[e mis]-cuisse convincitur, quidquid de fac[ultate] mariti sui fuerat consecuta, totum [incunc]-tanter amittat, et ad heredes don[atoris] legitimos revertatur. = *L. Vis. V*, 2, 5.

TIT. DE SUCCESSIONIBUS. Ø

CCCXX. S[*i*] . . . . nec . .
. . . . in . .

(Sequuntur 3 versus, qui legi nequeunt.)

---

executionem iudicis, rem, que occupata fuerat, statim recipiat, nec de eius postmodum repetitione *contendat,* etiam si bona sit causa petentis. *Ille vero, qui hoc vendidit aut donabit vel occupari precepit, quod iuste vindicare nullatenus potuit,* eiusdem meriti rem aut pretium *ei, a quo victus fuerit,* repensare cogatur; quia rem, antequam vindicaret, fecit invadi.

CCCXVIIII. *L. Vis. V,* 2, 5: Maritus si uxori sue aliquid donaverit, et ipsa post obitum mariti sui in nullo scelere adulterii fuerit conversata, sed in pudicitia permanserit, aut certe si ad alium maritum honesta coniunctione pervenerit, de rebus sibi a marito donatis possidendi et post obitum suum, *si filios non habuerit,* relinquendi cui voluerit habeat potestatem. . . . Si autem per adulterium seu *per* inhonestam coniunctionem se miscuisse convincitur, quidquid de facultate mariti sui fuerat consecuta, totum incunctanter amittat, et ad heredes donatoris *vel ad filios* legitimos revertatur.

CCCXX. *Pro hac lege Reccessvindus praebet Antiquam IV,* 2, 1: Si pater vel mater

---

CCCXII. *l.* 5. meriti] *hac voce finitur pagina ultima quaternionis decimi, quod ex signo* X *in margine inferiori scripto efficitur.*

CCCXVIII. *l.* 10. CCCXVIII] *huius capitis pauca vestigia, singulae scilicet litterae, in lineis* 1—4. *paginae supersunt, ex quibus nihil certi cognosci potest.*

CCCXVIIII. *l.* 16. res] *ita, ut videtur, non* reb. *c.*

p. 143. [164]. . . de re . . . . . eas ae*qui*tate . . . *ere man*cipi*a eius* . . . . ibus . . s vel in aliis rebus ae- [qualem] habeant portionem; qu*od* si a*u*[*tem*] . . *viro* . *ore v* . *tate* con[*iugi*]*um* [*expet*]ens, sponte transierit, *perd*[*at por*]- [*tione*]*m,* quam acceperat. Sor⟨*or*⟩ fr*atrum* [suo]ru*m* he*re*di . re . qua . que . . . . perman . . qua[*mdi*]u ad*v*[*ixer*]it . . s vel *in* cultur*a* cum fratr*ibus habeat* [porti]one*m*; post obitum viro eius terras [ad he]redes superius conprehensos [*absque*] [*mora*] revertantur, *reliquas* facultates *cui* [vol]uerit donatura. Cir*ca* sanctimonia- [lem au]tem, quae in c[*as*]titate permanserit, in *po*- [*tes*ta]te pa*ren*t*um* pr*aecipi*mus per*m*an[ere]. [*Quod*] si pa*ren*tes sic transierint, ut null*a* [fueri]t testamenti *ratio,* puella inter fra- [tres a]equalem in omnibus habeat po[rtio]- [nem]; quam usque ad tempus vitae suae usu- [fruc]tuario iure possideat, post obitum [vero] suum ter*ra*s suis heredibus derelinquat, [de rel]iq*ua* facultate faciendi *quod volue*r*it*

in eis potestatem n . t . .

p. 140, c. 2. [165]. CCCXXI. Si marito superstite uxor forsitam moriatur, filii, qui sunt de eodem coniugio procreati, in patris potestate consistant, et res eorum, si novercam non superduxerit, ea conditione possideat, ut nihil exinde aut vendere aut evertere aut quocumque pacto alienare praesumat, sed omnia filiis suis integra et intemerata conservet. Fructos tamen omnes pro suo iure percipiat et una cum filiis communibus consumat expensis. Cum autem filius duxerit uxorem aut = *L. Vis. IV*, 2, 13.

---

intestati discesserint, sorores cum fratribus in omni parentum facultate absque aliquo obiectu equali divisione succedant.

CCCXXI. *L. Vis. IV, 2, 13: Matre mortua filii in patris potestate consistant. Quod* si marito supreste uxor forsitam moriatur, filii, qui sunt *ex* eodem coniugio procreati, in patris potestate consistant, et res eorum, si novercam non superduxerit, ea conditione possideat, ut nihil exinde aut vendere aut evertere aut quocumque pacto alienare presumat, sed omnia filiis suis integra et intemerata conservet. Fructos tamen omnes *cum filiis suis* pro suo iure percipiat et una cum *ipsis* filiis *suis* communibus consumat expensis. Cum *vero* filius ducit uxorem aut filia

---

CCCXX. *l.* 7. Soror] Sor *ut videtur c.* | *l.* 24. in eis *etc. hic versus minoribus litteris infra in margine scriptus in c.*

CCCXXI. *l.* 25. forsitam] *ita aperte c.;* noverca, *quod legit Knust, non scriptum est.*

filia maritum acceperit, statim a patre de rebus maternis suam recipiat portionem, ita ut usufructuaria patri tertia derelinquatur. Pater[1] autem tam filio quam filiae, cum XX annos aetatis impleverit, mediam ex eadem, quam unumquemque contingit [de rebus maternis, restituat portionem], [etiam si nullis fuerint nuptiis copulati]. [Medietatem vero dum advixerit pater sibi] [vindicet, filiis post obitum relinquendam]. [Qui autem novercam superduxerit, omnes] [facultates maternas filiis mox reformet]; p. 139, c. 1. [166]. ne, dum filii cum rebus ad domum transeunt alienam, novercae suae vexentur iniuriis[2]. Eadem quoque de nepotibus forma servetur.

CCCXXII. Mater, si in viduitate permansit, aequalem inter filios suos, id est qualem unus ex filiis, usufructuariam habeat portionem; qua*m* usque ad tempus vitae suae usufructuario iure possideat, ceterum nec donare nec vendere nec uni ex filiis conferre praesumat[3]. Quod si eam filii hanc portionem matris ⟨evertere⟩ sive per negligentiam sive = L. Vis. V, 2, 11.

---

maritum acceperit, istatim a patre de rebus maternis suam recipiat portionem, ita ut usufructuari*o* *iure* patri tertia relinquatur. Pater autem tam filio quam filie, cum XX annos etatis inpleveri*n*t, mediam ex eadem, quam unumquemque conti*ge*rit de rebus maternis, restituat portionem, etiam si nullis fuerint nuptiis copulati. Medietatem vero dum advixerit pater sibi vindicet, filiis post obitum relinquendam. Qui autem novercam superduxerit, omnes facultates maternas filiis mox reformet; ne, dum filii cum rebus suis ad domum transeunt alienam, noverce sue vexentur iniuriis. Eadem quoque *et* de nepotibus forma servetur. *Quod si pater* . . . .

CCCXXII. *L. Vis. IV.* 2, 14: Mater, si in viduitate perman*se*rit, equalem inter filios suos, id est qualem unus*quisque* ex filiis, usufructuariam *de facultate mariti* habeat portionem; quam usque ad tempus vite sue usufructuario iure possideat, ceterum nec donare nec vindere nec uni ex filiis conferre presumat. Quod si eam filii portionem *ipsam* matr*em* evertere seu per neclegentiam sive per odium forte pre-

L. Bai. 15, 7: *De viduis. Quae post mortem mariti* si in viduitate permanet, aequalem inter filios suos, id est qualem unus ex filiis, usufructuariam habeat portionem, usque ad tempus vitae suae usufructuario iure possideat.

CCCXXII. *l.* 21. conferre prae conferre praesumat *c.* *l.* 22. eam] iidem *K.; haud plane legitur.*

1) *Sumpta sunt haec ex iure Romano; cf. Nov. Valent. III.* 34, § 10. *c. Interpr. et L. Rom. Burg.* 26. 2) *Cf. infra ad L. Vis. IV.* 2, 13. 3) *Cf. Nov. Severi* 1: post viri obitum sponsalia in usumfructum tantum mater habeat et a filiis alienare non possit . . . omnibus ex eodem matrimonio filiis ex aequo communia in unum aut alterum matri conferre non liceat. *Interpr.:* Nec liceat matri cui voluerit de filiis aliquid exinde amplius pro sua voluntate donare.

per odium eorum forte prespexerint ad millenarium[1] vel ad comitem civitatis aut iudicem referre non differant, ut matrem suam contestatione commoneant, ne res, quas ad usumfructum accepit, evertat. Nam usumfructum, quem ipsa fuerat perceptura, dare cui volue[rit, filio vel filiae, non vetetur[2]. Verum si] [ex ea usufructuaria portione aliquid proba][tur eversum, filiis post mortem matris de] [eius facultatibus sarciatur. Post obitum] [vero matris portio, quam acceperat, ad filios] [equaliter revertatur, quia non possunt] de pater[na hereditate fraudari. Quod si ma]ter ad ali[as nuptias forte transierit, ex ea die] usufruc[tuariam portionem, quam de bonis] mariti fu[erat consecuta, filii inter reli]quas res [paternas, qui ex eo nati sunt con]iugio, vin[dicabunt].

p. 142, *c.* 2. [167].

CCCXXIII. M[aritus si cum servis uxoris in ex]*peditio*[ne aliquid lucri fuerit consecutus], nihil *ex*[inde uxor a viro suo praesumat repe]-

= *L. Vis. IV*, 2, 15.

---

spexerint, ad comitem civitatis aut *ad* iudicem referre non differant, ut matrem sua contestatione commoneant, ne res, quas usufructu*arias* accepit, evertat. Nam usufructu, quem ipsa fuerat perceptura, dare cui voluerit, filio vel filie, non vetetur. *Sed et quod de ipso usu sibi debito iuste conquirere potuerit, faciat quodcumque illi omnismodis iustissime placuerit (?).* Verum si ex ea usufructuaria portione aliquid probatur eversum, filiis post mortem matris de eius facultatibus sarciatur. Post obitum vero matris portio, quam mater acceperat, ad filios equaliter revertatur, quia non possunt de paternam hereditatem fraudari. Quod si mater ad alias nuptias forte transierit, ex ea die usufructuariam portionem, quam de bonis mariti fuerat consecuta, filii inter reliquas res paternas, qui ex eo nati sunt coniugio, vindicabunt.

L. Bai. 15, 8: Quod si mater ad alias nuptias forte transierit, ea die usufructuariam portionem, quam de bonis mariti fuerat consecuta, filii inter reliquas res paternas, qui ex eo nati sunt coniugio, vindicabunt.

CCCXXIII. *L. Vis. IV*, 2, 15: Maritus si cum servis uxoris sue aliquid adquisierit vel in expeditione aliquid lucri fuerit consecutus, nihil exinde uxor a viro suo presumat repetere, nec

---

1) *Millenarium, qui alias thiufadus vocatur, tempore Eurici regis non solum militaribus, sed etiam civilibus rebus functum esse haec lex demonstrat.* 2) *Cf. Novellam Severi cit.:* matres . . . usufructum suum cui voluerint largiantur. *Interpr.:* Sane de usufructu suo . . . (mater) donandi cui voluerit liberam habeat potestatem.

tere, nec [ipso vivente nec post eius obitum]; sed vir, q[ui uxorem suam secundum sanctam scrip]turam in p[otestate habet[1], similiter et in ser]vis eius p[otestatem habebit, et omnia, quae] cum servis [uxoris vel suis in expeditio]nem adqu[isivit, in sua potestate permane]ant; pro [eadem scilicet ratione, quia, si servi, dum] cum dom[ino suo in expeditione conversabantur], [aliquid admisissent forte damnosum, ille], [qui eos secum duxerat, et ei aliquid fecerant] [augmenti, ipse pro eis et responsum daturus] [esset et conpositionem, si culpabiles fuissent] [inventi[2]; ut sicut[3] lucrum ita et damnum] [ad se dominus noverit pertinendum].

p. 141, c. 1. [168]. [CCCXXIIII]. . . . . qui . .
. . . . llam ad
. . . . nt *iste* s
. . . . nter . .
. . . . tate*m* . .
. . . . inter . .
. . . . neque *do*
. . . .

[CCCXXV]. . . . . rem sine
. . . . simul la-
[bora]. . . . . [man]cipiis a .
. . . . et ipse *mi*-
. . . . post mo*r*-
[tem] . . . . itum con-
. . . . re marito
. . . . tatum fu-
. . . . is relin-
[qu] . . . .

(Desunt 6 versus cum capite CCCXXVI.)

ipso viventem nec post eius obitum; sed vir, qui uxorem suam secundum sanctam scripturam habet in potestate, similiter et in servis eius potestatem habebit, et omnia, que cum servis uxoris vel suis in expeditionem adquisivit, in sua potestate permaneant; pro eadem scilicet rationem, quia, si ipsi servi, dum cum domino suo in expeditione conversabantur, aliquid admisissent forte damnosum, ille, qui eos secum duxerat, et ei aliquid fecerant augmenti, ipse pro eis et responsum daturus esset et conpositionem, si culpaviles fuissent inventi. Unde bene iubetur, ut sicut lucrum, ita et damnum ad se dominus noverit pertinendum.

CCCXXIII. *l.* 5. servis] *lectio dubia est.*

1) *Cf. Gen.* 3, 16. 2) *Cf. Capitulare Ludovici I. imp., Capit. I, p.* 305, *c.* 17: cognoscat unusquisque, omnes qui in suo obsequio in tali itinere pergunt, sive sui sint sive alieni, ut ille de eorum factis rationem se sciat redditurum, et quicquid ipsi in pace violanda delinquerint, ad ipsius debet plivium pervenire. — 3) *His verbis iureconsulti Romani de sociis usi sunt; Ulpianus ad edictum, Dig. XVII,* 2, 52, § 4: sicuti lucrum ita damnum quoque commune esse oportet; *Paulus, Sent. II,* 16: sicut lucrum ita damnum inter socios communicatur.

p. 141, c. 2. [169]. CCCXXVII. In priori lege fuerat constitutum,
ut, si pat*er* . . . [*pa*]tr*is* filius cum matre
. . . . *po*rtione, ea ratione
. . . . ue defuncti tam-
. . . . *nis* modo me*l*iori *o*rdi-
*nan*tes [*praecipimus*], *ut* patre defuncto si
f[*ilius*] . . . . . omnem facultatem eius
. . . *ma* . . di*beat* vindicare, quae tamen di[*e*]-
bus . . . . . . Si vero *qui* moritur fili-
os, nepotes *et* pronepotes reliquerit, ipsi
omnes habeant facultates, ⌜ea conditione ser- *cf. L. Vis. IV, 2, 18.*
vata, *ut ne*pos ex eo filio, qui patre supersti-
te mortuus fuerit in*teg*ram de *avi bonis,* qu*am*
fuerat pater e*ius*, si [*vixisset*], habiturus,
percipiat portionem[1]; nam nepotes ex ea fi-
lia, *q*[*ue ant*]*e* patre⟨m⟩ m*ortua est,* de ea portio-
ne, q*uam ma*ter fuerat habitura, tertia⟨m⟩ por-
[tionem *perdant* [1]]. . . . .

(Desunt 6 versus, 18—23. huius paginae.)

p. 142, c. 1. [170]. *(Decem versus, 1—10. huius paginae, qui finem capitis CCCXXVII. praebebant, exceptis singulis litteris quibusdam, legi nequeunt.)*

CCCXXVII. *L. Vis. IV,* 2, 18: ea conditione servata, ut nepo*tes* ex filio *vel filia,* qui patre *vel matre* supreste mortu*i* fueri*nt*, integram de *rebus* avi *vel avie,* quam fuera*nt* pater e*orum aut mater,* si vixisse*nt*, habitur*i*, percipia*nt* portionem.

CCCXXVII. *l.* 5. meliori] *ita vel fortasse* maiori *legendum videtur.*

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. V,* 1, 4: Si defunctus . . . reliquerit filios et ex filia defuncta . . . nepotes, eius partis, quam defuncti filia, superstes patri, inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia . . . *Interpr.*: Si aliquis moriatur intestatus et filios vel filias superstites vel nepotes ex filia mortua derelinquat, filii in sua portione succedunt, nepotes ex filia de portione matris suae tertiam perdunt . . .; *L. Rom. Burg.* 10, 1: Quod si filius habens filios forte decesserit, in loco patris nepotis neptisque ex filio nati eandem, quam pater eorum accepturus erat, capiant portionem. 2. Si vero filia superstitibus parentibus obierit, tertiam de portione matris filii eius perdant. *F. Patetta, 'Sui frammenti di diritto Germanico della collezione Gaudenziana' (Extractum ex 'Archivio giuridico' LIII, fasc.* 1. 2*), Bononiae* 1894, *p.* 17, *recte censet, verba legis Euricianae ita supplenda esse, ut cum iure Romano congruant. Aliter J. Ficker, 'Erbenfolge' II, p.* 130, *qui potius ita supplere vult, ut etiam nepotes ex filia tertiam partem portionis, quam mater habitura fuisset, non perdant. Ficker enim verba Chindasvindi regis, L. Vis. IV,* 5, 4: ita ut iuxta legem aliam, qua constitutum est, triantem nepotes non perdere, licitum sit etiam nepotibus aut neptis, qui patres aut matres amiserint, in omni facultate avorum vel aviarum cum patruis aut avunculis equales succedere, *ad hanc legem spectare existimat. Tenor autem fragmenti legis Euricianae talis est, ut aliter de nepotibus ex filio, aliter de nepotibus ex filia constitutum fuisse apertum sit. Qua de causa verba Chindasvindi ad legem a Leovigildo rege iam ita mutatam, ut eadem norma de utrisque nepotibus observaretur, haud dubie referenda sunt. Ex eadem Leovigildi recensione Chindasvindus etiam in IV,* 2, 18 *verba supra adnotata hausisse videtur.*

CCCXXVIII. Qui[1] [*moritur, si avum*] paternum et maternum = *L. Vis. IV*, 2, 6.
relin*quit*, *ad* [*av*]um *paternum* hereditas
mortui universa pertineat. Si a[*utem*] avum
paternum et aviam maternam reliquerit,
aequales capiant portiones.

CCCXXVIIII. Q*ui* mor*itur*, si tantummodo am*itam*, = *L. Vis. IV*, 2, 7.
hoc *est* patr*is* sororem, et materteram, hoc
[est matris sororem, relinquit, aequali iure]
[succedant in hereditate defuncti].

[CCCXXX]. . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

p. 139, *c.* 2. [171]. CCCXXXI. Qui m[oritur, si fratres et sorores non] *cf. L. Vis. IV*, 2, 8.
reliquerit e[t filios fratrum vel sororum re]-
liquerit et f . . . .
versa . . . .
hac . [he]redi . . . .
ve . . . mor . . . .
. . . .
. . . . fr . . . .
. . . . it . . . .
. . . .

CCCXXXII. Femina . . . . *cf. L. Vis. IV*, 2, 9.

(In versibus 12—15, qui restant, singula litterarum vestigia tantum supersunt; versus 16—23. abscisi sunt. In hac reliqua paginae parte exstabat olim cap. CCCXXXIII.)

[CCCXXXIII]. *(Fortasse = L. Vis. Recc. IV, 2, 10.)*

p. 140, *c.* 1. [172]. [CCCXXXIIII. Maritus[2] et uxor tunc] sibi *heredita-* = *L. Vis. IV*, 2, 11; *cf. L. Bai.* 15, 10.

CCCXXVIII. *L. Vis. IV*, 2, 6 *(Recessv.)*: *Quotiens* qui moritur, si avum paternum aut maternum relinquat, tam ad avum paternum quam ad avum maternum hereditas mortui universa pertineat. Si autem *qui moritur* avum paternum et aviam maternam reliquerit, equales capiant portiones . . .

CCCXXVIIII. *L. Vis. IV*, 2, 7: Qui moritur, si tantumodo amitam, hoc est patris sororem, et materteram, hoc est matris sororem, relinquit, equali iure succedant in hereditate defuncti.

CCCXXXI. *L. Vis. IV*, 2, 8: Qui moritur, si fratres et sorores non reliquerit et filios fratrum vel sororum reliquerit, *si ex uno fratre sit unus filius* . . .

CCCXXXIIII. *L. Vis. IV*, 2, 11: Maritus et uxor tunc sibi hereditario iure succedant,

---

1) *Cf. de hac lege, quae infra ad Legem Vis. IV*, 2, 6 *annotamus.* 2) *Ex iure Romano haec sumpta sunt: cf. L. Rom. Vis. C. Th.* V, 1, 9: parentibus exstantibus vel propinquis ab intestato venire coniuges prohibemus. — . . . fisco nostro qualiacumque iura

[rio iure succedant, quando] nullus usque [ad septimum gradum de propi]nquis aut qui [buscumque parentibus inve]nitur.

[CCCXXXV. Clerici[1], monaci *vel* sancti]moniales, qui *L. Vis. IV, 2, 12.* [usque ad septimum gradum n]on reliquerint [heredes *propinquos parente*]*sve*, *si* nihil de [suis facultatibus ordinaver]int, t[*otam*] *s*[*ibi*] [ecclesia, cui servierunt, eor]um substantiam [vindicabit].

[CCCXXXVI. In hereditate ill]ius, qui m]oritur inte *L. Vis. IV, 2, 2.* [status, si filii desunt], nepotibus debe[tur hereditas. Si nec nepotes] fuerint, [pronepotes vocantur ad her]editatem. [Si vero qui moritur n]ec filios nec nepo[tes *nec pronepotes* reliquerit], pater aut mater [hereditatem sibi vindicabit[1]. [*Si* persona]e desunt, = *L. Vis. IV, 2, 3.* [quae aut de superiori aut de inferiori ge]-[nere discreto ordine veniunt, tunc illae] [personae, quae sunt a latere constitutae], [requirantur, ut hereditatem accipiant][1].

---

quando null*a adfinitas* usque ad septimum gradum de propinquis *eorum vel* parentibus inveni*ri poterit*. *Cf. L. Bai.* 15, 10*:* . . . et nullus usque ad septimum gradum de propinquis aut quibuscumque parentibus invenitur . . .

CCCXXXV. *L. Vis. IV*, 2, 12*:* Clerici vel monaci sive sanctimoniales, qui usque ad septimum gradum non relinquerint heredes *et sic moriantur*, *et* nihil de suis facultatibus ordinent, ecclesia sibi, cui servierunt, eorum substantiam vindicabit.

CCCXXXVI. *L. Vis. IV, 2, 2:* In hereditate illius, qui moritur, si intestatus discesserit, filii primi sunt. Si filii desunt, nepotibus debetur hereditas. Si nec nepotes fuerint, pronepotes ad hereditatem vocantur. Si vero qui moritur nec filios nec nepotes seu patrem vel matrem relinquid, tunc avus aut avia hereditatem sibimet vindicabit. — *IV*, 2, 3*:* Quando supradicte persone desunt, que aut de superiori *etc.*

CCCXXXVI. *l.* 16. desunt] *hoc verbo explicunt fragmenta.*

matrimonii praeponamus. *Interpr.:* . . . omnes propinqui uxorem ab intestati mariti successione prohibeant et maritum similiter a successione intestatae uxoris excludant. Sed si propinqui omnino defuerint, tunc sibi invicem excluso fisco maritus vel uxor succedant. *Cf. quae de hoc capite disserui 'N. Arch.' XXVI, p.* 107 *sq.* 1) *Cf. Cod. Theod.* V, 3, 1*:* Si quis . . . clericus aut monachus aut mulier, quae solitariae vitae dedita est, nullo condito testamento decesserit, nec ei parentes . . . vel liberi vel si qui agnationis cognationisve iure iunguntur vel uxor exstiterit, bona, quae ad eum pertinuerint, sacrosanctae ecclesiae vel monasterio, cui fuerat destinatus, omnifariam socientur. *Interpr.:* Si quis episcopus vel quos lex ipsa commemorat aut quilibet religiosi vel religiosae intestati sine filiis, propinquis vel uxore decesserint . . ., quicquid dereliquerint ad ecclesias vel monasteria, quibus obsecuti fuerint, pertinebit. *Cf. Ed. Theoderici c.* 26.

CODICIS EURICIANI LEGES
EX LEGE BAIUVARIORUM RESTITUTAE.

1. (*L. Bai.* 2, 17. 18.)

Iudex[1] si accepta pecunia male iudicaverit [et cuicumque iniuste quidquam auferri praeceperit], ille, qui iniuste aliquid ab eo per sententiam iudicantis abstulerit, ablata restituat. Nam iudex, qui perperam iudicaverit, in duplum ei, cui damnum intulerat, cogatur exsolvere, quia ferre sententiam contra legum nostrarum statuta praesumpsit. Si vero nec per gratiam nec per cupiditatem, sed per errorem iniuste iudicaverit, iudicium ipsius, in quo errasse cognoscitur, non habeat firmitatem; iudex [vero] vacet a culpa.

2. (*L. Bai.* 7, 1—3.)

DE NUPTIIS INCESTIS.

Nuptias[2] prohibemus incestas; itaque uxorem habere non liceat socrum, nurum, privignam, novercam, filiam fratris, filiam sororis, fratris uxorem, uxoris sororem. Filii fratrum, filii sororum inter se nulla praesumptione iungantur. Si quis contra hoc fecerit, a loci iudicibus separentur et omnes facultates amittant, quas fiscus adquirat. Si minores personae sunt, quae se inlicita coniunctione polluerunt, careant libertatem, servis fiscalibus adgregentur.

---

1. *L. Vis. II,* 1, 21: Iudex si *per quodlibet commodum* male iudicaverit *et cuicumque* iniuste *quidquam auferri preceperit,* ille, qui *a iudice ordinatus ad tollendum fuerat destinatus, ea, que tulit,* restituat. Nam *ipse* iudex *contrarius equitatis aliut tantum de suo, quantum auferri iusserat, mox reformet, id est, ablate rei simpla redintegratione concessa, pro satisfactione sue temeritatis aliut tantum, quantum auferri preceperat, de sua facultate illi, quem iniuste damnaverat, reddat. Quod si non habuerit, unde conponat, cum his, que habere dinoscitur, ipse iudex illi, cui conponere debuit, subiaceat serviturus.* Si*n autem per ignorantiam* iniuste iudicaverit *et sacramentis se potuerit excusare, quod non* per *amicitiam vel* cupiditatem *aut per commodum quodlibet,* sed *tantumdem ignoranter hoc fecerit: quod iudicabit non valeat, et ipse* iudex *non inplicetur in* culpa.

---

l. 4. et — praeceperit *suppleri ex L. Vis.* *l.* 7. vero *conieci pro* non, *quod codices quidam praebent, ubi* n *fortasse pro* n̄ *scriptum est.*

1) *In locum huius legis Leovigildus Antiquam II,* 1, 21 *substituisse videtur. Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 76 *sq.* 2) *Haec lex, per Reccaredi I. legem III,* 5, 2 *moderata, a Chindasvindo rege per legem III,* 5, 1 *sublata est. Cf. 'N. Arch.' XXIII, p.* 104 *sqq.* 110 *sq., et Ed. Roth. c.* 185.

3. *(L. Bai. 8, 18. 19.)*

Si[1] quae mulier alii potionem dederit, ut avorsum faceret, si ancilla est, CC flagella suscipiat, et si ingenua, careat libertatem, servitio deputanda cui [iusserimus]. Si quis mulier[em] ictu quolibet abor[tare] fecerit, si mulier mortua fuerit, tamquam homicida teneatur. Si autem tantum partus extinguitur . . .

4. *(L. Bai. 9, 5.)*

[Fur, qui per diem gladio se defensare voluerit, si fuerit occisus, mors eius nullatenus requiratur.] Fur nocturn[us] captus in furto, dum res furtivas secum portat, si fuerit occisus, nulla ex hoc homicidii querela nascatur.

5. *(L. Bai. 9, 6.)*

Si quis alienum servum ad furtum suaserit aut aliquid damnosum in fraudem domini sui, ut posset accusare eum, et fraus ipsa fuerit detecta per investigationem iudicis, dominus nec servum perdat nec aliquid damni pro compositione patiatur, sed ille, cuius conlu[dio vel sua]sione crimen admissum est, tamquam fur damnetur, in novicuplum conpositionem cogatur exsolvere. Servus vero quod tulit reddat et insuper CC ictus flagellorum extensus publice accipiat.

---

3. *L. Vis. VI,* 3, 1: Si quis *mulieri pregnanti* potionem *ad* avorsum *aut pro necando infante* dederit, *occidatur; et* mulier, *que potionem ad* avorsum facere *quesivit,* si ancilla est, CC flagella suscipiat; si ingenua est, careat *dignitate persone et* cui iusserimus *servitura tradatur.* — *VI,* 3, 2: Si quis mulierem *gravidam percusserit* quocu*mque* ictu *aut per aliquam occasionem mulierem ingenuam* abortare fecerit, *et exinde* mortua fuerit, *pro* homicid*io puniatur.* Si autem tantum*odo* partus ex*cutiatur* . . .

4. *Ex lege Vis. VII,* 2, 15 *supplevi:* Fur, qui — requiratur.

L. Vis. VII, 2, 16: Fur nocturnus captus in furtum, dum res furtivas secum porta*re conatur,* si fuerit occisus, *mors eius nullo modo vindicetur.*

5. *L. Vis. VII,* 2, 6: Si quis servum alienum ad furtum *faciendum* aut *alias quascumque res inlicitas conmittendas vel etiam adversus se ipsum fortasse* per*suaserit, ut domino eius perditionem exhibeat, quod facilius eum per malam et iniquam persuasionem ad suum servitium fraudulenter addicat,* et fraus ipsa iudicis fuerit investigatione detecta: dominus *servi* nec servum perdat nec *ullam calumniam pertimescat;* sed *ipse,* cuius conludio vel suasione *servus* crimen admis*erat, ut eum sibi per aliquam occasionem ad servitium potuisset addicere, ipse eius servi domino, quantum ille involaverit, aut quantum culpabilem rem admiserit, sept*uplo conpositionem *inplere* cogatur. *Ipse autem* servus *in conventu* publice C flagell*a suscipiat pro eo, quod dominum suum dispiciens insidianti consenserat; et sic postmodum domino suo reddatur.*

---

3. *l.* 3. iusserimus] dux iusserit *L. Bai.* ‖ *l.* 4. mulierem] mulieri *L. Bai.* abortare] avorsum *L. Bai.*

4. *l.* 8. nocturnus] nocturno tempore *L. Bai.; tamen* Fur nocturnus *restitui, quia in hac re Lex Vis. cum Pauli et Ulpiani locis in Collationem legum Rom. et Mois.* 7, 2, 1 *et* 7, 3, 2 *insertis conveniunt.*

5. *l.* 14. conludio vel suasione] *ita ex L. Vis. restitui;* conlusione *L. Bai.*

1) *Hoc caput originalem tenorem legis, quae a Leovigildo mutata in L. Vis. VI,* 3, 1. 2 *exstat, praebere videtur. Abortus crimen secundum textum antiquiorem contra mulierem gravidam et sine eius voluntate, secundum Leovigildi formam etiam consentiente vel petente ipsa muliere fit. Ea quoque verba Legis Bai., quae a Lege Vis. discrepant, ex antiquo codice legum Visigothicarum recepta esse videntur; cf.* careat libertatem *L. Vis. VII,* 2, 13; tamquam homicida teneatur *ibid. VIII,* 3, 3.

6. *(L. Bai. 9, 7.)*

Si quis de fure nesciens conparavit, requiret accepto spatio[1] venditorem. Quem si non potuerit invenire, [ad]probet se sacramento et testibus[2] innocentem et quod apud eum [a]gnoscitur ex medietate restituat et furem quaerere non desistat. Quod si furem celare voluerit et periuras[se] postea detectus fuerit inventus, tamquam ille fur ita in crimine damnetur.

7. *(L. Bai. 9, 9.)*

Si quis occulte in nocte alienum cavallum aut bovem aut aliquod animal occiderit, [novecupli conpositionem dare cogatur].

8. *(L. Bai. 9, 11.)*

Si quis tintinnabulum furaverit de cavallo vel de bove, un[um] solid[um] conponat; si de vacca, du[os] tremiss[es]; si de minutis pecoribus, tremiss[es singulos].

9. *(L. Bai. 9, 17.)*

Iudex causam bene cognoscat et prius veraciter inquirat, ut eum veritas latere

---

6. *L. Vis. VII, 2, 8 (Reccessv.)*: Si de fure quis nesciens conparaverit. *Universam rem nulli ingenuo liceat de incognito homine conparare, nisi certe fideiussorem adhibeat . . ., ut excusatio ignorantie auferatur. Quod si aliter fecerit qui conparaverit, a iudice districtus autorem presentet infra tempus sufficienter a iudice constitutum.* Quem si non potuerit invenire, adprobet se *aut* sacramento *aut* testibus innocentem, *quod eum furem nescierit,* et quod aput eum agnoscitur, *accepta pretii* medietate, restituat, *adque ambo datis invicem sacramentis promittant, quod* furem *fideliter* querant. Quod si *omnino fur invenire nequiverit, rem tantum, que emta est, domino rei emtor ex integritate reformet. Si vero dominus rei furem noverit et eum publicare noluerit, rem ex toto amittat, quam emtor quiete possideat. Haec et de servis forma servabitur.*

7. *L. Vis. VII, 2, 23 (Reccessv.)*: Si quis caballum alienum aut bovem *vel quodlibet* animal*ium genus* nocte *aut* occulte occid*isse convincitur,* novecupli conpositionem dare cogatur. *Quod si . . .*

8. *L. Vis. VII, 2, 11*: Si quis tintinabulum *involaverit* de *iumento* vel bove, solidum *reddat;* de vacca tremisses duos, de *verbicibus vel quibuscumque* pecoribus tremisses singulos *cogatur exolvere.*

9. *L. Vis. II, 1, 23: Quid primo* iudex *observare debeat, ut* causam bene cognoscat. Iudex, ut bene causam *a*gnoscat, pri*mum testes interroget, deinde scripturas re*quirat, ut veritas possit *certius inveniri,* ne ad sacrament*um* facile veniatur . . . In his vero causis

---

6. *l.* 3. adprobet] probet *L. Bai.* cum sacramento *L. Bai.* || *l.* 4. agnoscitur] cognoscitur *L. Bai.* *l.* 5. periurasse] *ita ex codicibus Legis Bai., qui praebent:* periuras et. *conieci.*

7. *l.* 8. nocte] vel in die *add. L. Bai.* || *l.* 9. novecupli — cogatur] *ita restitui ex L. Vis.;* tamquam furtivum componat *L. Bai.*

8. *l.* 11. unum solidum — tremisses singulos] *ita restitui:* cum I solido conponat; si de vacca, cum II tremisses conponat; si de minutis pecoribus, cum tremisse I conponat *L. Bai.*

1) *Cf. Eur. c.* 280: ei, qui commendata susceperat, spatium tribuatur, donec furem suam investigatione perquirat. 2) *Sacramento suo, nescientem se de fure emisse, testibus, qui emtioni interfuerant, se re vera emisse, probare potuit.*

non possit nec facile ad sacramenta veniatur. In his vero causis sacramenta praestentur, in quibus nullam probationem discussio iudicantis invenerit.

10. *(L. Bai.* 9, 18.)

Si quis contra caput alterius falsa suggesserit vel pro quacumque invidia de iniusta re accusationem commoverit, ipse penam vel damnum, quod alteri intulit, excipiat.

11. *(L. Bai.* 9, 19.)

Si quis servum accusaverit iniuste alienum, et innocens tormenta pertulerit, pro eo quod innocentem in tormenta tradidit, domino simile mancipium reddere non moretur. Si vero innocens in tormentis mortuus fuerit, duos servos eiusdem meriti sine dilatione restituat[1]. Si non habuerit servum aut unde conponat, ipse subiaceat servituti, qui innocentem fecit occidi.

12. *(L. Bai.* 12, 1—3) *v. Eur. c.* 274.

13. *(L. Bai.* 12, 4) *v. Eur. c.* 275.

14. *(L. Bai.* 15, 10.)

(Quamquam etiam universum hoc caput ab auctoribus Legis Baiuvariorum ex fonte Visigothico haustum videtur, tamen, quia reliqua valde ab eis immutata videntur, ultimam tantum sententiam hic repetendam duximus.)

Quod si maritus et mulier sine heredibus mortui fuerint, et nullus usque ad septimum gradum de propinquis et quibuscumque parentibus invenitur, tunc res illorum fiscus adquirat[2].

---

sacramenta prestentur, in quibus nullam *scripturam vel* probationem *seu certa indicia veritatis* discussio iudicantis invenerit.

10. *Cf. L. Vis. VI,* 1, 6 *(Chindasv.)*: Si quis principi contra quemlibet falsa suggesserit. . . . hanc penam in se suisque rebus suscipiat, qui hoc alium innocentem pati voluerat. *VII,* 1, 5: Quicumque accusatur in crimine . . , si vero innocens adprobatur, de iudicio securus abscedat. Ille vero, qui accusavit, et penam et dampnum suscipiat, quod debuit percipi accusatus.

11. *L. Vis. VI,* 1, 5 *(Chindasv.)*: Si servus *in aliquo crimine* accusetur, *antea non torqueatur, quam ille, qui accusat, hac se condicione constringat, ut,* si innocens tormenta pertulerit, pro eo, quod innocentem in tormentis tradidit, alium eiusdem meriti *servum* domino *reformare cogatur.* Si vero innocens in tormentis mortuus *vel debilitatus* fuerit, duos *equalis* meriti servos *cum eodem domino reddere non moretur, et ille, qui debilitatus est . . . Et si subditus questioni mortuus fuerit, adque ille, qui subdidit,* unde componere non habuerit, ipse sub*dendus est* servituti, qui innocentem fecit occidi.

---

14. *l.* 19. res ill.] illas res *L. Bai.*

1) *Cf. Dig. III,* 6, 9: De servo qui accusatur, si postuletur, quaestio habetur: quo absoluto in duplum pretium accusator domino damnatur; *cf. etiam Dig. XLVIII,* 5, 28, § 16.
2) *Haec lex supplemento est legi Euricianae c.* 334. *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. V,* 1, 9 *(supra p.* 27, *n.) et Edict. Theoderici c.* 24: Fiscus tunc agat, quando nec parentum nec filiorum nec nepotum nec agnatorum nec cognatorum nec uxoris et mariti quae succedat extare comperitur persona . . .

15. *(L. Bai.* 16, 16.*)*

Pacta vel placita, quae per scripturam quamcumque facta sunt, dummodo in his dies et annus sit evidenter expressus, inmutare nulla ratione permittimus[1].

---

15. *L. Vis. II,* 5, 2: Pacta vel placita, que per scripturam *iustissime ac legitime* facta sunt, dummodo in his dies *vel* annus sit evidenter expressus, nulla*tenus* immutari permittimus.

---

1) *Cf. L. Alam.* 42, 2.

LIBER IUDICIORUM

SIVE

LEX VISIGOTHORUM

EDITA AB RECCESSVINDO REGE c. a. 654.

RENOVATA AB ERVIGIO REGE a. 681.

ACCEDUNT LEGES NOVELLAE ET EXTRAVAGANTES.

Recc. = *Forma Reccessvindiana.*

Erv. = *Forma Ervigiana.*

Nov. = *Novellae leges.*

Extr. = *Extravagantes.*

Recc. Erv.]

LIBER IUDICIORUM.

DE INSTRUMENTIS LEGALIBUS.

LIBER PRIMUS.

I. Titulus: De legislatorem.
II. Titulus: De lege.

DE NEGOTIIS CAUSARUM.

LIBER SECUNDUS.

I. Titulus: De iudicibus et iudicatis.
II. Titulus: De causarum exordiis.
III. Titulus: De mandatoribus et mandatis.
IIII. Titulus: De testibus et testimoniis.
V. Titulus: De scripturis valituris et infirmandis hac defunctorum volumtatibus conscribendis.

DE ORDINE CONIUGALI.

LIBER TERTIUS.

I. Titulus: De dispositionibus nuptiarum.
II. Titulus: De nuptiis inlicitis.
III. Titulus: De raptu virginum vel viduarum.
IIII. Titulus: De adulteriis.
V. Titulus: De incestis et apostatis adque masculorum concubitoribus.
VI. Titulus: De divortiis nuptiarum et discidio isponsorum.

DE ORIGINE NATURALI.

LIBER QUARTUS.

I. Titulus: De gradibus.
II. Titulus: De successionibus.
III. Titulus: De pupillis et eorum tutoribus.
IIII. Titulus: De expositis infantibus.
V. Titulus: De naturalibus bonis.

Inscriptio LIBER IUDICIORUM *exstat in solo codice R* 1. *De aliis inscriptionibus huius legum codicis* LIBER IUDICUM *et* FORUM IUDICUM *c. praefationem nostram. — Ad conspectum librorum et titulorum adhibui Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *l.* 2. 3. De — primus *evan. R* 1. ‖ *l.* 4. legislatore *R* 2. *E* 1; legibus latore *E* 2*; legibus latorem *E* 2.

l. 6. 7. De — secundus *evan. R* 1. ‖ *l.* 12. hac] ac *R* 2. *E* 1.

l. 14. 15. De — tertius *evan. R* 1. ‖ *l.* 18. raptoribus *E* 2. 2*. ‖ *l.* 20. atque *R* 2. *E* 1. concubitores *R* 2; concubitorum *E* 2. ‖ *l.* 21. dibortiis *E.* discidi isponsorum *E* 2. sponsorum *E* 1. 2*; sponsarum *R* 2.

l. 22. 23. De — quartus *evan. R* 1. ‖ *l.* 28. V. Tit. — bonis *evan. R* 1.

Recc. Erv.]

DE TRANSACTIONIBUS.

LIBER QUINTUS.

I. Titulus: De ecclesiasticis rebus.
II. Titulus: De donationibus generalibus.
III. Titulus: De patronorum donationibus.
IIII. Titulus: De commutationibus et venditionibus.
V. Titulus: De commendatis et commodatis.
VI. Titulus: De pigneribus et debitis.
VII. Titulus: De libertatibus et libertis.

DE SCELERIBUS ET TORMENTIS.

LIBER SEXTUS.

I. Titulus: De accusationibus criminosorum.
II. Titulus: De maleficis et consulentibus eos adque veneficis.
III. Titulus: De excutientibus partum hominum.
IIII. Titulus: De contumelio, vulnere et debilitatione hominum.
V. Titulus: De cede et morte hominum.

DE FURTIS ET FALLACIIS.

LIBER SEPTIMUS.

I. Titulus: De indicibus furti.
II. Titulus: De furibus et furtis.
III. Titulus: De usurpatoribus et plagiatoribus mancipiorum.
IIII. Titulus: De custodia et sententia damnatorum.
V. Titulus: De falsariis scripturarum.
VI. Titulus: De falsariis metallorum.

DE INLATIS VIOLENTIIS ET DAMNIS.

LIBER OCTAVUS.

I. Titulus: De invasionibus et direptionibus.
II. Titulus: De incendiis et incensoribus.
III. Titulus: De damnis arborum, ortorum et frugum quarumcumque.
IIII. Titulus: De damnis animalium vel diversarum rerum.
V. Titulus: De pascendis porcis et animalibus denuntiandis errantibus.
VI. Titulus: De apibus et eorum damnis.

DE FUGITIVIS ET REFUGIENTIBUS.

LIBER NONUS.

I. Titulus: De fugitivis et occultatoribus fugamque preventibus.
II. Titulus: De his, qui ad bellum non vadunt aut de bello refugiunt.
III. Titulus: De his, qui ad eclesiam confugiunt.

l. 1. 2. De — quintus *eras.* *R* 1. | *l.* 6. vend.] vindictionibus *R* 2; bindittionibus *E* 2.

l. 10. isceleribus *R* 1. | *l.* 13. consolentibus *R* 1. adque veneficis *des.* *R* 1; a. de v. *R* 2. | *l.* 14. iscutientibus *R* 1; escutientibus *E* 2. partu *R* 1. | *l.* 15. contumelioso *R* 1. debilitate *E* 1.

l. 17. falsariis *R* 1. | *l.* 20. furibus] furis *E* 1. | *l.* 23. iscripturarum *E* 2.

l. 25. 26. De — octavus *eras.* *R* 1. | *l.* 29. ortum *R* 2. *E* 1. | *l.* 31. denuntiantis *R* 1. et *add.* *R* 2. *E* 1.

l. 35. prevenientibus *E* 1; prebenientibus *E* 2. | *l.* 36. bello] bellum *R* 1. | *l.* 37. confugium faciunt *R* 2. *E* 1; refugium faciunt *E* 2.

***Recc. Erv.*]** DE DIVISIONIBUS ET ANNORUM TEMPORIBUS ADQUE LIMITIBUS.

LIBER DECIMUS.

I. Titulus: De divisionibus et terris ad placitum datis.
II. Titulus: De quinquagenarii et tricennalis temporis intentione.
III. Titulus: De terminis et limitibus.

DE EGROTIS ET MORTUIS ADQUE TRANSMARINIS NEGOTIATORIBUS.

LIBER UNDECIMUS.

I. Titulus: De medicis et egrotis.
II. Titulus: De inquietudine sepulcrorum.
III. Titulus: De transmarinis negotiatoribus.

DE REMOVENDIS PRESSURIS ET OMNIUM HERETICORUM SECTIS EXTINCTIS.

LIBER DUODECIMUS.

I. Titulus: De temperando iudicio et removenda pressura.
II. Titulus: De omnium hereticorum adque Iudeorum cunctis erroribus amputandis.
Recc. deest. | ***Erv.*]** III. Titulus: De novellis legibus Iudeorum, quo et vetera confirmantur et nova adiecta sunt.

l. 1. et *deest* *R* 2. *E* 1. annorum et *R* 2; ann. *deest* *E* 2. atque *R* 2. *E* 1 *et ita infra.* || *l.* 2. X *R* 1. || *l.* 4. quinquagenariis *R* 2. *E* 2; quinquaginarii *R* 1. tricennarii *R* 1; trecennalis *E* 2. temporibus *R* 1. *E* 2. int.] tentione *R* 1.

l. 7. XI *R* 1. *E.* || *l.* 9. iniquietudine *R* 2.

l. 11. ereticorum *R* 2. *E* 2. extinctis *deest* *R* 1. || *l.* 12. XII *R* 1. *E.* || *l.* 13. iudicium *E* 1. || *l.* 14. ereticorum *R* 2; e. sectis extinctis *E* 2. eroribus *R* 1. III. Tit. — sunt] *R* 2. *E.* || *l.* 15. Iudeorum *E* 1.

Recc. Erv.] DE INSTRUMENTIS LEGALIBUS[1].

LIBER PRIMUS.

I. TITULUS: DE LEGISLATORE.

I, 1, 1. ### I. Quod sit artificium condendarum legum.

Salutare daturi in legum contemtione preconium, ad nove operationis formam antiquorum istudiis novos artus aptamus, reserantes virtutem tam formande legis quam peritiam formantis artificis. Cuius artis insigne ex hoc decentius enitere probabitur, si non ex coniectura trahat formam similitudinis, sed ex veritate formet speciem sanctionis, neque sillogismorum acumine figuras inprimat disputationis, sed puris honestisque preceptis modeste statuat articulos legis. Etenim ut ars operis huius se in hac dispensatione conponat, ordo magne ratiocinationis exoptat. Namque cum experimenta rerum manus tenet artificis, ad dispositionem forme frustra queritur investigatio rationis. In inprovisis certe acuta expetit se ratio indagatione cognosci; in non ignotis autem experimento faciendi se properat reserari. Latentis ergo rei quia species

LIB. I. *Ad hunc librum adhibui codices R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1—5; *ceterorum singula tantum annotari.* *l.* 1. DE I. L.] DE LEGISLATORE *R* 2; *inscr. deest omnino R* 1. ‖ *l.* 2. INCIPIUNT CAPITULATIONES DE LIPRO PRIMO *R* 1.

TIT. I. *l.* 3. LEGISLATORES *R* 1; LEGISLATORUM *E* 1; LEGIBUSLATOREM *E* 2; LIBER PRIMUS *etiam hic add. R* 2. ‖ *l.* 4. *Index capitulorum deest R* 2. Quid *E* 1. ‖ *l.* 5. debet *R* 1. ‖ *l.* 7. videndo *E* 1; bibendo *E* 2. ‖ *l.* 9. erit *deest R* 1. eloquendum *R* 1. ‖ *l.* 10. indicandum *R* 1. ‖ *l.* 12. *Sequitur continuo index capitulorum tituli II. R* 1.

I, 1, 1. *l.* 13. Quid *E* 1. ‖ *l.* 14. contemtione *pro* contentione *R* 2. *E* 2; contionem *R* 1; constitutionem *E* 1; constitutione *V.* novam *E* 1. *Pith.* ‖ *l.* 15. istudiis] *ita E* 2; studiis *R* 2. *E* 1; histius *R* 1. reservantes *R* 1. 2. ‖ *l.* 16. formatis *R* 1. probitur *R* 1. ‖ *l.* 17. ex coniecturam *R* 1; ex coniunctura *E* 2; ixet nihectura *R* 2. traat *E* 2. *V* 3; tradat *R* 1; tranat *R* 2. format spatriem *R* 1; f. especiem *R* 2. ‖ *l.* 18. silosgismorum agumine *R* 1; ullogis firmorum acumine *R* 2; syllogismorum a. *E* 1; sigillogismorum a. *E* 2. disputationis] disperationis *R* 1; admorationis *R* 2. ‖ *l.* 19. istatuat *E* 2; instatuat *R* 2. articulis *R* 1. ‖ *l.* 20. rationationis *V* 1. exobtat *E. V* 2. cumqȝ *R* 1. ‖ *l.* 22. acute *R* 1. *l.* 23. experimenta *E.* reservari *R* 2; reserbari *E* 2. quia] si *V* 2. 8.

1 *Haec inscriptio inepte ex Isidoro, Etymolog. V, 24 (rub.), recepta est.*

Recc. Err.] ignoratur, non inmerito considerationis ordo requiritur. Cum vero expertos usus in speculo visionis fides veritatis adducit, non iam materia forme ratiocinationem dicti, sed operationem facti deposcit. Unde nos, melius mores quam eloquia ordinantes, non personam oratoris inducimus, sed rectoris iura disponimus. I, 1, 1.

II. Quo modo uti debeat artifex legum. I, 1, 2.

Formandarum artifex legum non disceptatione debet uti, sed iure; nec videri congruum sibi contentione legem condidisse, sed ordine. Ab illo enim negotia rerum non expetunt in teatrali fabore clamorem, sed in exoptata salvatione populi legem.

III. Quid requirendum est in artificem legum. I, 1, 3.

Tunc primo requirendum est, ut id, quod inducitur, possibile credatur. Novissime ostendendum, si non pro familiari conpendio, sed pro utilitate populi suadetur, ut appareat eum, qui legislator existit, nullo privatim commodo, sed omnium civium utilitati communi motum presidiumque oportune legis inducere.

IIII. Qualis erit in vivendo artifex legum. I, 1, 4.

Erit consequenter idem lator iuris hac legis mores eloquiis anteponens, ut contentio illius plus virtute personat quam sermone. Sicque quod dixerit amplius factis quam dictis exornet [1] priusque promenda conpleat, quam inplenda depromat.

V. Qualis erit in consiliandum artifex legum. I, 1, 5.

Erit in adventione Deo sibique tantummodo conscius, consilio probis et parvis admixtus, adsensu civibus populisque conmunis, ut aliene provisor salutis commodius ex universali consensu exerceat gubernaculum, quam ingerat ex singulari potestate iudicium.

VI. Qualis erit in eloquendo artifex legum. I, 1, 6.

Erit concionans eloquio clarus, sententia non dubius, evidentia plenus, ut, quidquid ex legali fonte prodierit, in rivulis audientium sine retardatione decurrat, totumque qui audierit ita cognoscat, ut nulla hunc difficultas dubium reddat.

I, 1, 1. *l.* 1. expertis husus *R* 1; expertos usos *R* 2. || *l.* 2. materies *V* 1; matheriam *V* 2. ratiocinante *R* 1; ratiocinatione *V* 2. || *l.* 4. persona *R* 1.

I, 1, 2. *l.* 5. debet *R* 1. || *l.* 6. F. ergo *R* 2. *E* 1; Firmandarum *R* 1. disceptationem *V* 2. videre *R* 1. || *l.* 7. sive *R* 1. contentionem *R* 1; contemtione *R* 2; contione *E* 2. Ab *deest* *R* 1. negotio *R* 1. || *l.* 8. clamore *R* 1. exobtata *E. V* 4. ponere populi *E* 1. lege *R* 1; lege manifesta *E* 2; legem manifestam *V* 1. 2. 5. 8. 20. *Pith.*; legem salvatione populi manifestam *V* 4.

I, 1, 3. *l.* 9. artifice *R* 2. *E. V.* || *l.* 10. primum *E. V* 1. 2. 4. *Pith.* indicitur *R* 2. *E* 1. *Mad.* reddatur *R* 1. || *l.* 11. ostendendum *E*; ostendum *R* 1; hostendatur *R* 2. hutilitate *R* 1. suadendus *R* 1. || *l.* 12. privati *E* 1. *V* 1. 2. 3; privatum *R* 1. comodo *R* 2. *E* 1. *V* 1; quomodo *V* 3. hutilitatem *R* 1. || *l.* 13. com. m.] muni . motum *R* 1; communi metu *V* 1; communi metum *V* 2; com(m)unimentum *V* 3. 4. 5. *Edd.*

I, 1, 4. *l.* 14. bibendo *E* 2; videndo *R* 2. *E* 1. || *l.* 15. conquenster *R* 1. contentio] *ita* *R*; contio *E* 2. *V* 1. 4; cunctio *V* 3; conscio *V* 2; conditio *V* 15. 20; constituti *E* 1; constitutio *Pith. in m., Lind.* || *l.* 16. persone *R* 2; consonet *R* 1. id quod *E* 1. || *l.* 17. depromat] deponat *R* 1; *deest* *R* 2.

I, 1, 5. *l.* 18. consiliandum] *ita* *R* 1. *E* 2; consiliando *R* 2. *E* 1. || *l.* 19. adventione] *ita* *R* 1. *E* 1. 2. *V* 2. 3; *corr.* adinventione *R* 2; adinventione *V* 1. 4. 5. sibique] siutique *R* 1; sibusque *R* 2. consilia providus *R* 2. parvis] paucis *Pith. in m., Lind.* || *l.* 20. populis adque *R* 1; populique *E* 1. commodus *R* 1; commodis *V* 2. || *l.* 21. gubernacula *R* 1.

I, 1, 6. *l.* 24. contionans *E* 2. *V* 2; contentiones *corr.* contentionens *E* 1; consonans *V* 2. 4. *l.* 25. ex] es *R* 2. prodiderit *R* 2. *E* 1. 2. 2* *in m.*, *V* 17 *in m.*, *Pith. in m.* rivolis *E* 2*. recurrat *V* 1. 2. 5; recurrit *V* 4. *Pith.* || *l.* 26. que *R* 2; quod *V* 1. 2. 4.

1) *Cf. Isidori Sent. III,* 49, 2: formam iustitiae factis magis quam verbis instituit.

I, 1, 7. *Recc. Erv.*| VII. Qualis erit in iudicando artifex legum.

Erit iudicans in indagando vivax, in preveniendo fixus, in decernendo non anxius, in percutiendo parcus, in parcendo adsiduus, in innocente vindex, in noxio temperatus, in advena sollicitus, in indigena mansuetus. Personam tantum nesciat accipere, quanto et contemnet eligere.

I, 1, 8. VIII. Qualis in publicis, qualis in privatis erit artifex legum.

Erit quecumque sunt publica patrio recturus amore, quecumque privata erili dispensaturus ex potestate, ut hunc universitas patrem, parvitas habeat dominum, sicque diligatur in toto, ut timeatur in parvo, quatenus et nullus huic servire paveat, et omnes amorem eius morte conpensandum exoptent.

I, 1, 9. VIIII. Quod dare debeat legibus disciplinam artifex legum.

Tunc deinde sciet in hoc maxime istare gravitatis publice gloriam, si det ipsis legibus disciplinam. Nam cum salus tota plebium in conservando iure consistat, leges ipsas corrigere debet ante quam mores. Veniunt enim, ut cuique libet, in contentionem, leges pro arbitrio suo ferunt, induunt sibi fictam de grabitate hac pudore personam; adeo ut sit illis lex publica, inhonestas privata, sicque obtentu legum contraria legibus adoperiunt, qui vigore legis obvia legibus evellere debuerunt.

II. TITULUS: DE LEGE.

I, 2, 1. I. Quid observabit legislator in legibus suadendis.

Item in suadendis legibus erit plena causa dicendi, non ut partem orationis meditandi videatur gratia obtinere, sed desideratum perfectionis obtinuisse laborem. In earum namque formationibus non sofismata disputationis, sed virtutem iuris mavult

I, 1, 7. *l.* 1. in] indicio *add.* *R* 2. *l.* 2. Erit populo adloquitur i. *E* 1. indicando *R* 1. perveniendo *R* 2. *E* 2; praevidendo *E* 1. *V* 17. *Pith.* discernendo *E* 2. non *deest* *R* 1. *l.* 4. in advena — mansuetus *des.* *R* 1. indegena *pro* in indigena *R* 2. personas *R* 1. tanto *E.* nesciet *R* 1. ‖ *l.* 5. contendit *E* 2. heligere *R* 1.

I, 1, 8. *l.* 7. publica — privata *E*: publica patria q. p. *R* 1: publica patri erectus a. q. privata *R* 2. erili dispensaturus] *ita* *V* 1. 2; herili d. *E* 1. *Edd.*: birili d. *E* 2: erit pensaturus *R* 1: erit illi dispensaturus *R* 2. *l.* 8. patruitas *R* 1. *l.* 9. ut *deest* *R* 2: *al. man. post add.* *E* 2. *V* 1. *l.* 10. eius] melius *E* 1. mortem *R* 1. *E* 1.

I, 1, 9. *l.* 12. Tum *E* 1. *V* 2. *Pith.* istare] *ita* *R*: stare *E. V.* si det ipsis] sit et ipse *E* 1: si det et ipsis *Pith.* ‖ *l.* 13. conservando] *ita* *R* 1. *V* 1. 2. *alii*; consecrando *E* 2 *et e corr.* *R* 2; considerando *E* 1 *et fortasse olim* *R* 2. ‖ *l.* 14. debeat *R* 1. cuicumque *E* 2. *V* 2. 3. 15. *Pith.*; quicumque *V* 1. contentionem] *ita* *E* 1. *V* 1: contemtionem *R* 2: contemptionem *V* 2: contemtione *E* 2; contentione *Edd.*; concionem *R* 1; conctione *V* 3; tencione *V* 4; constitutionem *V* 15. ‖ *l.* 15. fuerunt *R* 1. fincta *E* 2; finctam *V* 1. 2. de g.] *ita* *R* 1. *E* 2; de gravitate *E* 1; divinitate *R* 2. pudere *R* 1. *l.* 16. adeo ut sit illis] adecit illi *R* 1. inhonesta *V* 2. 2*. 4. ‖ *l.* 17. obviam *R* 1.

TIT. II. *l.* 19. *Index capitulorum, indici tituli I. subiectus in* *R* 1, *deest omnino* *R* 2. *V* 1. *l.* 24. Quid *V* 2. 2*. 3. triumfat *E* 2. *V* 3.

I, 2, 1. *l.* 26. leg. suad. *R* 1. plenus *R* 1. parte *R* 1. meditandi *deest* *R* 1. ‖ *l.* 27. obtinere — sofismata] *in* *V* 3 *deleta.* *l.* 28. quoque *V* 2. 2*. sofismata] *ita* *E* 2; sofirmata *R* 2; sunt firmata *R* 1; sophismata *E* 1. magis vult *V* 2.

Recc. Err.] causa discriminis. Queritur enim illic non, quid contentio dicat, sed quid actio promat, quia et excessus morum non coercendi sunt cuturno locutionum, sed temperamento virtutum. I, 2, 1.

II. Quid sit lex. I, 2, 2.

Lex est emula divinitatis, antestis religionis, fons disciplinarum, artifex iuris, boni mores inveniens adque conponens, gubernaculum civitatis, iustitie nuntia, magistra vite, anima totius corporis popularis.

III. Quid agit lex. I, 2, 3.

Lex regit omnem civitatis ordinem, omnem hominis etatem, que sic feminis datur ut maribus, iuventute conplectitur et senectute, tam prudentibus quam indoctis, tam urbanis quam rusticis fertur, que summum salutis principum hac populorum culmen obtinet, et cum manifesto preclaroque preconio in modum lucidissimi solis effulgit.

IIII. Qualis erit lex. I, 2, 4.

Lex[1] erit manifesta nec quemquam in captionem civium devocabit. Erit secundum naturam, secundum consuetudinem civitatis, loco temporique conveniens, iusta et equabilia prescribens, congruens, honesta et digna, utilis, necessaria, in qua previdendum est ex utilitate, que pretenditur, amplius commodi, amplius iniquitatis oriatur, ut dinosci possit, si plus veritati prospiciat publice, quam religioni videatur obesse, an et si honestatem tuetur et non cum salutis periculo arguit.

V. Quare fit lex. I, 2, 5.

Fieri[2] autem leges hec ratio cogit, ut earum metu humana coerceatur inprobitas, sitque tuta inter noxios innocentium vita, atque in ipsis inprobis formidato supplicio frenetur nocendi presumptio.

I, 2, 1. *l.* 1. enim] etiam *V* 2. illio *R* 1. contemtio *E* 2. || *l.* 2. cohercendi *E* 1. *V* 2*; quoercendi *E* 2. *V* 2; cernendi *E* 2. coturno *V* 1. 2. 2*; cothurno *V* 4. 5. *Edd.* in temperamentum *R* 1; temperare *R* 2, *ubi* virtutum *deest.*

I, 2, 2. *l.* 5. Rerum emmula divitatis *R* 1. antestis] *deest R* 1; antistitis *E* 1. *V* 3; antistis *V* 2; antistes *V* 1. 4. 5. bonis *V* 3; bonos *Mad.* || *l.* 6. nunciatrix *V* 1. 2. 2*. 4. 5. 17. *Pith.*

I, 2, 3. *l.* 8. sit *R* 1. || *l.* 9. regit] agit *V* 17. *Pith.* hominem *E* 1; homnem *V* 3. civitatem *R* 1. omnem hominis] *inde ab his verbis deest hoc caput V* 3, *ubi sequitur:* in statu salutari *etc. ut infra in cap.* 6; omnemque h. *V* 5. 17. *Pith.* || *l.* 10. iuventutem *E* 2. *V* 1. 2. 4. *cett.* senectutem *E* 2. *V* 1. 2. 4. *cett.* *l.* 11. que s.] quesumus *R* 1. principium *E* 2. *V* 1. 2. 2*. *Pith.* || *l.* 12. manifestat *R* 1. effulget *E. V;* effugit *corr.* effulget *R* 2.

I, 2, 4. *l.* 13. *deest R* 1. || *l.* 14. captionem] *ita R* 1. *E;* captione *R* 2. *V.* Erit enim *V* 1. 2. 2*. 5; Erit etiam *V* 17. *Pith.* || *l.* 15. naturam et s. *V* 1. temporeque *R* 1. || *l.* 16. et equ.] aequaliaque *R* 2; et e. *corr.* et equavilia *E* 2; et *deest V* 3. perscribens *R* 1. congr.] concumbens *R* 1. et *deest V* 1. hutilis *R* 1. || *l.* 17. est *add. al. m. E* 2; *deest V* 3. hutilitate *R* 1. amplius — amplius] *ita R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 2*; amplius — an amplius *V* 4; *intelligendum est:* an plus — an plus, *quod praebent V* 1. 2 (an plus *semel tantum*). 3. 5. *Edd.* comodi *E* 2. *V* 4; quomodi *V* 3. || *l.* 18. veritatem *R* 1; utilitati *V* 2*. 17 (*in m.*). rel.] regio *R* 1; regioni *V* 15. 17 (*in m.*). videbatur *V* 2*; videtur *V* 3. an et si] *al. m. corr.* hac si et *E* 2; ac si *V* 17; ac sic *Pith.* || *l.* 19. honestate *R* 1. tuetur] *ita R* 1. *E* 1. *V* 3; *corr. al. m.* tueatur *E* 2; tueatur *R* 2. *V* 1. 2. *cett.* arguit] *ita R. E* 1. *V* 5; arguat *E* 2. *V* 1. 2. *cett.*

I, 2, 5. *l.* 21. hec ratio] et ratio *R* 1; ratio illa *R* 2. *E* 1. *V* 3. earum] iterum *R* 1. coherceatur *V* 1. 2*; quoherceatur *E* 2. *V* 3. inpropitas *R* 1; inprovitas *R* 2. || *l.* 22. sique *R* 1. inprobis] impiis *E* 1.

1) *Hoc caput magna ex parte ad verbum convenit cum Isidori Etymol. II,* 10, 6 = *V, c.* 21. 2) *Ad verbum fere convenit hoc caput cum Isidori Etymol. II,* 10, 5 = *V, c.* 20.

I, 2, 6. *Recc. Erv.*] VI. Quod triumphet de hostibus lex.

His in domestica pace ita perfectis, totaque primo a principibus, secundo a civibus, exhinc a populis et a domo iurgiorum peste seclusa, eundum est in adversis et obviandum hostibus potentialiter ac fidenter, tanto in externis spe fida victorie, quanto nil erit, quod ex internis formidari valeat aut timeri. Pacis enim oleo et legum vino tota plebium massa in statu salutari concreta exeret hostibus indevictos, unde inlesos artus, producentur iustis adiuta legibus tela. Eruntque viri melius equitate quam telo muniti, ut contra hostem ante iustitiam dirigat princeps, quam vibret spicula miles. Felicior iam tunc illa principis congressio erit, quam domestica equitas anteibit: quia et severiores erunt in hostium populatione mucrones, quos de domibus modeste produxerint leges. Experimentum enim naturalis est rei, ut iustitia illa confodiat hostem, que tutaverit civem et externam inde perimat litem, unde suorum interna possederit pacem. Sicut ergo modestia principum temperantia est legum, ita concordia civium victoria est hostium. Ex mansuetudine etenim principum oboritur dispositio legum, ex dispositione legum institutio morum, ex institutione morum concordia civium, ex concordia civium triumphus hostium. Sicque bonus princeps, interna regens et externa conquirens, dum suam pacem possidet et alienam litem obrumpit, celebratur et in civibus rector et in hostibus victor, habiturus post labentia tempora requiem sempiterna, post luteum aurum celestem regnum, post diadema et purpuram gloriam et coronam: quin pocius nec deficiet esse rex, quoniam, dum regnum terre relinquid et celeste conquirit, non erit amisisse regni gloriam, sed ausisse.

I, 2, 6. *l.* 1. Quid *E* 1. *Pith.* ‖ *l.* 2. ita *deest R* 1. civibus] principibus *R* 1. ‖ *l.* 3. eundem *R* 1. *V* 2; secundum *R* 2. ‖ *l.* 4. ac fidenter] *des. R* 1; hac f. *R* 2. ‖ *l.* 5. quantum *R* 1. nil] *ita R* 1; nec *R* 2; nihil, nichil *cett.* ex internis] in externis *E* 1. *V* 2. 3; externis *R* 2. formidare *R* 1. Pacis] facies *R* 1. holeo *R* 1; ‖ *l.* 6. vinum *R* 2. statu] istatu *R* 1. exeret] *i. e.* exseret; exheret *R* 1; exercet *V* 1. 14. hostes *V* 1. 2. 8. indevictos] *ita R* 2; indevictus *R* 1; inde esse victos *V* 2; indevictis *V* 2*. 5; inde invictos *E. V* 4; inde invictis *V* 3. ‖ *l.* 7. artos *R* 2. producere videntur *V* 1. 4. 5; p. videtur *V* 2. 17. ‖ *l.* 8. ut *deest V* 1. 2*. hoste *R* 1; hostes *V* 1. diridirigat *R* 1. ‖ *l.* 9. specula *E.* quam d.] quando domestica *R* 1; quando mistica *E* 2. ‖ *l.* 10. severiores] *ita R* 1. *E* 1. *V* 3. 15. 16; seniores *R* 2; seviores *corr. al. m.* severiores *E* 2; saeviores *V* 1. 2. 4. 5. *Pith.* populationem *R* 1. quod *R* 1. ‖ *l.* 11. legis *R* 1. ‖ *l.* 12. cive *R* 1. externa *R* 1. lite *R* 1. ‖ *l.* 13. Sicut] Si *V* 3 (Sicut *V* 3*). principium *E* 2. *V* 1. ‖ *l.* 14. Ex] et *R* 1. mansuetudinem *R* 1. *E* 2. ‖ *l.* 16. sique *R* 1. ‖ *l.* 17. obrumpit] *ita R* 1. *V* 1. 3. *Pith.;* amrumpit *R* 2; abrumpit *E. V* 2. 4. 5. ‖ *l.* 18. abiturus *E. V* 3*. ‖ *l.* 19. sempiternam *E. V.* celestem] *ita R*; celeste *E. V.* diademam *R* 1. ‖ *l.* 20. terre] *ita R. E* 1. *V* 3; terrenum *E* 2. *V* 1. 2. 4. *cett.* ‖ *l.* 21. relinquid] *ita R* 2. *V* 2. 2*; reliquid *R* 1; relinquit *E. V* 1. 3. *cett.* admisisse *R* 1. ausisse] *ita pro* auxisse *R:* ausisset *E* 2; auxisse *E* 1. *V.*

Recc. Erv.] DE NEGOTIIS CAUSARUM.

LIBER SECUNDUS.

I. TITULUS: DE IUDICIBUS ET IUDICATIS.

***Recc.*]** I. Quod et regia potestas et populorum universitas legum reverentie sit subiecta.

II. Quod nulli leges nescire liceat.

III. Quod antea ordinare oportuit negotia principum, postea populorum.

IIII. De tempore, quo debeant leges emendate valere.

***Erv.*]** I. De tempore, quo debeant leges emendate valere.

II. Quod tam regia potestas quam populorum universitas legum reverentie sit subiecta.

III. Quod nulli leges nescire liceat.

IIII. Quod antea ordinari oportuit negotia principum, postea populorum.

***Recc. Erv.*]** V. De principum cupiditate damnata eorumque initiis ordinandis, et qualiter conficiende sunt scripture in nomine principum facte.

VI. De his, qui contra principem vel gentem aut patriam refugi vel insulentes existunt.

VII. De non criminando principem nec maledicendo illi.

VIII. De remotis alienarum gentium legibus.

VIIII. Ne excepto talem librum, qualis hic, qui nuper est editus, alterum quisque presumat habere.

X. De diebus festis et feriatis, in quibus non sunt negotia exsequenda.

XI. Ut nulla causa a iudicibus audiatur, que legibus non tenetur.

LIB. II. *Lemma: Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. *l.* 1. 2. INCIPIT LIB. II DE N. C. *V* 5.

TIT. I. *Index capitulorum: Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *l.* 4. et — et] *ita R. E* 2; tam — quam *E* 1. *l.* 5. legum — subiecta *des. R* 2. ‖ *l.* 8. ante *E* 1. ordinari *R* 2. *E* 1. oportebit *E* 2. ‖ *l.* 9. negotia — populorum *des. R* 2. et postea *E* 1. ‖ *l.* 13. et — facte *des. R* 2. ‖ *l.* 15. refugi — existunt *des. R* 2; refugi sive insolentes ex. *E* 1; refugiunt vel insolentes ex. *E* 2. ‖ *l.* 17. principe nec maledicendum illi *E* 1; principem nec maledicendum illum *E* 2. ‖ *l.* 19. alterum — habere *des. R* 2. ‖ *l.* 21. exsequenda] exquirenda *R* 1; *deest R* 2. ‖ *l.* 22. que — tenetur *des. R* 2. continetur *E* 2.

Recc. Erv.] XII. Ut terminate cause nullatenus revolvantur, relique vero ad libri huius seriem terminentur, adiciendi leges principibus libertate manente.

XIII. Quod nulli liceat dirimere causas, nisi quibus aut princeps aut consensio voluntatis potestatem dederit iudicandi.

XIIII. Quales causas debeant audire thiuphadi et qualibus personis causas audiendas iniungant.

XV. Ut iudices tam criminales quam communes terminent causas. Pacis autem adsertores et sola regia potestas ordinet, et sic tantundem a rege commissa negotia iudicent.

XVI. De damnis eorum, qui non accepta potestate presumserint iudicare.

XVII. De his, qui admoniti iudicis epistula vel sigillo ad iudicium venire contemnunt.

XVIII. Si iudex interpellantem audire contemnat, vel utrum fraudulenter an ignoranter iudicium promat.

XVIIII. Si iudex aut per commodum aut per ignorantiam iudicet causam.

XX. Si iudex dolo vel calliditate aut unam aut ambas causantium partes dispendia facit sustinere.

XXI. Quid primo iudex servare debeat, ut causam bene cognoscat.

XXII. Si cuiuscumque honoris aut ordinis iudex dicatur haberi suspectus, vel si iudex contra leges presumat dare iudicium.

XXIII. Iudex qualiter faciat iudicatum.

XXIIII. De commodis adque damnis iudicis vel saionis.

XXV. Quod omnis, qui potestatem accipit iudicandi, iudicis nomine censeatur ex lege.

XXVI. Ut omne vinculum, quod post datum iniustum iudicium a causidicis fuerit exactum, habeatur invalidum.

XXVII. Ut iniustum iudicium et definitio iniusta regio metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat.

XXVIII. De data episcopis potestatem distringendi iudices nequiter iudicantes.

XXVIIII. Ut iudex, si a quocumque fuerit pulsatus, noverit se petenti reddere rationem.

XXX. De damnis iudicum aliena contingentium.

XXXI. De his, qui regiam contemserint iussionem.

l. 1. cause preterite *R* 2. relique — manente *des.* *R* 2. vero *deest* *E* 1. ‖ *l.* 3. aut c. — iudicandi *des.* *R* 2. ‖ *l.* 4. bolumtatis *E* 2. ‖ *l.* 5. audiri *R* 1. thiufadi *R* 2. *E* 1; theufadi *E* 2. et qualibus] quibus *R* 1; et — iniungant *des.* *R* 2. ‖ *l.* 7. terminent] iudicent *E* 2; terminent — iudicent *des.* *R* 2. ‖ *l.* 8. sic *deest* *E* 1. 2. ‖ *l.* 10. pres. iud. *des.* *R* 2; presumpserint *E* 1. ‖ *l.* 11. epistulam *R* 1; epistola *R* 2. *E* 1; epistolam *E* 2. vel sigillum *R* 1; vel — contemnunt *des.* *R* 2. contendunt *R* 1. ‖ *l.* 13. vel — promat *des.* *R* 2. ‖ *l.* 14. premat *R* 1. ‖ *l.* 15. causam *deest* *R* 1; iud. causam *des.* *R* 2. ‖ *l.* 16. caus. — sustinere *des.* *R* 2. dispendium *R* 1. ‖ *l.* 17. facid *R* 1; faciat *E* 2. ‖ *l.* 18. Quod *R* 2. *E* 1. primum *R* 2. debet *R* 2. *E* 1, *corr.* debeat *E* 2. ut — cogn. *des.* *R* 2. causa *R* 1. ‖ *l.* 19. hordinis *R* 1. iudex — iudicium *des.* *R* 2. habere susceptum *R* 1. ‖ *l.* 20. lege *R* 1. ‖ *l.* 21. iudicium *E* 2. ‖ *l.* 22. atque *E* 1; alique *R* 2. vel saionis *des.* *R* 2. ‖ *l.* 23. Ut *R* 2. iudicis — lege *des.* *R* 2. ‖ *l.* 25. a causidicis *des.* *R* 1; a — invalidum *des.* *R* 2. ‖ *l.* 27. iniusta — valeat *des.* *R* 2. iussum *R* 1; iussu ad i. *E* 1. ‖ *l.* 28. valeat] *ita* *R* 1; valeant *E* 1; baleant *E* 2. ‖ *l.* 29. potestate *R* 2. *E* 1. distr.] admonendi *E* 1. iudices n. iudicantes *des.* *R* 2. ‖ *l.* 30. si *deest* *E* 2. a quocumque pulsans *R* 2. noverit — rationem *des.* *R* 2. ‖ *l.* 31. ratione *R* 1. ‖ *l.* 32. continentium *R* 1. ‖ *l.* 33. regia *R* 2. iussionem *deest* *R* 2.

***Recc. Erv.*]**

IN NOMINE DOMINI.

Recc. deest. *(Cf. II, 1, 5.)* | ***Erv.*]**

I. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. II, 1, 1.

De tempore, quo debeant leges emendate valere.

***Recc.*]** tum, quantum auferri preceperat, de sua facultate illi, quem iniuste damnaverat, reddat [1]. Quod si non habuerit, unde conponat, cum his, que habere dinoscitur, ipse iudex illi, cui conponere debuit, subiaceat serviturus. Sin autem per ignorantiam iniuste iudicaverit et sacramentis se potuerit excusare, quod non per amicitiam vel cupiditate aut per commodum quolibet, sed tantumdem ignoranter hoc fecerit: quod iudicabit non valeat, et ipse iudex non inplicetur in culpa [2].

***Erv.*]** iuste damnaverat, reddat. Quod si tantum, **II, 1, 21.** quantum abstulit, non habuerit unde conponat, saltim vel id ipsum ex toto, quod habere videtur, illi, quem damnaverat, pro omni conpositione restituat. Quod si ex omnibus nihil rerum habuerit, unde conpositionem exsolvat, L publice extensus flagella suscipiat*. Sin autem per ignorantiam iniuste iudicaverit et sacramentis se potuerit excusare, quod non per amicitiam vel cupiditatem aut per commodum quodlibet, sed tantumdem ignoranter hoc fecerit: quod iudicabit non valeat, et ipse iudex non inplicetur in culpa.

*) *V* 1. 2. 4 *et in margine* 17 *addunt:* aut certe cum his, que habere dinoscitur, ipse iudex illi, cui componere debuit, subiaceat serviturus.

***Recc. Erv.*]** XX. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **II, 1, 22.**

S i i u d e x d o l o v e l c a l l i d i t a t e a u t u n a m a u t a m b a s c a u s a n t i u m p a r t e s d i s p e n d i a f a c i a t s u s t i n e r e.

Tranquille hac sollicite instantia mansuetudinis nostre premonet, iudices omnes non debere dilatare causidicos, ne gravi dispendio aliquatenus honerentur. Quod si

II, 1, 21. *l.* 9. cupiditatem aut *R* 2, *ubi* per *deest.* || *l.* 10. tantumdem] tantum *R* 2. || *l.* 12. culpam *R* 2.

II, 1, 21. *l.* 1. Quod si — componat] Quod si non habuerit unde componat tantum quantum abstulit *V* 1. 5. 6. *Pith.* tantum] tamen *V* 4. *l.* 3. saltem *V* 1. 2. id ipsum] ipsud *E* 1. || *l.* 4. illi quem] illi quidem quem *E* 2. *V* 4. *l.* 5. restituat] reddat *V* 4. restituat — conpositionem *des.* *V* 3. *l.* 6. rerum] res *E* 2. conpositione *E* 1. || *l.* 7. exsolvat et *V* 3. 17. || *l.* 8. Sin] Si *V* 1. 2. || *l.* 9. sacramento *V* 1. 2. 6. 15. 17. 19. *Pith.;* sacramenti *E* 1. excusare] expiare *E* 1. *V* 4. 6. || *l.* 10. per cupiditatem *V* 2. || *l.* 11. sed] se *E.* || *l.* 12. iudicavit *V.* || *l.* 14. aut — serviturus *etiam in* *V* 6 *scripta fuisse, sed erasa videntur.* || *l.* 15. his] iis *V* 4. 17. iudex *deest* *V* 4. || *l.* 16. debuerit *V* 4; debuit praedicta *V* 2.

II, 1, 22. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 19). — *l.* 18. FL. — REX] *des.* *E* 2. *V* 1. 3. 4; F. CHNDS R. *R* 1; F. CHINDASVINTHUS R. *R* 2; F. (GLS) CHDS R. *V* 5. 6. 17; F. CDS R. ANTIQUA *V* 2. 15. 19; FL G RECS R. *E* 1. || *l.* 19. dolo] lolo *R* 1. una *R* 1. *V* 2. *l.* 21. hac] *ita* *R* 1. *E* 2; *deest* *R* 2; ac *cett.* magnitudinis *E* 2. *V.* || *l.* 22. ne] nec *R* 1.

1) *Secundum legem priorem, Cod. Eur. l. rest.* 1, *iudex praeter rei iniusto iudicio ablatae restitutionem duplum eius pretium ex suo proprio solvere vel, ut dici potuit, rem duplatam restituere et praeterea eius pretium solvere debuit. Nunc vero praeter 'simplam rei redintegrationem' non nisi 'aliut tantum' iudici iniusto imponitur; cf. II,* 1, 24. 2) *Caput* 10. *Collectionis Gaudenzianae, cum de iudice dolo malo iniuste iudicante prorsus aliter atque lex nostra constituerit:* quadruplum, quantum acceperit, inferat fisco et amplius iudex non sit, *de eo, qui negligenter tantum perperam iudicaverit, ad legis nostrae tenorem relegare videtur his verbis:* Quod si causam ipsam non preiudicaverit voluntariae, satis reducatur secundum edicti seriem.

II, 1, 22. *Recc. Erv.*] dolo aut calliditate aliqua ad hoc videtur iudex differre negotium, ut una pars aut ambe naufragium perferant, quidquid dispendiis super octo dies a die cepte accionis causantes pertulerint, reddito sacramento, totum eis iudex reddere conpellatur. Sin autem vel egritudo vel publice utilitatis indictio suspenderit iudicem a negotio peragendum, nullam moram exibeat litigantibus, sed sub hac eos definitione confestim absolvat, ut ad causam expediendam conpetenti tempore indubitanter occurrant.

II, 1, 23. *Recc.*] XXI. ANTIQUA.

Quid primo iudex observare debeat, ut causam bene cognoscat.

Iudex [1], ut bene causam agnoscat, primum testes interroget, deinde iscripturas requirat, ut veritas possit certius inveniri, ne ad sacramentum facile veniatur. Hoc enim iustitie potius indagatio vera commendat, ut scripture ex omnibus intercurrant et iurandi necessitas sese omnino suspendat. In his vero causis sacramenta [2] prestentur, in quibus nullam scripturam vel probationem seu certa indicia veritatis discussio iudicantis invenerit.

Erv.] XXI.

Quid primo iudex servare debeat, ut causam bene cognoscat.

Iudex, ut bene causam agnoscat, primum testes interroget, deinde scripturam requirat, ut veritas possit certius inveniri, ne ad sacramentum facile veniatur. Hoc enim iustitie potius indagatio vera commendat, ut scripture ex omnibus intercurrant et iurandi necessitas sese omnino suspendat. In his vero causis sacramenta prestentur, in quibus nullam scripturam vel probationem seu certa indicia veritatis discussio iudicantis invenerit. In [3] quibus tamen causis et a quo iuramentum detur pro sola investigatione iustitie, in iudicis potestate consistat.

II, 1, 24. *Recc. Erv.*] XXII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si cuiuscumque honoris aut ordinis iudex dicatur haberi suspectus*.

*) *E. V* 1. 2. 4. 5. 8. 15. 17 *add.*: vel si iudex contra leges presumat dare iudicium.

Si [4] quis iudicem aut comitem aut vicarium comitis seu thiuphadum suspectos

II, 1, 22. *l.* 1. aut] vel *E* 2. *V.* ut] aut *R* 1. ‖ *l.* 2. dispendiis] *ita R* 1. *E* 2; expendiis *corr.* expendii *R* 2; dispendii *E* 1. *V.* a die cepte] accepte *R* 2; *desunt loco vacuo relicto E* 1. actionis *E. V.* *l.* 3. Sin] Si *V* 1. 2. ‖ *l.* 4. autem] vero *V* 6. hutilitatis *R* 1. a negotio peragendum] *ita R* 1; a negotium p. *R* 2; ad negotium peragendo *E* 1; ad negotium peragendum *V* 1. 3. 15; a negotio peragendo *E* 2. *V* 2. 4. 6. ‖ *l.* 6. ut ad] item *R* 1. occurrat *R* 1. *E* 1; hoccurrant *R* 2; occurrunt *V* 6.

II, 1, 23. *Codd. R* 1. 2. *V* 3. 15. 19. — *l.* 7. ANTIQUA *deest R* 2. ‖ *l.* 11. testem *R* 2. scripturam *R* 2. ‖ *l.* 16. sese] esse *R* 1.

II, 1, 23. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 4. 5. 6. (8. 17. 18). — *l.* 7. XXI] ANTIQUA *add. V* 5. 6. 8. 17. *l.* 8. primum *E* 1. *V* 6. ‖ *l.* 10. agnoscat] cognoscat *E* 2. *V* 5. ‖ *l.* 11. scripturam] *ita E. V* 1. 2; scripturas *alii.* requirat] inquirat *E* 1. ‖ *l.* 12. invenire *E* 1. veniantur *E* 1. ‖ *l.* 15. sese] inopinata *add. Mad.* ‖ *l.* 17. nulla scriptura vel probatione *E* 1. ‖ *l.* 18. veritatis] reperit *add. V* 4. invenerit *deest V* 4.

II, 1, 24. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (8. 15. 17). — *l.* 22. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 1. 3. 4; F. CHINDS R. *R* 1; CHINDASVINTUS R. *R* 2; F CS R *E* 1; F. CDS R. *V* 2; FLS GLS RCDS R. *V* 5. *Pith.* ‖ *l.* 23. honeris *R* 1. ‖ *l.* 26. aut c. aut] vel c. aut *E. V* 1. 2. 17. thiufadum *E* 1; thiufandum *V* 4; tyufadum *V* 2; tiumfado *V* 3; thifadum *R* 2. *E* 2.

1) *Antiquior huius legis forma exstat in Lege Baiuv.* 9, 17*; v. Cod. Eur. l. rest.* 9, *supra p.* 30. *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 78. 2) *Sc. sacramenta excusationis, quibus rei se ab accusatione excusent; cf. II,* 2, 5. 3) *De hoc additamento v. 'N. Arch.' XXIV, p.* 78 *sq.* 4) *Cf. cum hac lege II,* 1, 30. 31*; v. 'N. Arch.' XXIV, p.* 79—88.

Recc. Erv.] habere se dixerit[1] et ad suum ducem aditum accedendi poposcerit aut fortasse eundem ducem suspectum habere dixerit, non sub hac occasione petitor ac presertim pauper quilibet patiatur ultra dilatione. Sed ipsi, qui iudicant eius negotium, unde suspecti dicuntur haberi, cum episcopo civitatis ad liquidum discutiant adque pertractent[2] et de quo iudicaverint pariter conscribant suscribantque iudicium. Et qui suspectum iudicem habere se dixerat, si contra eum deinceps fuerit querellatus, conpletis prius, que per iudicium statuta sunt, sciat sibi aput audientiam principis appellare iudicem esse permissum; ita ut, si iudex vel sacerdos repperti fuerint nequiter iudicasse, et res ablata querellanti restituatur ad integrum, et a quibus aliter, quam veritas habuit, iudicatum est aliut tantum de rebus propriis ei sit satisfactum. Si certe iniustam contra iudicem querellam detulerit et causam, de qua agitur, iuste iudicatam fuisse constiterit, damnum, quod iudex sortire debuit, petitor sortiatur. Et si non habuerit, unde conpositionem exolvat, C flagellis extensus publice in eiusdem iudicis presentiam verberetur. Nam si forte quisquam pro utilitatem regiam aliquid scire se dixerit, aditus ei ad conspectum nostre glorie negari non poterit. **II, 1, 24.**

Recc. Erv.] XXIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **II, 1, 25.**

Iudex, qualiter faciat iudicatum.

Si de facultatibus vel de rebus maximis aut etiam dignis negotium agitetur, iudex, presentibus utrisque partibus, duo iudicia de re discussa conscribat, que simili textu et suscriptione roborata litigantium partes accipiant. Certe si de rebus modicis mota fuerit actio, sole condiciones[3], ad quas iuratur, aput eum, qui victor extiterit,

II, 1, 24. *l.* 1. se *deest E.* et ad] et *R* 1; ad *R* 2. aut] vel *R* 2. ‖ *l.* 2. eumdem *R* 1. habere se *E. V.* ac] hac *R* 1. ‖ *l.* 3. dilationem *E. V.* ‖ *l.* 4. dicantur *R* 1. ad — pertractent *des. R* 1. adque *deest R* 1. ‖ *l.* 5. et *deest R.* de — conscribant *des. R* 2. quo] re quam *V* 2. subscr. *E. V.* iudicio *R* 2. ‖ *l.* 6. se *deest R* 2. eumdem *E* 1. *V* 1. ‖ *l.* 7. statuta] instituta *V* 3. ‖ *l.* 8. indicium *R* 1. *l.* 9. ablata *corr.* ablate *V* 1. restituantur *E*; restituatur *corr.* restituantur *V* 1. et a] et *V* 3. *l.* 11. certe] quis *V* 15. iniusta *R* 1. *V* 3; iniuste *V* 1. 2. 4. 8. 15. 17; contra iudicem iniuste *E* 2. detulerit] intulerit *E* 1. *V* 2. 4. 5. causa *E* 2. *V* 2. ‖ *l.* 12. indicata esse vel fuisse *V* 2. sociatur *R* 2. *l.* 13. flagellis] fla *R* 1. ‖ *l.* 14. presentia *E. V.* si *deest R* 1. quisque *V* 1. utilitatem] *ita R* 2; hutilitatem *R* 1; utilitate *E. V.* regia *E. V.* ‖ *l.* 15. se scire *E* 2. *V* 2. aditus] auditus *E* 2. *V* 2. ad c.] a conspecto *R* 1; ad — glorie *des. V* 3. denegari *R* 1.

II, 1, 25. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 13. 17. 18. 19). — *l.* 16. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 1. 3. 4; F. CHINDS R. *R* 1; F. CHINDASVINTUS *R* 2; F. CINT R. *E* 1; F. CNDS R. *V* 2; F. GLS CHDS R. *V* 5; F. GLS CNDS R. *V* 17. ‖ *l.* 17. iudicatum] iudicium *E* 2. *V* 2. 17 (*in marg.*). 18. *l.* 18. vel de] de *deest E* 2. *V* 1. 17. 19. agitetur] agitur *Mad.* ‖ *l.* 19. dua *R* 1. discusa *R* 1. *l.* 20. subscriptione *E* 1. *V.* ‖ *l.* 21. iurantur *R* 1. *E* 1.

1) *Appellationem a iudice suspecto Visigothi ex iure Romano anteiustiniano receperant. Cf. Cod. Theod. XI,* 30, 58: Si quis provocatione interposita suspecti iudicis velit vitare sententiam, . . . liberam habeat potestatem. — Sciant igitur cuncti, sibi ab iniuriis et suspectis iudicibus . . . provocationem esse concessam; *Nov. Valent. III.* 34 *(L. Rom. Vis., Nov. Val.* 12*)*, § 16: Si quis a suspecto iudice . . . vocem appellationis emiserit *etc.*; *Interpr.*: Si quis iudicem . . . habuerit fortasse suspectum, vocem appellationis exhibeat; *Nov. Martiani* 1. *Interpr.*: . . . illi vero, qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. 2) *Chindasvindus rex intercessionem episcopi, qui legalis coniudex iudicis suspecti efficitur, ad exemplum legis novellae Iustiniani LXXXVI instituisse videtur; cf. c.* 2 *novellae secundum Iulianum (LXIX, c.* 2*)*: Si cui praeses provinciae suspectus esse videatur, et litigare apud eum solum noluerit, liceat ei episcopum invocare, ut cum ipso considente litem audiat *etc.* 3) *Conditiones dicebantur formulae scriptae sacramentorum, quae, cum de ipsa causa, quae sacramentis*

II, 1, 25. *Recc. Erv.*] pro ordine iudicii habeantur. De quibus tamen condicionibus et ille, qui victus est, ab eisdem testibus roboratum exemplar habebit. Quod si pars, que pro negotio quocumque conpellitur, professa fuerit aput iudicem, non esse necessarium a petitore dari probationem, quamlibet parve rei sit actio, conscribendum est a iudice suaque manu iudicium roborandum, ne fortasse quelibet ad futurum ex hoc intentio moveatur. Si vero, hordinante iudice, una pars testes adduxerit, et dum oportuerit eorum testimonium debere recipi, pars altera de iudicio se absque iudicis consultum subtraxerit, liceat iudici prolatos testes accipere, et quod ipsi testimonio suo firmaverint, illi, qui eos protulit, sua instantia consignare. Nam ei, qui fraudulenter se de iudicio sustulit, producere testem alium omnino erit inlicitum: qui scilicet hoc sibi tantum noverit esse concessum, ut antequam testes illi, qui testimonium dederant, moriantur, si habuerit quod rationabiliter in eis accuset, patienter audiatur a iudice; et si accusatus testis fuerit evidenter convictus, eius testimonium pro nihilo habeatur. Unde et si duo testes non remanserint, qui digni in eodem testimonio maneant, ille, qui primum testem obtulerat, infra trium mensium spatium testes alios, qui ceptum negotium firment, inquirere non desistat. Quod si invenire nequiverit, rem universam ille recipiat, qui eam ante visus fuerat possedisse. Iudex sane de omnibus causis, que iudicaverit, exemplar penes se pro conpescendis controversiis reservare curabit.

II, 1, 26. *Recc.*] XXIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. EMENDATA.

De commodis adque damnis iudicis vel saionis.

Cognovimus[1] multos iudices eo, quod, per cupiditatis occasionem supergredientes legum ordinem, ex causis sibi tertiam pre-

Erv.] XXIIII.

De commodis atque damnis iudicis vel saionis.

Cognovimus multos iudices eo, quod, per cupiditatis occasionem supergredientes legum ordinem, ex causis tertiam sibi presumant tollere

II, 1, 25. *l.* 1. hordine *R* 1. iudici *E* 1. *V* 3. *Mad.* || *l.* 2. que *deest R* 1. *E* 1. || *l.* 3. a petitore] petitori *V* 2. || *l.* 4. dare *R* 2. *E. V* 3. || *l.* 5. intentione *R* 1. || *l.* 6. ordinante *E. V.* || *l.* 7. consultum] *ita R* 1. *E* 2; consultu *cett.* || *l.* 8. acc.] recipere *R* 1. ipsi] illi *R* 1. ille *R* 1; illo *E* 1. || *l.* 9. sua investigatione instantia *V* 3. qui de iudicio fraudulenter se sustulit *Mad.* || *l.* 10. qui *deest R* 1. hoc sibi *des. R* 1. || *l.* 11. dederant] dederunt *E* 1. *V* 1. 13. *Pith.* || *l.* 12. audiatur *deest R* 2. *V* 3. || *l.* 14. digne *Mad.* testimonium *R* 1. primum] *ita R* 1; primus *E* 2. *V* 2; prius *cett.* || *l.* 15. ceptum — firment] accepto negotio proment *R* 1. || *l.* 17. antea *E* 2. *V* 1. 2. que] *ita R. E* 2. *V* 1. 2; quas *E* 1. *Pith. Mad.*; qui *V* 3.

II, 1, 26. *Codd. R* 1. 2. — *l.* 19. CHIND.] CHINDS *R* 1; CHINDASVINTHUS *R* 2. || *l.* 20. EMENDATA *deest R* 2. || *l.* 21. commodis] quomodis *R* 1. || *l.* 24. hoccasionem *R* 1. || *l.* 25. tertiam sibi *R* 2.

II, 1, 26. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17). — *l.* 19. XXIIII] FLS GLS CNDS REX *add. V* 2. 17; GLS CHDS R. *add. V* 5; F. CHDS R. *add. V* 6. || *l.* 21. adque *E* 2. vel saionis *des. E* 1. *l.* 23. eo *deest V* 1. 2. quod] q *V* 1. || *l.* 25. praesumunt *V* 1. 2.

finiebatur, satis referrent, loco iudicatorum scriptorum victori dari potuerunt. Cf. exemplum Form. Vis. n. 39, *LL. Form. p.* 592, *et quae ibidem annotavi n.* 1. 1) *Haec lex antiquae codicis Leovigildi legi deperditae substituta esse videtur, quae, cum de sumptibus et expensis litis, tum de sportulis iudicum et executorum constituens, ex parte antiquiorem legem Eurici, ex parte legem illam Theudis regis de sumptibus et expensis litis secuta esse videtur. Legem Theudis infra denuo edemus. Euricianae legis reliquiae exstare videntur in Lege Baiuv.* 2, 1, 15: Iudex . . . partem suam accipiat de causa, quam iudicavit *etc. Chindasvindus, lege illa antiqua codicis Leovigildi ablata, et de sportulis nostra lege constituit, et pro Romano iure de sumptibus et expensis litis, tempore Sisebuti regis adhuc, ut docet Form. Vis. n.* 35, *valente, multam temere litigantium introduxit lege II,* 2, 5. *Cf. 'N. Arch.' XXIII, p.* 88 *sq.*

Recc.] sumant tollere partem. Propterea nunc presenti lege constituitur, ut hec talis iudicum cupiditas auferatur, et non amplius iudex pro labore suo et iudicata causa hac legitime deliberata, quam, sicut constitutum fuerat in lege priori[1], vicensimum solidum presumat accipere. Quod si quacumque fraude quisquam super hunc numerum plus auferre temtaverit, omnia, que legitime debuerat accipere, perdat. Illut vero, quod iniuste contra huius legis ordinem super vicensimum solidum tulerit, duplum illi exolvat, cui hoc auferri precepit. Similiter[2] quoque, quia cognovimus, quod saiones, qui pro causis alienis vadunt, maiores pro labore suo mercedes, quam merentur, accipiant, propterea simili decreto legis huius edicitur, ut qui pro causis alienis vadunt decimum tantumdem solidum pro labore suo conquirant[3]. Quod si aliquis super hunc constitutum numerum usurpare presumserit, et mercedes, quas legitime debuit accipere, perdat, et quidquid super decimum solidum fraude quacumque perceperit, duplatum illi, cui abstulit, reddat[4]. Quam datam commodi

Erv.] partem. Propterea nunc presenti lege constituitur, ut hec talis iudicum cupiditas auferatur et non amplius iudex pro labore suo et pro iudicata causa ac legitime deliberata, quam, sicut constitutum fuerat in lege priori, vicensimum solidum presumat accipere. Quod si quacumque fraude quisquam super hunc numerum plus auferrre temtaverit, omnia, que legitime debuerat accipere, perdat. Illud vero, quod iniuste contra huius legis ordinem super vicensimum solidum tulerit, duplum illi exsolvat, cui hoc auferri precepit. Similiter quoque, quia cognovimus, quod saiones, qui pro causis alienis vadunt, maiores pro labore suo mercedes, quam merentur, accipiant, propterea simili decreto legis huius edicitur, ut qui pro causis alienis vadunt decimum tantundem solidum pro suo labore conquirant. Quod si aliquis super hunc constitutum numerum usurpare presumpserit, et mercedes, quas legitime debuit accipere, perdat, et quidquid super decimum solidum fraude quacumque perceperit, duplum illi, cui abstulit, reddat. Quam datam commodi summam ex lege tam iudex quam saio de restitute rei conpositionem conquirat. Id tamen noviter adiciendum huic legi innectimus, ut, si talis causa occurrerit, unde compositio exsolvi minime possit, II, 1, 26.

II, 1, 26. *l.* 3. et non] et *deest* *R* 1. *l.* 6. priori] prima *R* 1. ‖ *l.* 9. auferri *R* 2. *l.* 12. hordine *R* 2. ‖ *l.* 13. exsolvat *R* 2. *l.* 14. quoque] quocumque *R* 2. quia *deest* *R* 1. *l.* 16. mercedes *deest* *R* 1. ‖ *l.* 19. solidum tantundem *R* 2. ‖ *l.* 22. presumserint *R* 1. ‖ *l.* 23. legitime] legite *R* 1. ‖ *l.* 24. supra *R* 2. fraudem quamcumque *R* 1. ‖ *l.* 25. perciperit *R* 2.

II, 1, 26. *l.* 3. pro iudicata] pro *deest* *V* 3. 4. 5. *l.* 5. fuerat vel est *V* 1. vicensimum] vicesimum *V* 2. 3. 4. 5; de viginti *E* 2; de XX solidis vigesimum *V* 1. 17; de XX solidos, *post add.:* vigesimum solidum *V* 6. ‖ *l.* 7. temptaverit *E* 1. *V* 1. *l.* 10. vicensimum] *ita* *E* 1; vigesimum *V* 1. 6; vicesimum *cett.* tulerat *V* 2; tulit *V* 3; tulerit *corr.* tulerat *V* 6. ‖ *l.* 11. preceperat *Mad.* ‖ *l.* 13. maiores — vadunt *om.* *V* 2. 3. ‖ *l.* 14. accipiant] *ita* *E*; accipiunt *V.* ‖ *l.* 15. simili modo decreto *V* 1. 2. 5. edicimus *V* 1; adicitur *E* 2. *V* 6. 17. ‖ *l.* 16. solidum *deest* *E* 1. ‖ *l.* 17. pro labore suo *E* 1. aliquis] aliquid *E* 1. ‖ *l.* 19. accipere] habere *V* 6. *l.* 21. duplum] *ita* *E* 2. *V* 1. 2. 4. 5. 6; duplatum *E* 1. *V* 3. abstulerit *E* 2; abstulerat *V* 1. ‖ *l.* 22. data c. summa *E* 1. ‖ *l.* 23. conpositione *V.* conquirant *E* 1. ‖ *l.* 24. huic legi] his legibus *E* 2. *l.* 26. conpositionem *E* 1.

1) *Significatur lex illa deperdita codicis Leovigildi.* 2) *Abhinc lex nostra in nonnullis convenit cum legis Theudis parte illa, quae incipit verbis:* Simili hetiam conpulsores. *Cf. 'N. Arch.' XXIII, p.* 96 *sqq.* 3) *Theudis:* De ea vero, que exigerit decimum nummum pro suo consequatur ex[erc]itio. *Cf. 'N. Arch.' XXIII, p.* 99 *sq.* 4) *Theudis:* Si quis vero [execu]torum praetermissa summa superius conprehensa amplius in conmodis suis accipere voluerit, amisso legitimo beneficio, de id, quod super accepit, presumptoris satisfactione *(i. e. poena dupli; cf. L. Rom. Vis., C. Th. II,* 1, 3*)* multetur. *Cf. 'N. Arch.' XXIII, p.* 100.

II, 1, 26. *Recc.*] summam ex lege tam iudex quam saio de restitute rei conpositione conquirat. Quod si ea, que iudex ordinare decernit, saio callidus inplere neclexerit, si res, de qua agitur, unciam auri vel infra valere constiterit, illi, cui res debita est, idem saio de suo auri solidum reddat. Si certe plus valuerit, per singulas uncias singulos solidos pro sua tarditate persolvat. Idem vero saiones, cum pro causis alienis vadunt, si minor causa est et persona[1], duos caballus tantum ab eo, cuius causa est, accipiat fatigandos; si vero maior persona fuerit et causa, non amplius quam sex caballos[2] et pro itinere et pro dignitate debebit accipere.

Erv.] tunc ab illo ratio prescripta commodi exigenda est iudicis vel saionis, qui aut commodatam sibi rem in constituto die reddere non occurrit, aut qui rei aliene debitor vel iniustus possessor extiterit. Pro celebrandis autem divisionibus, si causa extiterit, iam quia utraque pars et competentia sibi iura reposcit et debitam sibi partem portionis requirit, ab utrisque partibus predicta commoda exigenda sunt. Similiter autem et in huiusmodi causis, ubi nulla est culpa, presumptio, usurpatio vel debitum possessorum, hic ordo servabitur, ut commodum iudicis vel saionis de utrisque causantium partibus exigatur. Quod si divisionem quisque cupiens celebrare dilationem ab erede suo[3] pertulerit, cum hec causa ab eo, qui dilationem pertulit, iudici intimata extiterit, ab eo iudex commodum suum vel saionis exigere debeat, qui tardus pro ipsa divisione extitit facienda. Quod si ea, que iudex ordinare decernit, saio callidus implere neglexerit, si res, de qua agitur, si unciam auri vel infra valere constiterit, illi, cui res debita est, idem saio de suo auri

II, 1, 26. *l.* 1. summa *R* 1. || *l.* 2. de *deest* *R* 1. || *l.* 3. hordinare *R* 2. || *l.* 5. qua] quo *R* 1. *l.* 8. plus valuerit] pulsaverit *R* 1; plus (valuerit *ead. man. superscr.*) *R* 2. || *l.* 9. Idem] Id *R* 2. *l.* 10. cum] quam *R* 2. || *l.* 12. cavallos *R* 2. *l.* 13. maior] minor *R* 1.

II, 1, 26. *l.* 1. prescripta] conscripta *E* 1. *l.* 2. qui aut] Quia aut *Mad.* || *l.* 3. in constituto] instituti *E* 1. || *l.* 4. occurrerit *V* 2. 3. 4. 5. *l.* 6. Pro — extiterit *om.* *V* 4. 5. || *l.* 7. iam quia] et *V* 15; iam quoque *V* 17. *Pith.* quia] qui *E* 1; qui *corr.* quia *E* 2. || *l.* 8. et comp.] rei comp. *V* 1. 17. *Pith.* iura reposcit] *ita* *V* 1. 3. 5. *Pith. Mad.*; iurare poscit *V* 2; iurare possit *E* 1. *V* 4; iurare possit *corr.* iura repromisit *E* 2. || *l.* 9. portioni *E* 1. utriusque *E* 2. *V* 1. || *l.* 11. causis] c. *corr.* causas *E* 2; causas *E* 1. || *l.* 12. presumpsio *E* 1. || *l.* 16. quisque] quisquis *E* 1. cupiens cel.] voluerit cel. et *V* 15. || *l.* 17. ab erede] *ita* *V* 5. 6; ab herede *V* 1. 2. 4. 17. *Pith. et e corr.* *V* 6; abere de *E* 2; habere de *E* 1. *Mad.* *l.* 20. saionis] saio *V* 1. debet *V* 1. 2. || *l.* 21. tardius *V* 1. || *l.* 22. decernit] discernit *E* 1; decrevit *V* 1. 5. 6; decreverit *V* 15. 17. || *l.* 23. callidus] calidus *E* 2; tepidus, *superscr.*: calidus *V* 6; tepidus *Pith. in marg.* si res] si *deest* *E* 2. *V* 1. 6. 17. *l.* 24. si unciam] si *deest* *V* 2. 3.

1) *Similiter discernebatur in sportularum edicto Theoderici Magni regis; cf. Cassiodori Var. IX,* 14: in illis causis atque personis, *et quae ibi praecedunt.* 2) *Theudis:* in minoribus causis duo tantum, in maioribus vero quatuor caballi sufficiant. 3) [H]erede suo *intelligendum est, veluti si scriptum sit:* coherede suo.

Erv.] solidum reddat. Si certe plus valuerit, per singulas uncias singulos solidos pro sua tarditate persolvat*. Idem vero saiones, cum pro causis alienis vadunt, si minor causa est et persona, duos caballos tantum ab eo, cuius causa est, accipiat fatigandos; si vero maior persona fuerit et causa, non amplius quam sex caballos et pro itinere et pro dignitate debebit accipere. **II, 1, 26.**

*) *V* 1. 2. 5. 6. *Pith. Mad. addunt:* Idem vero, si super duas uncias usque ad libram auri eadem res valere probatur, decem flagella suscipiat. Ac sic crescente librarum numero auri crescat et pena flagelli.

***Recc. Erv.*]** XXV. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **II, 1, 27.**

Quod omnis, qui potestatem accipit iudicandi, iudicis nomine censeatur ex lege.

Quoniam negotiorum remedia multimode diversitatis conpendio gaudent, adeo dux, comes, vicarius, pacis adsertor, thiuphadus, millenarius, quingentenarius, centenarius, defensor, numerarius, vel qui ex regia iussione aut etiam ex consensu partium iudices in negotiis eliguntur, sive cuiuscumque ordinis omnino persona, cui debite iudicare conceditur, ita omnes, in quantum iudicandi potestatem acceperint, iudicis nomine censeatur ex lege; ut, sicut iudicii acceperint iura, ita et legum sustineant sive commoda, sive damna.

***Recc. Erv.*]** XXVI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **II, 1, 28.**

Ut omne vinculum, quod post datum iniustum iudicium a causidicis fuerit exactum, habeatur invalidum.

Vidimus interdum iustitiam ab iniquis iudicibus et suo loco seclusam et devito

II, 1, 26. *l.* 1. reddat] pro sua tarditate persolvat *E.* Si certe — persolvat *des. E* 2. *l.* 6. maior persona] m. et persona *E* 1. ‖ *l.* 8. debebit] debet *E* 1; debebunt *V* 1. 4. ‖ *l.* 9. Idem vero si] Etsi *V* 2; Certe *Mad.* ‖ *l.* 10. super] per *V* 1; supra *Mad.*; per *ut videtur corr.* sr̄ *V* 6. *l.* 12. librarum *deest V* 1; *eras. V* 6. ‖ *l.* 13. auri numero *V* 1.

II, 1, 27. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17). — *l.* 14. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 1. 3; F. G. RECΘDUS R. *R* 1; F. G. RECCESSVINTUS R. *R* 2; FL G R R *E* 1; FLS GLS RCDS R. *V* 3; F. CHNDS R. *V* 2. 6; F. G. CHDS R. *V* 17; ANTIQUA *V* 15. ‖ *l.* 15. Quod omnis] ut *V* 1. nomen *R* 1. *l.* 17. adeo *corr.* ideo *V* 1; ideo *Lind.* ‖ *l.* 18. comis *R* 1. thiufadus *R* 2; tyuphadus *V* 2. 17; tiufadus *V* 6; tiumfadus *V* 3. 15. quinquagenarius *R* 2. *V* 1. 2. 3. centenarius, decanus *E* 2. *V* 1. 2. 4. 5. *Pith.* ‖ *l.* 19. defensor *deest V* 5. ‖ *l.* 20. eligantur *R* 1. ‖ *l.* 22. nomen *R.* censeatur] *ita R. E. V* 3; censeantur *cett.* ‖ *l.* 23. commodum *E. V* 4. 5.

II, 1, 28. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 19). — *l.* 24. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 1. 3. 4; F. G. RECΘD R. *R* 1; F. G. RECCESSVINTUS R. *R* 2; F G R R *E* 1; FLS GLS RCDS REX *V* 2. 5. 17; FLS RCDS REX *V* 6; FLS RECESVINDUS R. *V* 19; F. G. RECESVINTUS R. ANTIQUA *V* 15. ‖ *l.* 26. fuerit violenter exactum *E* 2. *V* 1. 2. 4. 5; violenter fuerit exactum *V* 6. 15. 17. exactum] exagitatum *R* 1. ‖ *l.* 27. et suo] in suo *R* 1; et a suo *V* 2; a suo *V* 5. 6. seclusa *R* 1. devito] *ita R* 1. *E* 2; debito *cett.*

II, 1, 28. *Recc. Erv.*] vigore solutam, iniustitiam autem et loco iustitiae introductam et multis modis decretorum vinculis adligatam. Quidam enim, postquam iudicia iniusta conscripserint, aut unam aut ambas causantium partes placitorum inter se nexibus ligant, ne iniuste datum iudicium quandoque iusta contentione resolvant. Adeo, ubi non directus et beneplacitus est convenientie modus, sed ubi pro conprimenda iuste causantis intentione vel voce repperiuntur quocumque modum definitionum vincula conligata, omnimodis habeantur invalida nec sint adinventionis alicuius conexione firmata.

II, 1, 29. *Recc. Erv.*] XXVII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut iniustum iudicium et definitio iniusta, regio metu vel iussu a iudicibus ordinata, non valeant.

Nonnumquam gravedo potestatis depravare solet iustitiam actionis, que, dum sepe valet, certo est, quod semper nocet; quia, dum frequenter vigore ponderis iustitiam premit, numquam in statu sue rectitudinis hanc redire permittit. Ideoque, quia sepe principum metu vel iussu solent iudices interdum iustitie, interdum legibus contraria iudicare, propter hoc tranquillitatis nostre uno medicamine concedimus duo mala sanare, decernentes, ut, cum repertum fuerit, qualemcumque scripture contractum seu quodcumque iudicium non iustitia vel debitis legibus, sed iussu aut metu principum esse confectum, et hoc, quod obvium iustitie vel legibis iudicatum est adque concretum, in nihilo redeat, et eos, qui iudicaverunt vel hoc facere coegerunt, nullius infamie nota conspergat vel rei alicuius damnum adfligat; qui tamen iudices tunc erunt a legum damnis inmunes, si se iuramento firmaverint, non sua pravitate, sed regio vigore nequiter iudicasse.

II, 1, 28. *l.* 1. soluta *R* 1. et loco] in loco *V* 1. 5. et multis — adligatam *des.* *R* 1. multimodis *V* 1. 2. 6. ‖ *l.* 2. iniusta *deest* *R* 1. ‖ *l.* 3. noxibus *R* 1. ‖ *l.* 4. iusta] ista *R* 1. contemtione *E.* Adeo] et ideo *V* 1. ‖ *l.* 5. beneplacitum *R* 1. sed] et *R* 2. *V* 2. causantes *R* 1; causantes *corr.* causantis *R* 2. ‖ *l.* 6. modo *E. V.* defin.] deuinicionum *R* 1; definitiones *Mad.*

II, 1, 29. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 18). — *l.* 8. FL. — REX] *des.* *E* 2. *V* 3. 4; F. G. RECΘDS R. *R* 1; F. G. RECCESSVINTUS R. *R* 2; FL G R R *E* 1; FLS GLS RCDS R. *V* 1. 2. 5. 17. *Pith.*; FLS RCDS R. *V* 6; FLS. GLOR. RCSTS R. CINTASINT. ANTIQUA *V* 15. *l.* 9. iniustum] iustum *R* 1. ‖ *l.* 10. baleat *E* 2; valeat *V* 2. 3. 17. 18. ‖ *l.* 11. gravedo] *ita* *V*; gravando *R* 1; gravede *R* 2; grabede *E* 2; grave *E* 1. iustitia *R.* actionis] sanctionis *V* 2. 4. 5. 17; accionis *corr.* sanccionis *V* 6. sepe valet] super valet *R* 1; si prebalet *E* 2; saepe praevalet *Mad.* ‖ *l.* 12. certum *V* 1. 2. 4. 5. 6. 15. 17. quod] ut *R* 2. quia dum] quidam *R* 1. ‖ *l.* 13. in istatu sue *R* 1; in status sui *E* 1; institutusve *corr.* in statu sue *E* 2; in *deest* *R* 2. *V* 3; in statum sue *V* 5. 6. 17. *Pith.* hanc] hac *E* 2; ac *V* 3. sepe per *R* 1. ‖ *l.* 14. interdum iustitie] interdum *deest* *V* 1. 4. 5; *eras.* *V* 6. interdum legibus] interdum *deest* *R* 2. *V* 1. contraria] *deest* *R* 2; contradicere *V* 15. ‖ *l.* 16. repperto *R* 2; repertus *V* 1. qualecumque *R* 2. *E. V* 2; qualiscumque *V* 1. 4. scripture] scire *R* 1. ‖ *l.* 17. iustitia] iuste *V* 6. *l.* 18. atque *E. V.* congretum *R* 1. ‖ *l.* 19. nichilum *V* 1. redeant *R* 1. iudicaverunt] *ita* *E* 1. *V* 1; iudicarunt *R* 1; iudicaverint *corr.* iudicaverunt *R* 2; iudicaverint *E* 2. *V* 2. *alii.* coegerunt] *ita* *R* 2. *E* 1. *V* 1; cogerunt *R* 1; coegerint *alii.* ‖ *l.* 20. qui] quia *R* 1. ‖ *l.* 21. iuramenti firment *R* 1.

Recc.] XXVIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De data episcopis potestatem distringendi iudices nequiter iudicantes.

Quia[1] multimode hoccurrere debet miserorum penuriis nostre remedium pietatis, adeo, quemcumque pauperem constiterit causam habere, adiunctis sibi aliis viris honestis, episcopus inter eos negotium discutere vel terminare procuret; ita ut, si contemni se a comite vel nolle eum adquiescere veritati sacerdos inspexerit, potestatis eius sit eundem comitem legis huius permissione constringere et emisso iustum iudicium cum rei conpositionem rem, de qua agitur, petentis partibus consignare. Quod si comes iudicium episcopi fuerit contemtus inplere, tantum episcopo pro contemtu solo dare cogatur, quantum quintam partem valere constiterit de re illa, unde actio commota videtur. Si[2] vero episcopus, fraudis communionem cum comite tenens, reppertus fuerit pauperi facere dilationem, eandem quintam partem idem episcopus querellanti coactus exolvat;

Erv.] XXVIII. II, 1, 30.

De data episcopis potestate admonendi iudices nequiter iudicantes.

Sacerdotes[3] Dei, quibus pro remediis oppressorum vel pauperum divinitus cura commissa est, Deo mediante testamur, ut iudices perversis iudiciis populos opprimentes paterna pietate commoneant, quo male iudicata meliori debeant emendari sententia. Quod si hii, qui iudiciaria potestate funguntur, aut iniuste iudicaverint causam, aut perversam voluerint in quolibet ferre sententiam, tunc episcopus, in cuius hoc territorio agitur, convocato iudice ipso, qui iniustus asseritur, atque sacerdotibus vel idoneis aliis viris, negotium ipsud una cum iudice communi sententia iustissime terminabit. Quod si perversa contentione iudex ipse permotus iniquum a se datum iudicium exhortante episcopo noluerit reformare in melius, tunc episcopo ipsi licitum erit iudicium de oppressi causa emittere, ita ut, quid a iudice ipso perverse iudicatum quidve a se correctum

II, 1, 30. *Codd.* *R* 1. 2. *V* 1. 4. 5. 6. (15. 17. 18. 19). — *l.* 1. FL. — REX] F. G. RECΘDS R. *R* 1; F. G. RECCENS R. *R* 2; FLS RCDS REX *V* 5. 6. 17; FLS G. ERVIGIUS R. ANTIQUA *V* 15; FLS ERVIGIUS REX *V* 19; *des.* *V* 1. 4. *l.* 3. distringendi] admonendi *V* 15. *l.* 6. Quia multimode] Sacerdotes Dei *etc.* (*ut in lege Ervigiana*) — testamur multimode *V* 15. 19. occurrere *V.* debet] debere *V* 15; debent *V* 19. ‖ *l.* 7. penurie *V* 4. ‖ *l.* 8. adeo] ideo *R* 2. *V* 4. 17; adeo *corr.* ideo *V* 1. quecumque *R* 2. *V* 4. pauperum *V* 1. *l.* 12. contemni se] contemsisse *R* 1; contemnisse *R* 2. *V* 6. a] ad *R* 1. nolle eum] etiam non *V* 15. *l.* 15. permistione *R* 1; promissione *R* 2. emissu *R* 1; misso *V* 5. 15. ‖ *l.* 16. iusto iudicio *V.* rei] re *R* 1. conpositione *V.* ‖ *l.* 17. petentibus *V.* *l.* 18. comis *hic et infra* *R* 1. ‖ *l.* 19. contemtus] contentus *R* 1; contemtus, contemptus *cett.* *l.* 20. contemtu] conto *corr. al. man. ant.* contento *R* 1. ‖ *l.* 21. valere *deest* *R* 1. ‖ *l.* 22. accio *R* 1. *l.* 25. dilatationem *R* 2; dilatacionem *corr.* dilacionem *V* 6. ‖ *l.* 26. idem] eidem *V.*

II, 1, 30. *Codd.* *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 18). — *l.* 1. XXVIII.] FL G R R *add.* *E* 1; Item alia lex de quo supra *add.* *V* 1. 5. 17; Item alia lex noviter emendata in eadem era, de quo supra *add.* *V* 2; Item alia lex in eadem era (*post add.*: noviter emendata, de quo supra) *add.* *V* 6; *in quibus codicibus sequitur hoc caput legem Reccessvindi incipientem: 'Quia multimode', excepto codice V 2, ubi illa per errorem omissa est.* *l.* 10. quo] quod *V* 1. ‖ *l.* 11. mala *corr.* malae *E* 1. iudicatae *E* 1. emendare *V* 1; emendari *corr.* emendare *V* 6. ‖ *l.* 12. sententiam *E.* Quod] Sed *V* 2. iudicaria *E* 1. *V* 4. ‖ *l.* 13. finguntur *E* 1. *l.* 14. quolibet] quemlibet *V* 1. 2. ‖ *l.* 16. territurio *E* 1. ‖ *l.* 17. ipso] ipse *E.* ‖ *l.* 19. ipsud] *ita* *E* 1; ipsut *E* 2; ipsum *V.* communis *E* 1. ‖ *l.* 20. terminet *Mad.* ‖ *l.* 21. contemptione *V* 2. 3. 6. permotus] permonitus *E* 2. *V* 3. ‖ *l.* 22. a se] ad se *E* 1. exhortante — erit *des.* *E* 1. exortante *E* 2. *V* 6. episcopo] epc̄po *V* 6; pp̄lo *V* 2. ‖ *l.* 24. oppressis *E* 1. *V* 2. ‖ *l.* 25. quid] quod *V* 1. 2. 6. 17. *Pith.* ‖ *l.* 26. quodve *V* 1. 17. *Pith.*

1) *Cf. supra II,* 1, 24; *'N. Arch.' XXIV, p.* 80 *sq.* 2) *Cf. G. Cohn, 'Justizverweigerung' p.* 150 *sq.* 3) *Cf. supra II,* 1, 24 *et 'N. Arch.' XXIV, p.* 82 *sqq.*

II, 1, 30. ***Recc.*]** stante nihilhominus negotio pauperis, donec iudicium inveniat veritatis. Et comes vel iudex, qui hunc audire noluit, ultionem sustineat legis, que inventa fuerit iudicio equitatis.

***Erv.*]** extiterit, in speciali formula iudicii sui debeat adnotari. Sicque idem episcopus et eum, qui opprimitur, et emissum a se de oppressi causa iudicium nostris procuret dirigere sensibus pertractandum [1], ut, que pars videatur veritatis habere statum, glorioso serenitatis nostre oraculo confirmetur. Iam vero si iudex eum, qui male opprimitur, episcopo dare distulerit, quomodo nostre glorie debeat presentari, iudex ipse duas auri libras nostre glorie partibus persolvebit.

II, 1, 31. ***Recc. Erv.*]** XXVIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut iudex, si a quocumque fuerit pulsatus, noverit se petenti reddere rationem.

Iudex [2] si a quacumque fuerit persona pulsatus, sciat se vel ante comitem civitatis vel ante eos, quos ad personam suam comes elegerit, rationem plenissimam legali ordine redditurum. Sane si regia in hoc negotio fuerit postolata preceptio, remoto episcopo aliisque iudicibus, causam qui fuerint iudices instituti terminare curabunt. Et si, cepta iam aut finita, seu aput sacerdotem sive aput comitem, actionem, causidicus ille iterum cum regali iussione hoccurrerit, his, qui causam iudicare cepit seu finibit, illis rei geste redditurus est rationem, qui per regium decretum instituti sunt iudices; quatenus, si male iudicasse convincitur, iuxta leges satisfaciat petitori. Certe si iniuste fuerit advexatus, legali se noverit petitor sententiam damnaturum.

II, 1, 32. ***Recc. Erv.*]** XXX. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De damnis iudicum aliena contingentium.

Cum constet iudices remediorum causa esse creatos, quidam ex his per contrarium, quod debuerunt iudicii equitate defendere, inlatis contendunt presumtionibus

II, 1, 30. *l.* 1. nihilominus sic quoque negotio *V* 5. 17. 18. pauperum *V* 6. 17. *l.* 3. vel] et *R* 1. || *l.* 4. sustineant *R* 1. que — equitatis] et partibus (parti *V* 19) gloriae nostrae duas libras auri persolvebit *V* 15. 19. iudicium *R* 1.

II, 1, 30. *l.* 1. in *deest* *V* 1. formula a *E* 1. *l.* 2. adnotare *V* 1; annotare *V* 6. || *l.* 3. obprimitur *E* 1. || *l.* 5. ut quae *E* 1. || *l.* 9. distulerit] praesumpserit *Mad.* || *l.* 12. partibus persolvebit] *ita* *E* 1; p. persolbebit *E* 2; p. persolvet *V*; debebit partibus persolvere *Mad.*

II, 1, 31. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. (15. 17. 19). — *l.* 13. FL. — REX] *des.* *E* 2. *V* 1. 3. 4; F. CHINDS R. *R* 1; F. CHINDASVINTUS R *R* 2; FL CINT R. *E* 1; F. CHNDS R. *V* 2; F. CHDS R. *V* 5; FLS RCDS R *V* 6; F. GLS RCDS R. *V* 17; F. RSINT R. ANTIQUA *V* 15. 19. *l.* 14. si *deest* *R* 1. || *l.* 15. ratione *R* 1. || *l.* 16. a quacumque si *Mad.* quocumque *R* 1. *E* 1. comite *R* 1. || *l.* 17. legali] legaliter *R* 1. || *l.* 18. postolata] *ita* *R* 1; postulata *R* 2. *E.* *V* 2. 3. 4; prestolata *V* 1. 6. 17. *Pith.* || *l.* 19. aliisque] absque *R* 1. causa *R* 1. qui] que *E* (q' *E* 1; q̍ *E* 2). || *l.* 20. iam] apud iudicem *add.* *E* 1. *Pith.* sacerd.] iudicem aut sacerdotem *V* 6. sive] seu *E* 2. *V.* actionem] *ita* *R.* *E* 2; actione *E* 1. *V.* || *l.* 21. cum] eum *R* 1. occurrerit *E.* *V.* causa *R* 1. || *l.* 22. finibit] *ita* *R.* *E* 2; finivit *E* 1. *V.* ratione *R* 1. || *l.* 23. convincitur] cognoscitur *Mad.* lege *R* 1.

II, 1, 32. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. (15. 17. 19). — *l.* 25. FL. — REX] *des.* *E.* *V* 1. 3. 4; F. G. RECΘDS R. *R* 1; F. G. RECEST R. *R* 2; F. RCHDS R. *V* 2; FLS RCDS R. *V* 5. 6. 17; *Reccessvindum exhibent etiam* *V* 15. 19; ANTIQUA *praeterea addit* *V* 15. || *l.* 26. continentium *R* 1. *l.* 28. contendunt] contemnunt *R* 1.

1) *Cf. Iust. Nov. LXXXVI, c.* 1. 3. 2) *Cf. supra II,* 1, 24. 30 *et 'N. Arch.' XXIV, p.* 80.

Recc. Erv.] inpugnare. Accepta namque auctoritate iudicii, presumunt non debitam in alienis rebus exercere licentiam et, prout cuique libet, non metuunt aliorum bonis inferre dispendia noxie potestatis. Proinde quicumque iudicum contra iussa et ordines legum de alienis rebus quippiam auferre vel in eis aliquid noxium presumserint agere, iuxta omnem censuram damni, qua poterant alios iudicare, severitas illos legis debeat condemnare. II, 1, 32.

Recc.] XXXI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De his, qui regiam contemserint iussionem.

Quicumque ingenuorum regiam iussionem contemnere invenitur, si nobilior persona est, tres libras auri fisco persolvat; si autem talis sit, qui non habeat, unde hanc rei summam adinpleat, sine sue infamio dignitatis C hictus flagellorum accipiat. Quod si eventus egritudinis, commotio tempestatis, inundatio fluminis, conspersio nivis, vel si quid inevitabile noxie rei obviasse veris patuerit indiciis, non erit reus regie iussionis aut damnis indictis, cui obvians fuit causa manifeste necessitatis [1].

Erv.] XXXI. II, 1, 33.

De his, qui regiam contemserint iussionem.

Quicumque ingenuorum regiam iussionem contemnere invenitur aut taliter se egisse probatur, quod sub calliditatis aliqua finctione proponat et dicat eandem iussionem se nec vidisse nec accepisse, dum calliditatis huius fraus manifeste patuerit, si nobilior persona est, tres libras auri fisco persolvat; si autem talis sit, qui non habeat, unde hanc rei summam adimpleat, sine sue infamio dignitatis C ictus flagellorum accipiat. Quod si eventus egritudinis, commotio tempestatis, inundatio fluminis, conspersio nivis, vel si quid inevitabile noxie rei obviasse veris patuerit indiciis, non erit reus regie iussionis aut damnis indictis, cui obvians fuit causa manifeste necessitatis.

II, 1, 32. *l.* 1. iudicii] iudicis *Mad.* debita *R* 1. ‖ *l.* 2. et] ut *R* 1. cuique libet] cuicumque libet *R* 2; quibuslibet *Mad.* aliorum] alienorum *V* 1. 4. *Mad.*; alienorum rebus *corr.* alienis bonis *V* 6. *l.* 3. noxia *V* 4. iudicum] iudicium *E* 2. *V* 3. ‖ *l.* 5. damni *deest R* 1. qua] quo *V* 6. seu veritas *R* 1; seberitas *E* 2; seu etiam *R* 2. debuerat *R* 1.

II, 1, 33. *Codd. R* 1. 2. — *l.* 8. RECC.] RECΘDUS *R* 1; RECCESTH *R* 2. ‖ *l.* 9. regia *R* 1. contemnerit *R* 2. ‖ *l.* 11. regia *R* 1. *l.* 15. hanc] *deest R* 1; ac *R* 2. sue] suo *R* 1. *l.* 19. inevitabili noxii *R* 1. ‖ *l.* 22. obvia *R* 1. manifesta necessitas *R* 2.

II, 1, 33. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2 (*non nisi priorem partem exhibens*). 3. 4. (5). 6. (15. 17. 19). — *l.* 7. XXXI] FL G R R *add. E* 1: FLS GLS RCHS REX *add. V* 2; FLS GLS RCDS REX *add. V* 5; FLS RCDS REX *V* 6; *Reccessvindum indicant etiam V* 15. 19 *addentes:* ANTIQUA. ‖ *l.* 9. contempserint *E* 1. ‖ *l.* 11. contempnere *E* 1. ‖ *l.* 12. inbenitur *E* 2. aut taliter] aut aliter *E* 2. *V* 4. se] *E* 1. *V* 1; *post add. E* 2; *deest V* 2. 3. 4. ‖ *l.* 13. quod] eo quod *V* 6. calliditate *V* 2. finctione] *ita E* 2; finitione *E* 1; finccione *V* 6; finiccionem *V* 2; factione *V* 3; fictione *V* 1. 4. 5. ‖ *l.* 14. preponat *E* 1. ‖ *l.* 15. vidisse] *reliqua abscissa desunt V* 2. *l.* 16. manifesta *E* 2. *V* 1. 6. ‖ *l.* 18. sit] est *E* 2. *V* 4. *Mad.* hanc] ac *V* 3. ‖ *l.* 19. sue] *ita V* 3; suae *E* 1. *V* 1. *Pith.*; suo *E* 2. *V* 4. 6. *Mad.* *l.* 20. hictus *E* 2. ‖ *l.* 22. conspersio nivis] conpartio nivis *E* 1; conpartionibus *E* 2. ‖ *l.* 23. indicis *E* 1; iudiciis *V* 1. ‖ *l.* 24. obvia *V* 1.

1) *Cf. Lex Ribuaria* 65, 1 *et supra p.* 67, *n.* 1.

Recc. Erv.] II. TITULUS: DE NEGOTIORUM EXORDIIS.

I. Quod nullus se ideo denegari poterit respondere petenti, quare causam cum petentis auctorem non dixerit.
II. Ut nullo audientia clamore aut tumultu turbetur.
III. Ut de plurimis litigatoribus duo eligantur, qui suscepta valeant expedire negotia.
IIII. Ut ambe partes causantium a iudice vel saione per placitum distringantur, quod possint ad prosequendum negotium pariter convenire.
V. Quod ab utraque causantium parte sit probatio requirenda.
VI. De quantitate itineris, quod alium quisque innocentem fatigare presumserit.
VII. Si quilibet ex alterius iudicis potestate in alterius iudicis territorio habeat causam.
VIII. De his, qui in causis alienis patrocinare presumserint.
VIIII. Ut petenti servo alieno respondere ingenuus non recuset.

II, 2, 1. *Recc. Erv.*] I.

Quod nullus se ideo denegare poterit respondere petenti, quare causam cum petentis auctorem non dixerit.

Nullus quecumque repetentem ac obiectione suspendat, ut dicat idcirco se non posse de negotio conveniri, quia ille, qui pulsat, causam cum eius auctorem non dixerit nec eum aliqua repetitione pulsaverit[1], excepto si legum tempora[2] obviare monstraverit.

II, 2, 2. *Recc. Erv.*] II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut nullo audientia clamore aut tumultu turbetur.

Audientia[3] non tumultu aut clamore turbetur, sed in parte positis, qui causam non habent, illi soli in iudicio ingrediantur, quos constat interesse debere. Iudex autem si elegerit auditores alios secum esse presentes aut forte causam, que pro-

TIT. II. *Lemma: Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. 17. — *l.* 1. NEGOTIORUM] CAUSARUM *E* 2. *V* 6. 17.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 2. denegare *R* 2. causa conpetentis *R* 1. *l.* 3. auctore *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 4. audientiae *R* 1. tumulto *R* 1. ‖ *l.* 5. licitatoribus *E* 1. qui — negotia *des. R* 1. ‖ *l.* 7. a] ad *R* 1. a saione *R* 1. per placitum] *ita R* 1; placitum *R* 2; placito *E*. *l.* 8. quod — convenire *des. R* 1. posint *R* 2. ‖ *l.* 9. partem *R* 1. probatione *E* 1. ‖ *l.* 10. quod] quo *E* 1. ab alio *R* 1. innocente *R*. ‖ *l.* 11. quislibet *E* 1. territorium *R* 1. habet *E* 1; habeant *E* 2. *l.* 13. presumserint] presumserit *E* 2; voluerit *R* 1. ‖ *l.* 14. respondere *deest R* 1.

II, 2, 1. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 19). — *l.* 15. I] ANTIQUA *add. V* 6. 15. 17. 19. ‖ *l.* 16. denegari *E*; negari *V* 3. ‖ *l.* 17. autore *R* 2; auctore *E* 1. *V*; auctoren *E* 2. ‖ *l.* 18. quecumque] *ita R* 1; quaecumque *E* 1; quemcumque *cett.* ac obiectione] *ita R* 2; actione *R* 1; ab hac ob. *E*; hac ob. *V*. ‖ *l.* 19. negotiis *R* 1. auctore *E* 1. *V*. ‖ *l.* 20. obviare] obiacere *R* 1; obiare *E* 2.

II, 2, 2. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2 (*inde ab:* aut clamore). 3. 4. (5). 6. (8. 15. 17. 19). — *l.* 22. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 1. 3. 4; F. CHINDS R. *R* 1; F. CHINDASVINTHUS R. *R* 2; F C R *E* 1; FLS CHDS R. *V* 5; F. RCDS R. *V* 17; RECESVINDUS *V* 8; ANTIQUA *V* 15. 19. ‖ *l.* 23. nullus *V* 3; nulla *V* 1. 4. 15. 17. tumulto *R* 1. ‖ *l.* 24. tumulto *R* 1. ‖ *l.* 25. in iudicio soli *V* 1. 2. in iudicio] iudicio *V* 3; iudicium *E* 1. *V* 6. 19. deberi *R* 1. ‖ *l.* 26. esse *deest R* 1. aut si *V* 2. de causam *E* 2. qui preponitur *V* 3.

1) *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 89 *sq.* 2) *Vide infra X,* 2. 3) *Haec lex supplemento data est legibus antiquis II.* 2. 3 *et* 8; *v. Cod. Eur. c.* 312; *infra V.* 4, 20 *et L. Rom. Vis., C. Th. II,* 13. 14. *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 91 *sq.*

Recc. Erv.] ponitur, cum eis conferre voluerit, sue sit potestatis. Si certe noluerit, nullus se in audientiam ingerat, partem alterius quacumque superfluitate aut obiectu inpugnaturus, qualiter uni parti nutriri possit inpedimentum. Quod si admonitus quisquam a iudicem fuerit, ut in causa taceat hac prestare causando patrocinium non presumat, et ausus ultra fuerit parti cuiuslibet patrocinare, decem auri solidos eidem iudici profuturos coactus exolvat, ipse vero, in nullo resultans, contumeliose de iudicio proiectus abscedat. **II, 2, 2.**

Recc. Erv.] III. ANTIQUA. **II, 2, 3.**

Ut de plurimis litigatoribus duo eligantur, qui suscepta valeant expedire negotia.

Si pars adversariorum litigatores una plures habeat et alia pauciores, iudicantis inter eos erit electio, ut utrasque partes inpugnantes se invicem eligant, qui eorum negotia suscipiant. Quia omnes ad causam dicendam consurgere non debebunt, set, ut diximus, ab utraque parte electi in iudicio ingrediantur, ut nulla pars multorum intentione aut clamore turbetur.

Recc. Erv.] IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **II, 2, 4.**

Ut ambe partes causantium a iudice vel saione placito distringantur, quo possint ad prosequendum negotium pariter convenire.

Sepe neglegentia iudicum vel saionum, dum duarum partium sponsio non exigitur, una pars superflue convexatur. Nam occurrente uno ad placitum et alio differente, non parvum dispendium uni parti concutitur. Statuimus ergo cunctosque iudices, vel quibuscumque iudicandi potestas est, commonemus, ut, quotiens pro quocumque negotio per sponsionem placiti constituendum est tempus, quando aut ubi causa dicatur vel debitum fortasse reddatur, pars utraque, hoc est tam petentis quam petiti, ita placito distringantur, ut in constituto die aut per se aut per mandatarios suos presti sint in iudicio, qualiter aut propositum negotium finiatur aut debitum reformetur, et pars, que distulerit hac sese a prefinito die suspenderit, aut si infirmitas eum vel itineris necessitas inpedierit, hoc ipsut iudici aut causidico suo non intimaverit neque ad peragendum negotium infra tempus alia lege constitutum[1] occurrerit, stante negotio penam placiti

II, 2, 2. *l.* 1. sit] erit *E* 2. ‖ *l.* 2. audientia *R* 1. partis *E* 2. quamcumque *R* 1. obiectum *R* 1. ‖ *l.* 3. parte *E* 1. nutriri *deest R* 1; nutri *R* 2; nutrire *E* 1. *V* 2. 3. ‖ *l.* 4. iudice *E. V.* causam *R* 1. hac] *ita R* 1. *E* 2; ac *cett.* patrocinio *R* 1; pro patrocinio *V* 3. ‖ *l.* 5. patrocinari *R* 2. *E* 2. *V* 1. 2. 4. 6. eidem] det idem *E* 1.

II, 2, 3. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 19). — *l.* 8. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 15. 19; ANTIQUA. FLS CHDS REX *V* 6; *deest cett.* ‖ *l.* 11. et *deest R* 1. ‖ *l.* 12. helectio *R* 1. ut *deest R* 2. *E* 1. utrasque] *ita R* 1. *E* 1; utrosque *E* 2; utraque *R* 2. *V* 17; utraeque *cett.* ‖ *l.* 13. set] *ita R* 2. *E* 2; sed *E* 1. *V;* set — ingrediantur *des. R* 1.

II, 2, 4. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17). — *l.* 16. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 1. 4; F. CHINDS R. *R* 1; F. CHINDASVINTHUS R. *R* 2; F CINT R *E* 1; FLS CH(D)S REX *V* 3. 6. 17; FLS GLS CHD(N)S REX *V* 2. 5; RECESVINDUS *V* 8; ANTIQUA *add. V* 15. ‖ *l.* 17. a saione *R* 1. ‖ *l.* 18. quo] quod *E* 1; qui *E* 2. ‖ *l.* 19. neglegentiam *R* 1; necligentia *R* 2. exsponsio *E* 1. non *deest R* 1. ‖ *l.* 20. superfluę *R* 1. occurrentem unum *R* 1. una — alia *V* 3. ‖ *l.* 21. parvum] parum *R* 2. *E. V* 4. 5. uni] une *R* 1. cunctos *R* 1. ‖ *l.* 22. quotiens] totiens *E* 1. negotio] convenitur *add. V* 2. ‖ *l.* 23. pro sponsionem *R* 2. *E* 1; pro sponsione *V* 3. 4. ‖ *l.* 24. debita *R* 1. petiti] qui petit *R* 2. *V* 3. ‖ *l.* 25. distringatur *V* 4. 5; distinguatur *V* 1. mandatores *V* 1; mandatorios *V* 6. prestiti *E* 1. *V* 2. ‖ *l.* 26. propositum negotium] *ita V;* proposito negotio *R* 1; prepositum negotium *R* 2. *E.* ‖ *l.* 27. se distulerit *V* 1. 4. 5. 6. hac] *ita R* 1. *E* 2; ac *cett.* a] ad *R.* diȩ *R* 1. si *deest R.* necessitatis *R* 1. ‖ *l.* 28. hoc] huc *R* 1; et hoc *V.* ipsud *R* 2. *E* 1; ipsum *V.* ‖ *l.* 29. lege *deest R* 1.

1) *Supra II,* 1, 19.

II, 2, 4. *Recc. Erv.*] sui illi cogatur exolvere, quem iuxta suam promissionem iudicio adesse constiterit. Quod si iudex hec aut saio adinplere neglexerit et unam partem placito distringens alteram pretermiserit, penam illam, quam illum damnare voluit, quem solum sub placito misit, de suo adinpleat, cui placitum visus est exegisse. Certe si in damno partis alterius placitum, quod ab altero exegit, alteri parti iudex vel saio reddiderit aut fortasse ruperit vel absconderit, penam quidem, que in placito inserta fuerat, de suo illi persolvat, pro cuius causa conscriptum placitum esse constabat; actionem tamen ille, cui conpetit, peragendam insistat. Damnum sane, quod per placitum in nomine iudicis vel saionis institutum esse dinoscitur, non ad saionem vel iudicem ex omnibus pertinebit; sed, salvo negotio veritatem habentis, medietatem sibi exinde iudex vel saio et medietatem pars petentis per omnia vindicabit.

II, 2, 5. *Recc. Erv.*] V. FLAVIUS CHINDASVINDUS[1] REX.

Quod ab utraque causantium parte sit probatio requirenda.

Quotiens[2] causa auditur, probatio quidem ab utraque parte, hoc est tam a petente quam ab eo, qui petitur, debet inquiri, et que magis recipi debeat, iudicem discernere conpetenter oportet. Tamen si per probationem rei veritas investigare nequiverit, tunc ille, qui pulsatur, sacramentis se expiet, rem, vel si quid ab eo requiritur, neque habuisse neque habere nec aliquid de causa, unde interrogatur, se conscium esse vel quidquam inde in veritate scire nec id, quod dicitur, et illi parti, cui dicitur, commisisse; et postquam ita iuraverit qui pulsatus est, quinque solidos ille, qui pulsavit, ei cogatur exolvere.

II, 2, 6. *Recc. Erv.*] VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De quantitate itineris, quod alium quisque innocentem fatigare presumserit.

Removeri debet iniuriam ab his, quorum probatur innocentia a molestiis inproborum existere aliena. Proinde cum quisque alium ad principis conspectum vel ad discussionem quorumlibet iudicum iniuste conpulerit ad prosequendum negotium, mox probata fuerit non iusta petentis esse contentio, si supra L milium vel infra L

II, 2, 4. *l.* 1. iuxta] iusta *E.* in iudicio *V* 1. 2. 6. *l.* 2. saio implere distulerit *Pith.* ‖ *l.* 3. alteram vero *V* 1. 2. 6. partem pretermiserit *V* 1. 6; partem emiserit *E* 2. *V* 4. quam] *ita R* 2. *E* 1; quem *R* 1. *E* 2; qua *V.* damnari *R* 2. *E* 1. *l.* 4. 5. placitum] placito R 1. ‖ *l.* 7. causam *R* 2. *E* 2. *l.* 8. peragenda *R* 1; proagendam *R* 2; ad peragendam *V* 1. insistat] consistat *R* 1. ‖ *l.* 9. vel] *ita R* 1. *V* 2; aut *cett.* instituisse *R* 1. ‖ *l.* 10. ad iudicem *E.* ‖ *l.* 11. vel] *ita R* 1. *V* 1; aut *R* 2. *E;* et *alii.*

II, 2, 5. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. (8. 15. 17). — *l.* 12. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 1. 3. 4; F. CHINSTHUS R. *R* 2; FL CINT R *E* 1; FLS CHDS REX *V* 5. 6. 17; FLS GLS CHNDS REX *V* 2; ANTIQUA *add. V* 15; FLAVIUS GLORIOSUS RECΘDS REX *R* 1; RCDS *V* 17 *in marg.* *l.* 13. partem *R* 1; partis *E* 2. ‖ *l.* 14. Quodtiens *R* 1. partem *E* 2. ‖ *l.* 15. petentem *R* 2. *E* 2; petenta *E* 1. iudice *R* 1. ‖ *l.* 16. per *deest R* 1. investigare] *ita pro* investigari *R. E* 1; investigare *corr.* -ri *E* 2; inveniri *V* 2. ‖ *l.* 18. in aliquid *E* 1; in aliquo *V* 1. causam *R* 1. ‖ *l.* 19. vel] nec *E* 2. *V* 1. 2. 6. in veritate] veritatem *E* 2. *V* 2; veritatis *V* 1. 6. ‖ *l.* 20. ita] ipse *E* 2. *V* 1. 4. 8. solidus *R* 1; solid *R* 2.

II, 2, 6. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 19). — *l.* 22. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 1. 3. 4. 19; F. G. RECΘDS R. *R* 1; F. G. RECCESSTHS R. *R* 2; F GL R R *E* 1; ANTIQUA *add. V* 15; FLS GLS CHNDS REX *V* 2; FLS CHDS REX *V* 5. 6. 17. ‖ *l.* 23. quod] *ita R* 1. *E. V* 2; qua *R* 2; quo *cett.* ‖ *l.* 24. debet] det *R* 1. iniuria *E. V.* innocentiam *R* 2. a] *deest R* 1; et a *E* 1. *V* 1. 3. 5. 6. ‖ *l.* 25. alienam *E* 1; aliena *al. m. corr.* alienorum *E* 2. cum *deest R* 1. ad] a *R* 1. conspectu *E.* *l.* 26. coupellerit *R* 1. ‖ *l.* 27. et mox *V* 1. 4. 6. *Pith. Mad.* non iusta] non iniusta *R* 1. *E* 2; iusta *R* 2. petentis esse] pertinuisse *R* 1. milia *E* 2. *V* 2. vel — milium *des. R* 1. *V* 3.

1) *Contra fidem codicis R* 1 *legem Recessvindo non attribui, qui poenam temere litigantis hac lege institutam sequenti correxit.* 2) *De hac et sequenti lege v. 'N. Arch.' XXIV, p. 78. 92; cf. supra II, 1, 23.*

Recc. Erv.] milium quamlibet parvum spatium conpulsus iniuste extiterit convexatus, quinque solidos pro iniusta tantundem petitionem a petitore percipiat. Si per LX milia, idem iniustus petitor sex solidos reddat; ac sic deinceps, crescentem X milium numerum, singulorum solidorum crescat et numerus, et per C milia indebite fatigato X solidi a petitore dentur iniusto, sicque ex hoc per L milia solidis quinque et per C milia crescentibus solidis X, usque ad eo perveniat summa conpositionis, usquequo pervenerit et ductus itineris. **II, 2, 6.**

Recc. Erv.] VII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **II, 2, 7.**

Si quilibet ex alterius iudicis potestate in alterius iudicis territorio habeat causam.

Si[1] quisquam ingenuorum adque servorum extra territorium, in quo conmanent, in alterius territorio iudicis causationem habuerint, iudex, ad cuius ordinationem idem petitor pertinet, epistula sua manu suscripta adque signata eidem iudici dirigat, in qua premoneat, ut negotium querellantis audire et ordinare non differat. Et si ad unam conventionem sperationem eius inplere distulerit, tunc ille iudex, de cuius territorio est ille, qui petit, de rebus iudicis illius, ad quem direxit epistulam, in quibuscumque locis repperire potuerit, tantum usurpet, quantum res illa esse dinoscitur, de qua petitor querellam intulerit, quod eidem petitori possidendum nihilominus dabit: quam rem ita possideat qui acceperit, ut, conservatis aliis rebus, de solis frugibus usum et expensas obtineat. Cum vero ille iudex, qui ad epistulam alterius iudicis negotium querellantis audire noluerit, iustitiam ex eodem negotium querellanti priori fecerit, ea, que ille iudex, qui commonuit, de rebus eius abstulerat, ipse alteri iudici sine retardatione restituat; de frugibus vero rationabiliter expensis ille, qui expendit, nihil reddat. Quod si postea, iustissime discusso negotio, inveniatur iudex ille per iniustam petitoris querellam rem indebite amisisse, tunc iniustus petitor rem, quam

II, 2, 6. *l.* 1. milia *V* 2. 3. 4. 5. parvum] *ita R. V* 2. 6. *Pith.;* parum *cett.* ‖ *l.* 2. solidos] solidus *R* 1; solid̄ *et ita infra R* 2. petitione *E* 1. *V.* ‖ *l.* 3. sic] si *R* 1. *E* 1; se *V* 3. deinceps *deest R* 1. crescente *R* 2. *E. V.* ‖ *l.* 4. numerum] numero *E. V.* et per] *ita R* 2. *E* 2. *V* 1. 2; et per *des. R* 1. fatigat *R* 1. ‖ *l.* 5. solid̄ *R* 1. a petitore — milia solidis *des. R* 1. detur *R* 2. sique *R* 2. *E* 1. solidis] *ita R* 2. *E* 1; solidos *cett.* ‖ *l.* 6. solidus *R* 1. ad eo] ad ea *R* 1. *V* 3. conpositionis] per L *add. V* 1. 2. 4. 5; per L milia *add. V* 6. *Pith.* usquequod *R* 1. ‖ *l.* 7. et ductus] eductus *V* 1. 2. 3. 4. 6. *Pith.*

II, 2, 7. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 13. 14. 15). — *l.* 8. FL — REX] *des. E. V* 1. 4; F. CHINDS R. *R* 1; F. CHINDASVINTHUS R. *R* 2; FLS CHDS R. *V* 5; FLS GLS CHNDS R. *V* 2; F. RC(D)S R. *V* 6. 8; ANTIQUA *add. V* 15. ‖ *l.* 9. quislibet *E* 1. *V* 1. 2. potestatem *R* 1. *E* 2. territorium *R* 1; territorii *E* 2. ‖ *l.* 10. habet *R* 1. ‖ *l.* 11. quisquam] quis tam *E* 1; quidam *V* 17. territurio *et ita infra E* 1; territorio *E* 2. conmanet *E* 1. *V.* ‖ *l.* 12. territorium *R* 1. habuerint] abuerint *R* 2; habuerit *E. V.* ad] in *R* 1. ‖ *l.* 13. epistolam *V.* manu sua *E. V* 1. 2. 4. 5. suscripta] suscriptam *R* 2; subscripta *E* 1. *V* 3; subscriptam *V* 1. 2. 5. 6; conscriptam aut sigillatam *V* 4. signata] obsignata *E* 1; signatam *R* 2. *V* 2. 3. 4. 5. 6; sigillatam *E* 2. *V* 1. *Mad.* ‖ *l.* 15. conv.] commonitionem *V* 1. sperationem] *ita R. E. V* 2; ipse rationem *cett. (e corr. V* 6*).* ille *deest V* 2. 3. *l.* 19. frugibus] fructibus *R* 1. ‖ *l.* 20. usus *V* 6. et *deest R* 2. *E* 2, *erasum V* 6. ille] ipse *E* 2. *V* 2. *l.* 21. noluerit] *ita R* 1. *Pith.;* non voluit *V* 1; noluit *cett.* negotium] *ita R;* negotio *E. V.* ‖ *l.* 22. abstulerit *E* 2. *V* 4. 5. 8. 15. ipsi *R* 1. iudicis] *ita R pro* iudici; iudices *E* 1; iudici *E* 2. *V.* *l.* 23. frugibus] fructibus *R* 1. *E* 2. vero *deest V* 2. 3. expendet *R* 1. ‖ *l.* 24. nihil] nichilhominus (nihilhominus, nihilominus) *R* 2. *E* 2. *V* 5. 6. 8. 13. 14; nichilum (nihilum) *V* 1. 2. 15. ‖ *l.* 25. iniustam] iniustitiam *R* 1, *corr.* iniustam *E* 2. amisisse] amisse *R* 2; admisisse *E* 2. *V* 1. 8. quam] quem *R* 1.

1) *De hac lege disseruerunt F. Dahn, 'Studien' p.* 253, *et G. Cohn, 'Justizverweigerung' pp.* 96. 151 *sqq., qui tamen perperam legem 'antiquam' esse existimaverunt, falsa codicis Legionensis (V* 15*) auctoritate fulti.*

II, 2, 7. ***Recc. Erv.***] accepit, illi iudici, cuius fuit, ex integro reddat et aliut tantum de suo ei coactus exolvat. Quod si iudex ille, qui dilationem facit, rerum suarum possibilitatem in vicino non habet, unde alter iudex, qui commonuit, petitori repenset, tunc de territorio eiusdem iudicis differentis cuiuscumque rem tantum auferat, quantum petenti consignet, aut certe obsignatam petitori faciat iussionem, in qua pigneris quantitatem adnotet, per quam petitor presumendi sibi habeat potestatem. Dum vero ille, qui pigneratus extiterit, regi, duci vel comiti pro tali fuerit pignere querellatus, eadem pigneris damna, que idem suggerens pertulit, in quadruplum ei de suo iudex ipse dilationis coactus restituat. Quod si de rebus debitoris petitor pignus abstulerit, ad superiorem satisfactionem iudex teneri non poterit. Certe si idem iudex admonitus absque dilationem causam audierit petitoris, in qua eum perveniat habere nullatenus veritatem, iudicium, per quod eius iniustitia patuit, evidentibus scriptis emittat, de cuius textu exemplar fideliter translatum suaque manu suscriptum adque signatum iudici, a quo admonitus fuerat, dirigere non moretur. Et si post hoc equitatis iudicium patuerit presumtio pignerantis, ingenuus siquidem ea, que causa pigneris abstulit, duplam, id est amissam rem cum simili re, in satisfactione restituat. Servus autem, qui talia commisisse detegitur, C hictus accipiat flagellorum adque turpiter decalvatus in integrum mox reformet rem, quam causa pigneris occupabit. Illi vero, qui ad pignerandum convenerint, si servi sint et suo sponte concurrerint, centenis et ipsi verberentur flagellis; si vero ingenui, aliut tantum domino restituant, quantum ei abstulisse probantur, sequestrata conpositione illius, qui pignus indebite fecisse convincitur.

II, 2, 8. ***Recc.***] VIII. ANTIQUA.

De his, qui in causis alienis patrocinare presumserint.

Quicumque[1] habens causam ad maiorem personam se propterea contulerit, ut in iudicio per illius patrocinium adversarium suum possit obprimere, ipsam causam, de

Erv.] VIII.

De his, qui in causis alienis patrocinare presumpserint.

Quicumque habens causam ad maiorem personam se propterea contulerit, ut in iudicio per illius patrocinium adversarium suum possit opprimere, ipsam causam, de qua agitur, etsi iusta

II, 2, 7. *l.* 1. iudicis *E* 1. || *l.* 2. ille qui *des.* *R* 1. || *l.* 3. vicinio *V* 1. 8. 14. habet] *ita* *R* 1. *E* 1; abeat *R* 2. *E* 2; habeat *V.* repenset] representet *R* 1; penset *E* 1; penset *corr.* repenset *E* 2. || *l.* 4. territorium *R* 1. rem] rei *V* 1. 6. *Pith.* tantum] tantam *E* 1. *V* 2. quantum] quam *R* 2. *E* 1. *V* 2. 3. || *l.* 5. iussionem] *ita* *R* 1. *E.* *V* 2. 3; cessionem *R* 2. *V* 1. 4. *cett.* (*e corr.* *V* 6). qua] quam *R* 1. || *l.* 6. per quam] per *deest* *R* 1. || *l.* 7. duci] *ita* *E.* *V* 1. 4. 5. 6. *Pith.*; iudici *R.* *V* 3. *Mad.*; duci. iudici *V* 2. pignere *deest* *R* 1. || *l.* 8. idem] eidem *R* 1. || *l.* 10. teneri non poterit] tenerit *R* 1. || *l.* 11. dilatione *E* 1. *V.* || *l.* 12. per *deest* *R* 1. iniustitia] *ita* *R.* *E* 1. *V* 2—6. 14. 15. *Pith.*; iustitia *E* 2. *V* 1. *Mad.* pateat *V* 1. scriptis] scripturis *E* 1. *Pith.* || *l.* 13. adque] vel *V* 4. || *l.* 14. iudici a quo admonitus] indicia quoque munitus *R* 1. non *deest* *R* 1. || *l.* 16. dupla *R* 2. *E* 1. id est] eidem *R* 1; id est *corr.* et idem *E* 2. cum *deest* *R* 1. re in] rem in *R* 1; rei *V* 2. 4; rei *al. m. corr.* rem *E* 2; re *V* 5. *Mad.* || *l.* 17. hictos *R* 2; ictus *E* 1. || *l.* 18. in integrum] integram *R* 1. quam] que *R* 1. occupabit] *ita* *R* 1. *E* 2; occupavit *R* 2. *E* 1. *alii.* || *l.* 19. suo] *ita* *R.* *E*, *post corr.* sua *V* 6; sua *cett.* concurrerint] occurrerint *E* 2. *V* 2; occ. *post corr.* conc. *E* 2. || *l.* 20. ingenui fuerint *E* 1. aliut] aliud *E.* *V.* || *l.* 21. conpositio *R* 1.

II, 2, 8. *Codd.* *R* 1. 2. — *l.* 23. ANT. *deest* *R* 2. || *l.* 24. alienis *deest* *R* 1. || *l.* 28. patrocinio *R* 1. || *l.* 29. opprimere *R* 2.

II, 2, 8. *Codd.* *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17). — *l.* 23. VIII] ANTIQUA *add.* *V* 3. 6. 17; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *V* 15; FLAV GLOR CHDS REX *V* 8. || *l.* 25. presumunt *V* 4. 6. 17. || *l.* 27. contulit *E.* || *l.* 28. opprimere] debitorem *add.* *V* 3. ipsam — perdat *des.* *E* 2. *V* 3. 8.

1) *V. supra p.* 80, *n.* 3.

***Recc.*]** qua agitur, etsi iusta fuerit, quasi victus perdat; iudex autem mox viderit quemcumque potentem in causa cuiuslibet patrocinari, liceat ei de iudicio eum habicere. Quod si potens contemserit iudicem et proterve resistens de iudicio egredi vel locum dare iudicanti noluerit, potestatem habeat iudex ab ipso potente duas auri libras exigere et hunc iniuria violenta a iudicio propulsare. Reliqui vero ingenui seu servi, qui admoniti a iudice abscedere a iudicio non consenserint, singuli publice extendantur et quinquagenis flagellorum hictibus verberentur.

***Erv.*]** fuerit, quasi victus perdat; liceat iudici mox viderit quemcumque potentem in causa cuiuslibet patrocinare, de iudicio eum abicere. Quod si potens contempserit iudicem et proterve resistens de iudicio egredi vel locum dare iudicanti noluerit, potestatem habeat iudex ab ipso potente duas auri libras, unam sibi, alteram parti eius, cui potens ipse adversarius extitit, profuturam, exigere et hunc cum iniuria violenta a iudicio propulsare. Reliqui vero ingenui sive servi, qui admoniti a iudice de iudicio abscedere non consenserint, singuli publice extendantur et quinquagenis flagellorum ictibus verberentur. **II, 2, 8.**

***Recc.*]** VIIII.

FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut petenti servo alieno respondere ingenuus non recuset.

Superflua excusantem lex ideo corripit, ut omnis presumtio coerceri facillime possit. Nonnulli enim ingenui servos alienos ledere promti sunt et ad servi petitionem iudicio adesse contemnunt, adserentes, se utique cum eo causam dicere non debere, a quo eis conponi non poterit, si victores extiterint. Sed ne per hanc dilationem, dum etiam servi dominus supra L milia absens est, aut hutilitate domini sui fiat inpedimentum, aut ipse servus indebite perferat fortasse periculum,

***Erv.*]** VIIII. **II, 2, 9.**

Ut petenti servo alieno respondere ingenuus non recuset.

Superflua excusantem lex ideo corripit, ut omnis presumptio coerceri facillime possit. Nonnulli enim ingenui servos alienos ledere promti sunt et ad servi petitionem iudicio adesse contemnunt, adserentes, se utique cum eo causam dicere non debere, a quo eis conponi non poterit, si victores extiterint. Sed ne per hanc dilationem, dum etiam servi dominus supra L milia absens est, aut utilitati domini sui fiat inpedimentum, aut ipse servus indebite perferat fortasse periculum, id consultissime decernendum elegimus: ut nulli penitus audientia denegetur, sed cuius-

II, 2, 8. *l.* 3. causam *R* 1. || *l.* 4. eum de iudicio *R* 2. || *l.* 5. habicere] abscedere *R* 2. || *l.* 6. iudicium *R* 1. || *l.* 7. iudicandi *R* 2. || *l.* 8. potentem *R* 1. || *l.* 9. sui (*lege:* sivi) profuturas *add.* *R* 2. iniuriam violentia *R* 2. || *l.* 11. seu] sive *R* 2. || *l.* 12. a] de *R* 2.

II, 2, 9. *Codd.* *R* 1. 2. — *l.* 16. CHIND.] CHINDS *R* 1; CHINDASVINTHUS *R* 2. || *l.* 17. Ut *deest* *R* 1. || *l.* 19. Superflue *R* 2. excusante *R* 2; iudicantem *R* 1. corripet *R* 1. || *l.* 20. coerceri] conferri *R* 1. || *l.* 22. ad] a *R* 2; ad — contemnunt *des.* *R* 1. || *l.* 26. ne] nec *R* 1. || *l.* 27. dilitionem *R* 1. dum etiam *des.* *R* 1. || *l.* 28. milia] milibus *R* 2. utilitate *R* 2; *intellige:* utilitati. || *l.* 29. fiat] faciat *R* 1.

II, 2, 8. *l.* 1. liceat iudici] iudex autem *V* 1. 2. 4. || *l.* 2. mox] ut *post add. al. m.* *E* 2. *V* 6; mox ut *V cett.* causam *E* 2. || *l.* 3. patrocinari liceat ei de *V* 1. 2. 4. eum] contumeliosum eum *V* 15. || *l.* 7. unam sibi — extitit *erasa* *V* 6. *l.* 8. potens ille *V* 2. profuturam] *ita* *E* 1. *V* 2. 3; profuturas *corr.* profuturam *E* 2; profuturas *V* 1. 4. *rell.* || *l.* 9. cum] eum *E* 1. iniuriam biolentam *E* 2. || *l.* 11. abscedere de iudicio *E* 1.

II, 2, 9. *Codd.* *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17). — *l.* 15. VIIII] FLS CHDS REX *add.* *V* 5. 6. 17; *eadem fere, praeterea* ANTIQUA *add.* *V* 15; FLS GLS CHNDS REX *add.* *V* 2. || *l.* 19. Superflua] *ita* *E* 1. *V* 2; Superfluae *V* 1; Superfluum *V* 3; Superflue *cett.* (*e corr.* *V* 6). || *l.* 21. promti] prumpti *E* 1. || *l.* 22. in iudicio *V* 1. || *l.* 23. asserentes *V.* || *l.* 25. per (*corr.* sub *V* 6) hac dilatione *E* 1. *V* 6; sub hac dilatione *V* 5. *Pith.* || *l.* 26. super *E* 1. milibus *E* 1. *V* 3. || *l.* 27. est] fuerit *V* 6. utilitati] *ita* *E* 1. *V* 1. 6. *Pith.*; utilitate *cett.* *l.* 29. id] ita *V* 1. 6. || *l.* 30. sed si *V* 1. 5. 6. *Pith.*

II, 2, 9. ***Recc.***] id consultissime decernendum helegimus: ut nulli penitus audientia denegetur, sed cuiuscumque servus cum quolibet se adseruerit seu suum sive domini sui vel domine habere negotium, istatim ille, contra quem habet, prestus esse ad iudicium conpellatur, aut petenti procul dubio responsurus aut conpositionis summam legaliter inpleturus, si a servo fuerit iustissime superatus; ita ut, si servus quod proponit convincere non potuerit, ingenuus idem conscientiam suam expiet sacramentis, se nihil horum, unde adpellatur, scire vel habere neque fecisse vel fieri precepisse. Et post tale sacramentum servus pro iniusta petitione, sicut et ingenuus, conponere non moretur. Nec tamen pro eadem conpositionem ultra resultet dominus eius; tantum ut, si minor est actio, quam decem solidi possint valere, servus conpositionis medietatem, hoc est duos semis solidos, cogatur exolvere[1]. Quod si infra L milia servi dominum esse constiterit, non aliter servus ingenuum petere poterit, nisi forte per se dominus eius in iudicium adesse non possit et ad proponendum a servo negotium epistulam manu sua suscriptam per eundem servum iudici destinaverit.

Erv.] cumque servus cum quolibet se adseruerit seu suum sive domini sui vel domine habere negotium, statim ille, contra quem habet, prestus esse ad iudicium conpellatur, aut petenti procul dubio responsurus aut conpositionis summam legaliter inpleturus, si a servo fuerit iustissime superatus; ita ut, si servus quod proponit convincere non potuerit, ingenuus idem conscientiam suam expiet sacramentis, se nihil horum, unde appellatur, scire vel habere neque fecisse vel fieri precepisse. Et post tale sacramentum servus pro iniusta petitione, sicut et ingenuus, conponere non moretur. Nec tamen pro eadem conpositione ultra resultet dominus eius; tantum ut, si minor est actio, quam decem solidi possunt valere, servus conpositionis medietatem, hoc est duos semis solidos, cogatur exsolvere. Quod si infra L milia servi dominum esse constiterit, non aliter servus ingenuum petere poterit, nisi forte per se dominus eius in iudicium adesse non possit et ad proponendum a servo negotium epistulam manu sua subscriptam per eumdem servum iudici destinaverit. Quod si servus domini sui proponens negotium aut fraude aut neglegentia domini sui viciaverit vel perdiderit causam, liceat domino eius eandem vitiatam causam aut per se aut per legitimum mandatarium suum revolvere et iustissimis iterum vocibus partis sue negotium reparare.

II, 2, 9. *l.* 1. id] ita *R* 1. elegimus *R* 2. *l.* 3. quemlibet *R* 1. ‖ *l.* 5. statim *R* 2. ‖ *l.* 7. aut] ut *R* 1. 2. ‖ *l.* 8. aut] hac *R* 1. ‖ *l.* 9. servum *R* 1. *l.* 13. appellatur *R* 2. ‖ *l.* 14. vel — sacramentum *des.* *R* 2. ‖ *l.* 16. petitionem *R* 1. ‖ *l.* 17. nec] ne *R* 1. eadem] eam *R* 1. ‖ *l.* 19. tanto *R* 1. *l.* 20. possunt *R* 2. conpositionem *R* 2. ‖ *l.* 23. domino *R* 1. ‖ *l.* 26. et *deest* *R* 1.

II, 2, 9. *l.* 3. et prestus *V* 2. 4. ‖ *l.* 5. summa *E* 1. ‖ *l.* 6. a servo] ad servum *E* 1. ‖ *l.* 7. convinci *V* 1. 6. *l.* 8. idem] si quidem *E* 1. *l.* 13. nec] *ita* *E.* *V* 1. 6; ne *cett.* ‖ *l.* 15. possint] *V* 1; possunt *cett.* ‖ *l.* 16. duo semis *E* 1; duos (II) et semis *V* 2. 3. 4. ‖ *l.* 19. per se *erasa* *E* 2; *des.* *V* 3. ‖ *l.* 20. eius *deest* *V* 3. dixerit in iudicium adesse non posse *V* 2. *l.* 21. a servum *E* 1. *l.* 22. suscriptam] *ita* *E* 2; subscripta *E* 1; conscriptam *V* 2; subscriptam *cett.* ‖ *l.* 24. neglegentiam *E* 1. ‖ *l.* 26. causam] causa *E.* ‖ *l.* 27. mandatorium *E* 1. ‖ *l.* 28. revolvere] *ita* *E* 1. *V* 2. 3. 6. *Pith.*; revocare *V* 1. 5; rebocare *corr. al. m.* resolvere *E* 2; resolvere *Mad.*

1) *Cf. II,* 2, 5.

Nov.] FLAVIUS GLORIOSUS EGIGA REX. II, 2, 10.

De his, qui negotia sua iure principali iudicialiter incipiunt et postea inter se citra iudicium pacificare presumunt et ad convenientiam redire.

Si cepta causantium negotia dirimentis non terminet discreta censura, non solum difficile sedantur altercantium negotia, sed et diversis causatur obiectionibus iustitia perquisita. Solent enim plerique, postquam suarum intentionum iurgia principali adpetunt examine finienda, quandoque resoluti licentia legalem fugiendo iacturam ad convenientie finem deducere, quam regiis auditibus protulerant causam. Ne ergo sub fraudis huius argumento pars causantium iudicialis fori equitatem effugiat, ideo presentis legis sanctione decernimus, ut, quicumque deinceps causam suam contra alium regio intimaverit culmini decernendam, nulla ratione se de iudicio submoveat nec quamlibet cum suo adversario convenientiam agat; sed tam diu cepti negotii propositionem intendat, donec regalis clementia speciale partibus iudicium promat. Quod si inchoatum negotium coram principe, vel quos idem princeps arbitrio suo elegerit, expedire neglexerit et quamcumque definitionem cum suo causidico peregerit, tam petitor quam pulsatus tantum regie potestati persolvere se noverint, quantum ille, cuius petitio extiterit, per causam ipsam conquirere poterat; ita videlicet ut, quod regia potestas exinde facere vel iudicare decreverit, in arbitrio voluntatis illius subiaceat. Simili quoque damno et illi mulctandi sunt, qui* post cause initium renuentes iudicium de inchoato presumpserint inter se pactitare negotio. Sic quoque tam iudex quam saio damni ipsius exsolutionem inter se dividere debeant**. Quod si ipsi causidici non habuerint, unde conponant, CC flagellorum ictus utrique accipiant; sicque

*) *V* 6 *(in margine). Pith. Mad. inter* qui *et* post *inserunt:* iurgia intentionum suarum iudiciali appetunt examine finienda et.

**) *Pith. Mad. addunt:* suoque iuri habituram obtineant; *V* 3 *addit:* et suo iure quoque abituram obtineant.

II, 2, 10. *Codd. V* 1. 2. 3. 6. (8. 15. 17. 18). *(Mad. ex V 3, ut asserunt editores, quocum codice tamen lectiones editionis non semper conveniunt).* — *l.* 1. FL. — REX] *ita V* 6. 17. *Pith.;* ANTIQUA *add. V* 17 *in margine; des. V* 1. 2. 3. *Mad.* ‖ *l.* 2. De his — redire] De his, qui negotia sua iuri principali (iuris principalis *Pith.*) appetunt (examine finienda *add. Pith.*) et postea renuentes inter se citra principale iudicium ad convenientiam redeunt et (ut *V* 8) pacificare presumunt *V* 8. 17. *Pith.;* De his, qui negocia sua iudicialiter incipiunt et postea inter se citra iudicium pacificare presumunt *V* 6; Ut ii, qui negotia sua iudicialiter incipiunt finienda, nullatenus pro ea inter se pactire postea citra iudicium audeant *V* 3. *Mad.* ‖ *l.* 6. solum aut *V* 2. negotia] iurgia *V* 6. *Pith.* et] a *V* 6; *deest V* 3. ‖ *l.* 7. obiectionibus] obiectibus *V* 6. 17. *Pith.;* obligationibus *V* 3. *Mad.* suarum *deest V* 2. ‖ *l.* 8. quandoque] *ita V* 2. 6; qñqꝫ *V* 1; quadam *V* 3. *Mad.* ‖ *l.* 9. deducere] deducunt *V* 3. 6. *Mad.* ‖ *l.* 10. regiis] regis *V* 3. 6. *Pith. Mad.* causam] cause *V* 2. argumento] sacramento *V* 17 (*in marg.*). *Pith.* ‖ *l.* 11. iudicialis] iudicialem *V* 6; iudicialem censuram *V* 2. fori] foris *V* 2. 6. ideo] adeo *V* 2. presenti *V* 1. 3. *Mad. l.* 12. causam — alium] causam suam habens contra alterum *V* 2; causam suam (contra alium *om.*) *V* 6. *Pith.* ‖ *l.* 15. utrisque partibus *V* 2. ‖ *l.* 16. inchoatum] eum tantum *V* 2. idem princeps quos *V* 2. *l.* 17. diffinitionem *V* 2. ‖ *l.* 18. pulsatus] pulsator *corr.* pulsatus *V* 1; pulsator *V* 3. *Mad.* ‖ *l.* 19. se unusquisque noverint persolvere *V* 2. per causam ipsam] pro causa ipsa *V* 2. 6. *Pith.* ‖ *l.* 21. illius] *deest V* 6; suae *V* 3. *Pith. Mad.* ‖ *l.* 22. iudicium] executionis iudicialis *add. V* 2. ‖ *l.* 23. pactitare] depactire *V* 3. 6. *Pith. Mad.* Sic quoque] tocius negotii *add. V* 2; ut *add. V* 3. 6. *Pith. Mad.* ‖ *l.* 24. debent *V* 2. ipsi causidici *des. V* 2. ‖ *l.* 25. conponant] damnum ipsum persolvant *Pith.;* damnum ipsum exsolvant *V* 3. *Mad.* hictibus CC^orum flagellorum *V* 2. CC] centenos *Pith. Mad.* uterque accipiat *V* 3. *Mad.* sicque] et sic *V* 3. *Pith. Mad.* ‖ *l.* 26. intemptionum *V* 6. ‖ *l.* 27. apetunt *V* 6. ‖ *l.* 28. iure *Mad.*

II, 2, 10. *Nov.*] denuo iudex ille causam ipsam terminandi licentiam habeat. Illos tantundem a legis huius iactura indemnes efficiant, quibus aut regia iussio licentiam deliberationis indulserit, aut quos iudex ille, qui causam terminat, inter se pacificandos absolverit.

Recc. Erv.] III. TITULUS: DE MANDATORIBUS ET MANDATIS.

II, 3, 1. *Recc. Erv.*] I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Quod principum et episcoporum negotia non per se, sed per subditos sint agenda.

Magnorum culminum excellentia, quanto negotiis rerum dare iudicium decet, tanto negotiorum molestiis et se inplicare non debet. Si[1] ergo principem vel episcopum cum aliquibus constiterit habere negotium, ipsi pro suis personis eligant, quibus negotia sua dicenda committant; quia tantis culminibus videri poterit contumelia inrogari, si contra

II, 2, 10. *l.* 1. tantundem] tantum *V* 3. 17 (*in marg.*). 18. || *l.* 2. a *deest V* 2. *post add. V* 6. efficiant] efficiet *V* 3; esse decernimus *Mad.* regia] regalis *V* 1. 3. *Mad.*

TIT. III. *Lemma: Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. — *l.* 5. DE MANDATIS ET MANDATORIBUS *R* 2; ET MANDATIS *des. R* 1.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 6. sed] set *R* 2. *E* 2. subditos suos *E* 2. *l.* 8. propriam *R* 1. alienam *R* 1. || *l.* 9. informet] reforment *R* 1. || *l.* 10. in *deest R* 1. || *l.* 12. dilatione *R* 1. causam *R* 1. fecit *R* 2. *E.* || *l.* 14. Ne causa *R* 2. *E* 2. licite — exsequatur *des. R* 1. licite] liceat *E* 2. propria *R* 2. *E* 2. || *l.* 15. ad] a *R* 1. De commodis — accipientis *des. R* 1. commodi *R* 2. *l.* 17. his] is *E* 1. accepit *R* 2. *E* 1. commodum — accipiat *des. R* 1. heres eius] heredus *corr.* h. e. *R* 2. || *l.* 22. actiones *deest R* 1.

II, 3, 1. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 19). — *l.* 23. FL. — REX] *des. E. V* 1. 3. 4. F. G. RCΘDS R. *R* 1; F. G. RECCESSVINTHUS R. *R* 2; FLS RCDS R. *V* 6; FLS GLS RECAREDUS R. *V* 2; ANTIQUA *add. V* 15. || *l.* 24. Quod] Ut *V* 1. se] *ita R. E* 1. *V* 1. 2; eos *cett.* || *l.* 25. subditos suos *V* 1. 2. sunt *R* 1. || *l.* 26. Magnorum] Maiorum *V* 4. 5. *Mad.* culminum potestas aut pontificum excellentia *V* 15. 19. excellentium quando *R* 1. iudicum *R* 1. || *l.* 27. et se] hac re *E* 2; haec *R* 2; hac *corr.* sese *V* 6; sese *cett.* inplicari *R* 2. || *l.* 28. constiterit] contigerit *V* 15.

1) *Cf. L. Rom. Vis. Nov. Val.* 12; *Cod. Iust. II.* 12. 25.

***Recc. Erv.*]** eos vilior persona in contradictione cause videatur adsistere. Ceterum et **II, 3, 1.** si rex voluerit de re qualibet propositionem adsumere, quis erit, qui ei audeat ullatenus resultare? Itaque ne magnitudo culminis eius evacuet veritatis, non per se, sed per subditos agant negotium actionis.

***Recc. Erv.*]** II. ANTIQUA. **II, 3, 2.**

Ut iudex a litigatore perquirat, utrum propria an aliena sit causa prolata.

Iudex[1] primum a litigatore perquirat, utrum propriam causam dicat, an aliena fortasse susceperit. Interrogetur etiam, cuius mandatum habeat; et postquam causam iudicaverit, iudex conprehendat in iudicio, quem aut ex cuius mandatum audierit negotium prosequentem, hac preterea mandati exemplar accipiat illius adsertoris aput se cum iudicati exemplaribus reservandum. Liceat tamen illi, qui pulsatus est, mandatum a petitore coram iudice petere, ut, quam ob causam fuerit iudicio presentatus, vel quid tenor mandati contineat, indubitanter possit agnoscere.

***Recc.*]** III. ANTIQUA. **II, 3, 3.**

Ut, qui per se causam non dicit, scriptis adsertorem informet.

Si quis per se causam dicere non potuerit aut forte noluerit, adsertorem per scripturam, sue manus vel testium signis aut suscriptionibus roboratam, dare debebit; ita ut, si isdem adsertor aliquod conludium fecerit, qualiter ab adversario suo possit in iudicio superari, aliut tantum de facultate sua mandatori restituat, quantum de rebus eius perdidit aut evertit, vel etiam

***Erv.*]** III.

Ut, qui per se causam non dicit, scriptis adsertorem informet.

Si quis per se causam dicere non potuerit aut forte noluerit, adsertorem per scripturam, sue manus vel testium signis aut subscriptionibus roboratam, dare debebit; ita ut, si isdem adsertor aliquod conludium fecerit, qualiter ab adversario suo possit in iudicio superari, aliud tantum de facultate sua mandatori restituat, quantum de rebus eius perdidit aut evertit, vel etiam que ipse mandator obtinere seu adquirere debuit. Servo tamen

II, 3, 1. *l.* 1. contractione *R* 1. ‖ *l.* 2. propositione *R* 1. ‖ *l.* 3. ne] nec *E;* nec *rad. corr.* ne *V* 6. eius] ne ullus *R* 2; huius *V* 3. *Mad.* veritatis] *ita R* 1 (*i. e.* veritates); veritatis *corr.* veritates *E* 2; veritatis *corr.* veritatem *V* 6; veritatem *cett.* ‖ *l.* 4. agat *V* 1. 4. 5. *Pith. Mad.*

II, 3, 2. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 19). — *l.* 5. ANT.] *deest R* 2. *E. V* 1. 3. 4; ANT. FLS (GLS) RCNDS REX *V* 2. 8; RC(D)S REX *V* 5. 17. ‖ *l.* 6. utrum — perquirat *des. R* 2. propriam *R* 1. ‖ *l.* 8. dicat *deest R* 1. alienam *E* 1. *V;* alienas *E* 2. ‖ *l.* 9. habet *R* 1; abeat *R* 2. *E* 2. postquam] post *R* 1. ‖ *l.* 10. in iudicium *R* 1; iudicio *R* 2. mandato *E* 1. *V* 1. 3. *rell.* *l.* 11. hac] ac *E* 1. *V.* assert- *pro* adsert- *hic et infra V.* ‖ *l.* 13. iudicio] in iudicio *R* 1, *ubi* in *post add.* *l.* 14. qui tenorem *R* 1.

II, 3, 3. *Codd. R* 1. 2. — *l.* 15. ANTIQUA *deest R* 2. ‖ *l.* 19. aut forte noluerit *des. R* 1. *l.* 20. testibus *R* 1. ‖ *l.* 21. roborata *R* 1. *l.* 22. hisdem *R* 2. ‖ *l.* 25. de — etiam que *des. R* 2.

II, 3, 3. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 18. 19). — *l.* 15. III] ANT(IQUA) *add.* *V* 2. 5. 6. 8. 15. 17. ‖ *l.* 18. per *deest V* 2. ‖ *l.* 19. sua manu *V* 2. ‖ *l.* 21. isdem] *ita E* 1. *V* 2. 6; hisdem *E* 2; idem *V* 1. 3. *alii.* ‖ *l.* 23. aliut *E* 2. tantum] ipse assertor *add. V* 15. ‖ *l.* 25. vel] aut *V* 1. *l.* 26. optinere *E* 1. *V* 1. seu] *ita E* 1. *V* 1. 2. 6; sive *V* 3; vel *cett.* debuit] exsolvat *add. Mad.*

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II,* 12, 3: In principio quaestionis persona debet inquiri, et utrum ad agendum negotium mandato utatur accepto. *Interpr.:* Cum primum ad iudicem causa fuerit intromissa, personarum firmitas requiratur, ut is, qui causam alterius prosequitur, mandatum eius, cuius causam agendam susceperat, proferre procuret.

II, 3, 3. ***Recc.***] que ipse mandator obtinere sive adquirere debuit.

Erv.] non licebit per mandatum causas quorumlibet suscipere, nisi tantum domini vel domine sue, ecclesiarum quoque vel pauperum seu etiam negotiorum fiscalium.

II, 3, 4. ***Recc.***] IIII.

FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut personis nobilibus questio per mandatum nullatenus agitetur, et qualiter humilior ingenuus sive servus per mandatum questioni subdatur.

Questionem in personis nobilibus nullatenus per mandatum patimur agitari. Ingenuam vero et pauperem personam adque in crimine iam ante reppertam non aliter ex mandato subdendam questioni permittimus, quam ut mandator de eadem personam non servo, sed ingenuo per mandatum, sua vel trium testium adnotatione firmatum, specialiter committat agendum. Et si fortasse innocentem fecerit tormentis adfligi, sciat se hisdem mandator censura legis noxium retineri. Reliquas autem criminales causas ita per mandatum liceat committendas, ut, sicut predictum est, contra personam ingenuam

Erv.] IIII.

Ut in personis nobilibus questio per mandatum nullatenus agitetur, et qualiter humilior ingenuus sive servus per mandatum questioni subdatur.

Questionem in personis nobilibus nullatenus per mandatum patimur agitari. Ingenuam vero et pauperem personam atque in crimine iam ante repertam non aliter ex mandato subdendam questioni permittimus, quam ut mandator de eadem persona non servo, sed ingenuo per mandatum, manu sua vel trium testium adnotatione firmatum, specialiter committat agendum. Et si fortasse innocentem fecerit tormentis affligi, sciat se idem mandator censura illius legis noxium retineri, que continetur in libro sexto, titulo primo, era secunda[1], ubi precipitur, pro quibus et qualibus rebus ingenuorum persone subdende sint questioni. Reliquas autem criminales causas ita per mandatum liceat committendas,

II, 3, 3. *l.* 1. sive] sue *R* 1; vel *R* 2.

II, 3, 4. *Codd. R* 1. 2. (*V* 13. 15). — *l.* 6. FL. — REX] ANTIQUA NOVITER EMENDATA *V* 15. CHIND.] CHINDS *R* 1; CHINDASVINTHUS *R* 2. *l.* 12. ingenuum *R* 1. 2. ‖ *l.* 14. reppertum *R* 1. *l.* 15. mandatum *R* 1. subdenda *R* 1; subdendum *R* 2. ‖ *l.* 17. servum *R* 1. ‖ *l.* 18. sua vel] liceat *R* 1. ‖ *l.* 23. Reliquas — causas *des. R* 1. ‖ *l.* 25. ingenuam *deest R* 2.

II, 3, 3. *l.* 2. quarumlibet *E* 2. *V* 2. ‖ *l.* 3. ecclesiam *E* 1. ‖ *l.* 4. sibe *E* 2; sive *V*. fiscalium] *Mad. addit formulam ab omnibus codicibus supra enumeratis alienam:* De mandato. Quod si vero per tepiditatem aut fraudulentiam iudicum sive falsorum testimonium aliquid ex voce mea inutilitatum fuerit, tunc robore vocis meae ad futurum mihi reservetur. Facto mandato.

II, 3, 4. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 17. 18. 19). — *l.* 5. IIII] FLS CHDS REX *add. V* 6. 17; FLS GLRS CHDS REX *add. V* 5; ANT. FLS GLS DUDUS REX *add. V* 2; ANTIQUA *add. V* 8; FLS RECESVINDUS REX. NOVA *add. V* 19. ‖ *l.* 13. adque *E* 2. ‖ *l.* 14. aliter] nisi *post add. E* 2. ex mandato *corr.* per m., *sed* per *del. E* 2; per mandatum *V* 1. 2. 4. 5. 8. 14. subdendum *E* 2. ‖ *l.* 15. quaestionem *E* 1. ‖ *l.* 17. manu sua] sua manu subscriptum *E* 1; manus sue *V* 1; manu *deest V* 3. ‖ *l.* 19. idem] hisdem *E* 2; isdem *V* 2. ‖ *l.* 21. libro VI. titulo I. *E* 1. ‖ *l.* 22. era secunda] capitulo secundo *V* 14. et qualibus] vel q. *E* 1. ‖ *l.* 24. sint] *ita E* 1. *V* 6. *Pith.;* sunt *alii.* ‖ *l.* 25. comittere comittendas *V* 3.

1) *Infra VI,* 1, 2.

Recc.] ingenui ingenuo adsertori questionis actio committatur. Servum vero per mandatum subdere questioni tam ingenuo quam servo iure conceditur; hac videlicet constitutione servata, ut, si tormenta vel damna innocentibus fuerint inrogata, ad omnem satisfactionem mandator iudicis conpellatur instantia. Nec dimittendus est tamen his, qui mandatum accepit, donec aut mandator sit coram iudice prestus, aut satisfactionem adimpleat legum. Et tamen qui questionem ex mandato agitaturus est, ante se, velut proprii iuris dominus, per placiti vinculum a iudice noverit obligandum.

Erv.] ut, sicut predictum est, contra personam ingenui ingenuo adsertori questionis actio committatur. Servum vero per mandatum subdere questioni tam ingenuo quam servo suo iure conceditur; hac videlicet constitutione servata, ut, si tormenta vel damna innocentibus fuerint inrogata, ad omnem satisfactionem mandator iudicis conpellatur instantia. Nec dimittendus est tamen his, qui mandatum accepit, donec aut mandator sit coram iudice prestus, aut satisfactionem adimpleat legum. Et tamen qui questionem ex mandato agitaturus est, ante se, velut proprii iuris dominus, per placiti vinculum a iudice noverit obligandum. **II, 3, 4.**

Recc. Erv.] V. ANTIQUA. **II, 3, 5.**

Ut, si dilationem in causa patiatur qui mandatum facit, liceat ei inmutare mandatum.

Qui causam alicuius ex mandato susceperit, ut negotium peragatur, insistat; quod si protrahit tempus, et causa, que forsitan celerius potuerat expediri, hoccasionibus superfluis aut fraudulenta dilatione suspenditur, mandator recurrat ad iudicem. Et qui mandatum acceperat, si malitie alicuius aut cupiditatis vel neglegentie vitio, adversario presente vel iudice, susceptum negotium ultra decem dies absque precepto iudicis dilataverit, his, qui mandaverat, aut per se proponere aut alicui elegerit suam liceat committere actionem.

Recc. Erv.] VI. ANTIQUA. **II, 3, 6.**

Ne causam suscipiat femina per mandatum, licite vero propriam exequatur.

Femina[1] per mandatum causam non suscipiat, sed suum proprium negotium in

II, 3, 4. *l.* 4. constitutione] ratione *R* 2. ‖ *l.* 9. his] si *R* 1. ‖ *l.* 11. et tamen *des. R* 2. ‖ *l.* 13. velut] vel *R* 1. ‖ *l.* 14. placito *R* 2.

II, 3, 4. *l.* 1. persona *E* 1. ingenui] ingenii *E* 1; ingenuam *V* 1. 4. 6. 8. ‖ *l.* 4. suo iure] *ita E. V* 1. 2. 3; iure *alii.* ‖ *l.* 7. mundator *E* 1. ‖ *l.* 8. tamen] tam *V* 2. 6. his] is *V* 1. 3. *alii.* ‖ *l.* 10. satisfactione *E* 1. ‖ *l.* 12. proprii iuris] propriis uiris (*vel* iuris) *E. V* 4. placitum *E* 2.

II, 3, 5. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 16. ANT.] *deest R* 2. *E. V* 1. 3. 4; FLS CHNDSDS REX *V* 2; FLAVIUS RECESVINDUS *V* 15. ‖ *l.* 17. causam *R* 1. patitur *E* 1. *V.* his qui *E* 1. fecit *E* 1. *V.* ‖ *l.* 19. causa *R* 1. ‖ *l.* 20. causam *R* 1. *E* 2. *V* 1. que] quam *V* 1. 3. 4. poterat *V* 6; potuit *corr.* poterat *E* 2; potuerit *V* 2. 5; potuit *V* 1. 4. expedire *R* 2. *E* 2. *V* 1. 3. 4. occasionibus *R* 2. *E* 1. *V;* aut o. *V* 1. 2. 4; autem o. *V* 5; hocc. autem *E* 2. *l.* 21. recurrat] occurat *R* 2. Et] ut *R* 2. ‖ *l.* 22. si *deest R* 1. cupiditate *E. V* 1. ‖ *l.* 23. vel iudice *des. R* 1. preceptum *R* 1. ‖ *l.* 24. his] illi *V* 1; is *E* 1. *V* 3. 4. *rell.* alicui quem el. *V* 1. 4. 5. *Pith. Mad.* helegerit *R* 1; voluerit *V* 6.

II, 3, 6. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 17. 19). — *l.* 26. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 2. 17. 19; *deest R* 2. *E. V* 1. 3. 4. 14; FLAV. RECESVINDUS. ANTIQUA *V* 8; N *V* 5. ‖ *l.* 27. licite vero] liceat vero *E* 2; liceat vero ei ut *V* 1. 4. 5. 6. propriam] *ita R* 2. *E* 1; proprie *R* 1; propria *E* 2. *V.* exequatur negocia *V* 1. 5.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II.* 12, 5: Nullo pacto feminae aut amplius, quam sibi competit, agere aut pro aliis possunt intervenire personis. *Interpr.:* Nulla ratione feminae amplius quam

II, 3, 6. *Recc. Erv.*] iudicio proponere non vetetur. Maritus[1] sane non sine mandatum causam dicat uxoris, aut certe ante iudicem* se tali obliget cautione, quod uxor negotium eius non revolvat, et si revolverit, damnum, quod cautio demonstrat, maritus recipiat, qui sine mandatum causam dicere presumsit uxoris. Quod si maritus causam, quam sine mandatum coniugis sue prosequebatur, amiserit, uxor nullum preiudicium pertimescat; sed aut per se negotium prosequatur aut cui voluerit ea, que ipsi conpetunt, prosequenda conmendet; ita ut, si, marito per iudicium iuste superato, denuo ad causam dicendam adversarium illum, qui victor extiterat, pars mulieris crediderit convexandum, adque in iudicio secundo patuerit eundem eius maritum non indebite victum fuisse, noverit eadem mulier non solum se iudici, qui causam prius examinabit, sed et illi causidico, quem iteratim ad iudicium conpulit, iuxta legis sententiam esse satisfacturam.

*) *V* 1. 4. 6. 8. *Pith. addunt:* seu alios, quos iudex elegerit.

II, 3, 7. *Recc. Erv.*] VII. ANTIQUA.

Ut, sicut lucrum, ita et damnum revertatur ad mandatorem. De commodis etiam mandatum accipientis.

Sicut[2] lucrum, ita et damnum iuxta condicionem mandati ad eum, qui causam mandaverit, revertatur; ita ut, qui causam ex mandato dixerit et fideliter, ut negotium peragatur, institerit, ab eo mandator nec mandatum repetat, nec ipsam postea ad alium transferat actionem: quia iniustum est, ut mercedem sui laboris amittat, qui pro suscepta causa fideliter laborasse cognoscitur; ita ut his, qui negotium prosecuturus est, ante cause principium cum mandatore definiat, quantum pro commodo sui laboris finito negotium ab eo sit accepturus[3]. Quod si acceptam rem prosecutor infra tres

II, 3, 6. *l.* 1. mandato *E. V.* ‖ *l.* 2. cautione] vinculo cautionis *V* 6. *Pith.* quod] quo *V* 1. 2. 6. *l.* 3. et si revolverit *des. R* 1. ‖ *l.* 4. mandato *E. V.* causam dicere — mandatum *des. R* 1. ‖ *l.* 5. mandato *E. V.* coniuge *R* 1. admiserit *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 7. iudicio *R* 1. ‖ *l.* 9. in *deest R* 1. marito *R* 1. indevite *R* 1. ‖ *l.* 10. eandem *R. E* 2. examinavit *E* 1. *V.* ‖ *l.* 11. et *deest R* 1. conpullit *E* 2; conpellit *R* 2. iuxta] iusta *E.* ‖ *l.* 12. satisfacturum *V* 3. 4. 5. *Mad.;* satisfacturum *corr.* satisfacturam *R* 1. 2.

II, 3, 7. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (17. 19). — *l.* 14. ANT.] *deest R* 2. *E. V* 1. 2. 3. 4; A *V* 5. ‖ *l.* 15. mandatore *R* 1. *E* 1. ‖ *l.* 18. mandatum *al. man. corr.* mandato *R* 1. ‖ *l.* 19. instituerit *R* 1. *E* 2. *V* 4. 5. *Mad.* mandato *R* 1. postea] causam *add. E* 1. ‖ *l.* 20. iniustum] valde *add. Pith.* ‖ *l.* 21. laborasse] *ita R* 1. *V* 3; elaborasse *cett.* secuturus *R* 1. ‖ *l.* 22. cause principium] c. principem *V* 2; conspectu principum *E* 1. comodum *R* 1; commodi *R* 2; quomodo *E* 1. ‖ *l.* 23. negotium] *ita R* 1. *E* 2; negotio *cett.* acceptam] receptam *E. V.*

suas agendi causas habeant potestatem nec alicuius causam a se noverint prosequendam; *IX,* 1, 2 *Interpr.:* Feminis nisi in sua suarumque causa quemquam accusare non liceat, quia susceptione alienarum causarum legibus prohibentur; *Paul. I,* 2, 2: Feminae in rem suam cognitoriam operam suscipere non prohibentur. *Interpr.:* Feminae, licet procurationem suscipere prohibeantur, tamen, si dominae et procuratrices fiant, pro re iam sua agere possunt. 1) *Lex antiquum ius Romanum sequitur; v. Cod. Iust. II,* 12, 21: Maritus citra mandatum in rebus uxoris cum sollemni satisdatione et alia observatione intercedendi habeat liberam facultatem . . . Sin autem mandatum susceperit, licet maritus sit, id solum exsequi debet, quod procuratio emissa praescripserit; *L. Rom. Vis. C. Th. II,* 12, 4 *cum Interpretatione et Epitomis; Consult. vet. iurisc. c.* 8, § 1. *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 96 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 24, *n.* 3. 3) *Cf. Cod. Iust. IV,* 35, 17: Salarium incertae pollicitationis peti non potest, *et Dig. XVII,* 1, 56 § 3.

***Recc. Erv.*]** menses reddere neclexerit mandatori, quidquid de eadem causam per quacumque definitionem consequi potuit, perdat, et mandator iudicis instantia rem sibi conpetentem accipiat. II, 3, 7.

***Recc. Erv.*]** VIII. ANTIQUA. II, 3, 8.

Ut, si mortuus fuerit qui mandatum accepit, commodum illi debitum heredes eius accipiant.

Qui[1] mandatum fecit si mortuus fuerit, antequam causa dicatur, mandatum, quod fecerat, non valeat; et qui mandatum suscepit si, antequam causa dicatur, fuerit morte preventus, mandatum nullam habeat firmitatem. Quod si, antequam moreretur, causam dixisse dinoscitur adque per suam instantiam ad fines usque legitimos perduxisse, et tamen, quocumque casu intercedente, necdum perfinita res aut exacta remansit, si ad huc forte terminum fuerit causa deducta, quo eam ille, qui per mandatum secutus est, iam ante adceleraverat, omne lucrum, quod ipse fuerat habiturus, heredibus eius a mandatoris partibus exolvatur.

***Recc. Erv.*]** VIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. II, 3, 9.

Qualibus personis potentes et qualibus pauperes prosequendas actiones iniungant.

Nulli[2] liceat potentiori, quam ipse est, qui[3] committit, causam suam ulla ratione committere, ut non equalis sibi eius possit potentia opprimi vel terreri. Nam etiam si potens cum pauperem causam habuerit et per se asserere noluerit, non aliter quam equali pauperi aut fortasse inferiori a potente poterit causa committi. Pauper vero, si voluerit, tam potenti suam causam debeat committere, quam potens ille est, cum quo negotium videtur habere.

***Recc. Erv.*]** X. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. II, 3, 10.

Quod liceat his, quibus conmissus est fiscus, pro re fisci quibus voluerint exequendas iniungere actiones.

Nullus quidem rerum fiscalium temerator debet existere. Tamen si quandoquidem

II, 3, 7. *l.* 1. de eandem *R* 2. causam] *ita R* 1. *E* 2; causa *cett.* per quacumque definitione *E* 2. *V* 6: pro quamcumque definitionem *E* 1; pro quacumque definitione *V* 2; per quamcumque definitionem *V* 1. 3. 4. 5. ‖ *l.* 3. conpetenter *R* 1.

II, 3, 8. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 19). — *l.* 4. ANT.] *deest R* 2. *E. V* 1. 2. 4. 19; N *V* 5. ‖ *l.* 5. qui] is qui *E. V.* accipit *E* 2. *V* 3. 5. ‖ *l.* 6. accipiat *E* 1. *V* 1. *l.* 9. nullum *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 10. ad fines per suam instantiam *R* 1. legitimis *R* 1. perduxisse] *ita R* 1 (*ubi tamen* isse *e corr.*). 2. *E. V* 1. 2. 3. 6. 8; perduxerit *V* 4. 5. *Mad.* ‖ *l.* 11. causa intercedentem *R* 1. perfinita] finita *V* 1. 4. 5. 15. *Pith.* ad huc] *ita R* 1. *E* 1; aduc *E* 2; ad hunc *R* 2. *V.* ‖ *l.* 12. quo] quod *E. V* 2. secutus] s u s c e p t u s *R* 1. ‖ *l.* 13. antea *E. V* 1. 2. 6. aceleraverat *E* 1; acceleraverat *R* 2. *E* 2. *V.* omnem *R* 1. abiturus *R* 2. *E* 2. a *deest R* 1.

II, 3, 9. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 19). — *l.* 15. FL. — REX] *des. E. V* 1. 3. 4. CHIND.] CHINDUS *R* 1; CHINDS *R* 2; CHNDSDS *V* 2; GLS CHDS *V* 5; RCDS *V* 6. REX] ANTIQUA *add. V* 15. ‖ *l.* 18. ulla] nulla *R* 1. ‖ *l.* 20. paupere *E* 1. *V.* adserere *R* 2. *E* 1. *V* 2. *alii.* ‖ *l.* 21. potentem *R* 1. ‖ *l.* 22. debet *V* 1. 6.

II, 3, 10. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 19). — *l.* 24. FL. — REX] *des. E. V* 1. 3. 4. CHIND.] CNDS *R* 1; CHINDASVINTUS *R* 2; CHNDSDS *V* 2; CHDS *V* 5. 6. REX] ANTIQUA *add. V* 15. ‖ *l.* 25. quibuscunque *V* 1. 6. ‖ *l.* 26. exsequendas *R* 2. *E; deest V* 6. actiones] rationes *V* 1. 2.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II,* 12, 1. 7. 2) *Cf. Cod. Iust. II,* 13*; L. Rom. Vis. C. Th. II,* 13. 14 *et supra II,* 2, 8, *p.* 84. 3) *Exspectaveris: 'quocum causam habet'.*

II, 3, 10. ***Recc. Erv.***] pro iure fisci contra quemlibet provenerit intentione moveri, ille, cui commissa res est, aput comitem civitatis vel iudicem habebit licentiam legaliter negotium prosequendi; quem si absentem a loco, ubi res agenda est, esse constiterit, vel occasio eum quecumque suspenderit, aut etiam per se proponere fortasse noluerit, eandem utilitatis publicc actionem per mandatum iniungere prosequendam cui elegerit sui erit indubitanter arbitrii.

Recc. Erv.] IIII. TITULUS: DE TESTIBUS ET TESTIMONIIS.

I. De personis, quibus testificari non licet.

II. Quod testibus sine sacramento credi non possit; et si utraque pars proferat testem, cui debeat credi; et si vera testificare neclexerit testis.

III. De investiganda iustitia, si aliut loquatur testis, aliut scriptura.

IIII. Servo non credendum; et qualibus regis servis debeat credi.

V. Ne testes per epistolam testimonium reddant; et qualiter iniungi testimonium possit.

VI. De his, qui falsum testimonium dicunt.

Recc.]

VII. De his, qui ad falsum testimonium dicendum alios provocant vel servos alienos ad libertatem inpellunt.

VIII. In quibus causis possint testificari servi.

VIIII. De his, qui se placitorum scriptis obligant, ne pro aliorum causis veritatem dicant.

X. De quibus annis poterunt testificare minores.

II, 5, 3. *Codd. E* 2. *V* 1. 2. (3). 4. (5). 6. (8. 13. 14. 15. 17. 18). — *l.* 5. FL. — REX] *Inscriptio in codicibus V* 6. 17 *per errorem ad legem sequentem posita est; ad hanc ipsam legem praebent inscriptiones:* FLS GLS CHNDS R Egiga rex (*sic*) *V* 2; F. EGICA R. *V* 17. *Mad.:* Intromissa lex in lib. II. tit. V. era II. Flavii gloriosi Egicani regis *in margine V* 13. 14; ANTIQUA *V* 4. 15; *inscriptio deest E* 2. *V* 1. 3. 5. || *l.* 6. incognita sivi scriptura *E* 2; incognitas sibi scripturas *V* 2. ille] i*ll* *V* 2. subscri- *pro* suscri- *hic et infra plerique codd. V.* || *l.* 7. audeat vel firmare *V* 4; audeat aut firmare *V* 2. 5. 17; aut firmare audeat *V* 4. || *l.* 9. adbocatus *E* 2. aut] au *E* 2. || *l.* 10. audevit *E* 2. || *l.* 11. illic] illi *Mad.* peribuit *E* 2. || *l.* 12. permittimus accipi] *ita V* 1. 4. 5. 6. 17; permittente dum accipi *E* 2; permittendum est accipi *Mad.;* amitti poterit *V* 2. incognitus] ignotus *V* 17 (*in marg.*). 18. accesserit *V* 1. 2. || *l.* 13. nullam *E* 2. vera] beram *E* 2.

II, 5, 4. *Codd. R* 1. 2.

II, 5, 4. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 17). — *l.* 14. III] ANTIQUA *add. V* 1. 4. 5; ANTIQUA. FLS GLS EGIGA (EGICA *V* 17) REX *V* 6. 17; FLS RCDS REX *V* 2; FLS CHNDS REX *V* 8. || *l.* 15. Contra] Ut contra *E* 2 (*e corr.*). *V* 2. || *l.* 16. liceat] licere *E* 1. *V* 1. 6. || *l.* 17. iustam ac l.] iusta hac legitima *post add. E* 2. ac] hac *E* 2; ac *V* 1. 6. 17; aut *E* 1. *V* 2; et *alii.*

1) *Lex in Legem Baiuvariorum recepta est, inde in Legem Alamannorum. Cf. supra p.* 32. 2) *Cf. de hac lege 'N. Arch.' XXIV, p.* 109 *sq.*

II, 5, 5. *Recc. Erv.*] IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De damnis eorum, qui contra pacta vel placita sua venire contendunt.

Qui[1] contra pactum vel placitum iuste hac legitime conscriptum venerit, quod non forsitam persona potentior violenter extorserit: antequam causa dicatur, penam, que in pacto vel placito legitime continetur, exolvat; deinde que sunt in pacto vel placito definita serventur. Pactum vero vel placitum convenienter hac iustissime inter partes conscriptum, si etiam penam in eis inserta non fuerit, revolvi aut inmutari nulla ratione permittimus. Et ideo que pactis vel placitis continentur vel monstrantur scripta plenam habeant firmitatem; si tamen quisque ille pactum vel placitum iustissime et de re sibi debita conscripsisse videatur.

II, 5, 6. *Recc. Erv.*] V. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne valeant definitiones vel placita servorum*).

*) V 1. 2. 6. *Mad. add.*: sine iussu dominorum.

Et honestas hoc habet, et iustitia hoc adfirmat, ut que servi non iubentibus dominis suis seu per scripturam paciscuntur sive per testem definiunt, nullo firmo robore penitus habeantur.

II, 5, 7. *Recc.*] VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De[2] turpibus et inlicitis rebus inter quascumque personas, sicut nullum pactum aut mandatum vel placitum, ita nec damnum seu quamcumque definitionem ex omnibus nullo tempore decernimus posse valere.

Erv.] VI.

De turpibus et inlicitis rebus.

De turpibus et inlicitis rebus inter quascumque personas, sicut nullum pactum aut mandatum vel placitum, ita nec damnum seu quamcumque definitionem ex omnibus nullo tempore decernimus posse valere.

II. 5. 5. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. 8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 1. FL. — REX] *des.* *E.* *V* 3. 6. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CINDS *R* 1; CHDS *V* 1. 5; CHNDS *V* 8. 14. 17; GLS CHNDS *V* 2; AN *V* 4. || *l.* 2. vel] et *R* 2. *V* 1. 3. || *l.* 3. hac] *ita* *R* 1. *E* 2; ac *cett.* || *l.* 4. forsitam] *ita* *R* 1. *E* 2; forsitan *cett.* personam *R* 1. potentior — penam *des.* *R* 1. violenter] *deest* *R* 2; *post add.* *E* 2. pena *R* 2. *E* 2. || *l.* 5. placito] in placito *R* 1; placito definita *V* 1. pacto vel *des.* *R* 1. || *l.* 6. vel placitum] placitumve *Mad.* || *l.* 7. partes] pares *V* 2. penam] *ita* *R.* *E* 2; pena *E* 1. *V.* || *l.* 8. vel pactis *V* 1; in pactis *E* 2. *V* 3. 6; vel in pactis *V* 2. vel m. et m. *E* 1. *Mad.* || *l.* 9. habeat *R* 1. *E* 2. si] sic *R* 1. quisque] quisquis *V* 1. 2. 4. 6. 15. 19; *deest* *V* 5. vel placitum *des.* *E* 1. *V* 3.

II. 5. 6. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 15. — *l.* 11. FL. — REX] *des.* *E* 1. *V* 3. 4. GLORIOSUS RECCESSVINDUS *ita* *R* 2; G. RECCDS *R* 1; GLS RCDS *V* 5. 6; RCDUS. ANTIQUA *V* 15; G. RECAREUS *V* 1; CINDS *E* 2; CHNDS *V* 2; CINTASVINTUS *Mad.* || *l.* 12. placita] *ita* *R* 1. *V* 2; pacta *cett.* || *l.* 14. Et *deest* *V* 3. *Mad.* que] qui *E.* || *l.* 15. suis *deest* *E.* *V* 1. 3. 6. scriptura *R* 2. *E.* || *l.* 16. penitus *deest* *R* 1.

II, 5, 7. *Codd.* *R* 1. 2. *V* 3. — *l.* 18. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CINDS *R* 1; *inscriptio deest* *V* 3. || *l.* 22. quacumque *R* 1. || *l.* 23. nullo] ullo *R* 2.

II, 5, 7. *Codd.* *E* 1. 2. *V* 1. 2. (4. 5). 6. (15. 17. 19). — *l.* 17. VI] FLS CHNDS REX *add.* *V* 2; FLS RCDS REX *add.* *V* 5. 6; FLAVIUS RECAREUS REX *add.* *V* 1; RCSTUS. ANTIQUA *V* 15. *l.* 22. seu] nec *V* 6. quacunque *E* 1. diffinitionem *V* 1. || *l.* 23. nullo] ullo *V* 1. *Mad.*

1) *Cf.* *L. Rom. Vis. C. Th. II.* 9. 1: Si quis . . . adversum pacta vel transactiones, nullo cogentis imperio . . . confecta, putaverit esse veniendum . . ., actione privatus restituta poena, quae pactis probatur inserta *etc.* *Interpr.*: . . . nec causam ipsam agere permittatur et poenam, quam in pacto constituit, cogatur exsolvere. 2) *Cf.* *Dig. II.* 14. 27 § 4: Pacta, quae turpem causam continent, non sunt observanda: *Dig. XLV.* 1. 26. *XVII.* 1. 6. § 3: Rei turpis nullum

Recc.] VII.

FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ne sub unius nomine cause res alia vel persona callidis definitionibus obligetur. De pena etiam, que sit in placitis inserenda.

Pravis[1] hac malignis moribus inproborum iustitie semper est sententiis obviandum. Ideoque, quia dira perversorum cupiditas ita sepe plurimos novarum fraudium molitione conlaqueat, ut, cum pro re qualibet adinplenda sit pactio, res eorum simul obligent hac personas, hoc fieri omnimodo proibemus. Sed quotiens undelibet placitum conscribitur, non amplius in transgressoris pena, quam duplatio reddende rei vel triplatio nummorum satisfactione taxetur. Res tamen omnis aut persona nullatenus obligetur; quia iniustum penitus adprobamus, ut unius causa debiti rerum fiat omnium perditio vel persone. Quodcumque igitur contra legis huius decretum conscriptum placitum sive definitio facta fuerit, ubicumque repperta fuerit, vacua omnismodis et invalida reputetur.

Erv.] VII. II, 5, 8.

Ne sub unius nomine cause res alia vel persona callidis definitionibus obligetur. De pena etiam, que sit in placitis inserenda.

Pravis ac malignis moribus inproborum iustitie semper est sententiis obviandum. Ideoque, quia dira perversorum cupiditas ita sepe plurimos novarum fraudium molitione conlaqueat, ut, cum pro re qualibet adinplenda sit pactio, res eorum simul obligent ac personas, hoc fieri omnimodo prohibemus. Sed quotiens undelibet placitum conscribetur, non amplius in transgresseris pena, quam duplatio reddende rei vel triplatio nummorum satisfactione taxetur. Res tamen omnis aut persona nullatenus obligetur: quia iniustum penitus adprobamus, ut unius causa debiti rerum fiat omnium perditio vel persone. Quodcumque igitur contra legis huius decretum conscriptum placitum sive definitio facta fuerit, ubicumque reperta, vacua omnismodis et invalida reputetur. Sola vero potestas regia erit in omnibus libera qualemcumque iusserit in placitis inserere penam.

II, 5, 8. *Codd. R* 1. 2. *E* 2. *V* 3. — *l.* 2. CHINDASVINDUS] *ita R* 2; CINDS *R* 1; CHDS *E* 2; *inscriptio deest V* 3. || *l.* 4. alia] aliqua *V* 3. *l.* 6. que — inserenda] que perimenda est vel placitis conscribenda *E* 2. *l.* 7. ac *R* 2. inprovorum iustitiam *R* 1. *l.* 9. perversori *R* 1. *l.* 10. sepe] se *R* 1. *l.* 11. mollitione *R* 1. *l.* 12. sit] fit *R* 2. *E* 2. *l.* 13. per has personas *R* 1. *l.* 15. placitus *R* 1. conscribentur *E* 2. *l.* 17. triplatio nummorum] tripationēorum *E* 2; tribulationum eorum *V* 3. *l.* 18. Res — obligetur *des. R* 1. omnes *R* 2. *l.* 20. cause debite *V* 3. *l.* 21. fiat] faciat *R* 1. || *l.* 24. definitionem *R* 1. *l.* 25. fuerit *deest R* 2. *V* 3. *l.* 26. deputetur *E* 2.

II, 5, 8. *Codd. E* 1. *V* 1. 2. (4. 5). 6. (8. 13. 14. 15. 17. 18). — *l.* 1. VII] FLAVIUS CHINDASVINDUS (FLS CHDS) REX *add. V* 1. 5. 6. 8. 14. 17; FLS GLS CHDS R. *add. V* 2; ANTIQUA *add. V* 15. || *l.* 3. alia] alie *V* 1; aliena *V* 2. 6. *l.* 4. obligentur *E* 1. || *l.* 5. que sit] que perimenda est vel *V* 1. || *l.* 10. mollitione *V* 1. *l.* 11. sit] fit *E* 1. *V* 2. || *l.* 14. conscribitur *V* 2. 6. *l.* 15. duplicatio — triplicatio *V* 13. nummorum] *ita E* 1. *V* 2; rerum *V* 1. 4. 5. 6. *l.* 16. in satisfactione *V* 1. 5. 6. || *l.* 18. debito *V* 1. *l.* 20. sive] vel *Mad.* || *l.* 22. omnimodis *V.* reputetur] reputentur *E* 1; deputetur *V* 1. 4. Sola — penam] *Haec exhibent E* 1. *V* 1. 2. 6. 17. 18 (*de ceteris dubito*).

mandatum est; *cf. ibid.* 22, § 6; *L. Rom. Vis. Paul. I,* 1, 2: Neque contra leges neque contra bonos mores pacisci possumus. 1) *De indole huius legis disserui 'N. Arch.' XXIV. p.* 112 *sq.*

II, 5, 9. *Recc. Erv.*] VIII. ANTIQUA.

Quod omnis scriptura vel definitio, que per vim et metum extorta fuerit, valere non poterit.

Pactum[1], quod per vim extorserit persona potentior vel inferior, sive placita vel reliquas scripturas, id est, si ille, qui paciscitur, aut in custodia mittitur aut sub gladio mortem forte timuerit, aut ne penas quascumque vel ignominia patiatur, vel certe si aliquam iniuriam passus fuerit, huiusmodi pactio vel scriptura quelibet nullam habeat firmitatem.

II, 5, 10. *Extr.*] FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De* superfluis scripturis et super ordinem legis confectis.

*) V 2: De his, qui contra legis ordinem confecerint scripturas. — V 9. 19: Si aliquis scripturam fecerit amplius, quam lex iubet.

Plene discretionis ordo est incertis adhibere cognitionem et dubiis conicere fidem. Quia ergo de statu scripturarum solet dubietas in controversiis exoriri, adeo precepto decernitur evidenti, ut quicumque virorum ac feminarum testamenta, donationes, dotes vel quascumque scripturas conficit amplius, quam lex iubet[2], in quibuscumque partibus sive personis contra sanctionem legis de quarumcumque rerum distributione decreverit, non ideo ex toto habeantur invalide, quia ordo prefixus videtur esse transgressus; sed manentibus cunctis, que** salubrius ex legis auctoritate subsistunt, illa sola decidant, que contra legem inveniuntur manere descripta atque decreta. Huius*** rei evidenter iudices negotiorum hoc tenore descripta ordinabunt,

**) *V* 2. 3. 9. 19: que subsistunt ex legis huius auctoritate illa *etc.*

***) V 2: Huius rei evidenciam iudices negotiorum pro tenore iudicii ordinabunt. ut ille, cui plus conditor scripture contulit, quam oportuit *etc.* — *V* 3. 18:

II, 5, 9. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 19). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita R. V* 1. 2. 5: ANTIQUA. FLS GLS CHDS REX *V* 6. 17; FLS CHDS REX *E* 2; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *V* 15; *deest E* 1. *V* 3. 4. 19. || *l.* 2. que] quod *R* 1. exorta *R* 2. *E* 1. *V* 1. || *l.* 4. Pactum quod] Que *R* 1; Pactum sive placitum quod *V* 2. vim] vim et metum *E* 2 (et m. *post add.*). *V* 1. 2. 4. 5. 6. sive placitum *V* 1; s. p. *des. V* 2. || *l.* 5. forte mittitur *V* 3. || *l.* 6. morte *R* 1. ne] *ita R* 2. *E* 1. *V* 3. 6. 15. 17; nec *R* 1; si *V* 4; *deest E* 2. *V* 1. 2. 5. vel] aut *E* 1. ignominiam *V.* || *l.* 7. pactio] placito R 1; patio *E* 2.

II, 5, 10. *Codd. V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. 8. 9. (12. 17. 18. 19). — *l.* 9. FL. — REX] ANTIQUA *praemittit V* 8; CDS REX *V* 9; ANTIQUA *V* 19; *des. V* 3. 4. 6; GLORIOSUS *deest V* 8. RECC.] RCDS *V* 2. 5. 17. 18; RECAREUS *V* 1. || *l.* 10. De — confectis *des. V* 3. 4. 12. et super o. legis *des. V* 8. *l.* 13. Plene — fidem *des. V* 4. 12. discretionis] dilectionis *V* 3; direptioni *V* 9; direpcionis *V* 19. est ordo *V* 9. 19. adhibere] habere *V* 2. cognitionem — fidem] fidem et cognitionem in dubiis conicere veritatem *V* 9. 19. || *l.* 14. dubietas in] dubietatis *V* 2. controversiis] controversia *V* 2. 3. 9. 19. *l.* 15. adeo] *ita V* 2. 3. 9. 19; ideo *cett.* evidenti decernitur *V* 8; e. d. sanctione *V* 9. quicunque] quorumcunque *V* 9. || *l.* 16. testamentum *V* 1. vel] seu *V* 2. vel in qua quis (qui *V* 19) scripturam conficit *V* 9. 19. || *l.* 17. vel contra *V* 1. 6. || *l.* 18. quarumc. *deest V* 9. 19. decreverit] elegerit *V* 2. *l.* 19. habeatur *V* 9. invalida *V* 6. 9. 19. || *l.* 21. invenitur *V* 6. manere] esse *V* 3. 9. 19. descripta] conscripta *V* 2. 9. 19. atque decreta *des. V* 2. 3. 9. 12. 18. 19. || *l.* 22. hoc] hec *V* 1. hunc tenorem descriptum *V* 12. || *l.* 23. Huius *deest V* 9. 19.

1) *Haec lex ad exemplum iuris Romani scripta certe ex Codice Euriciano sumpta est, ut* V. 4, 3 *ex Cod. Eur. c.* 286 *et* V. 2. 1 *ex Cod. Eur. c.* 309. *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 113 *sq.* 2) *Vide III.* 1. 5. *IV.* 5. 1. 2.

Extr.] ut ille, cui plus conficitur per scripture seriem, quam oportuit, hoc solum accipiat, quod auctoritas legis demonstrat, et reliqua hi, quibus legitime debentur, vigore† iusticie consequantur. **II, 5, 10.**

Cuius rei evidentiam iudices negotiorum ac discretione servabunt, ut, cum tales scripture fuerint ipsorum iudicio presentate, non ex toto invalide iudicentur, sed hoc sui iudicii conscriptione notetur, ut cui plus confector scripture contulit, quam oportuit *etc.* — *V* 9. 19: Cuius rei evidenciam index negociorum hac discrecione servabit, ut, cum talis scriptura fuerit in ipsius iudicio prolata, non ex toto habeatur invalida, sed hoc suo iudicio denotetur, ita ut, ubi plus confector scripture contulit, quam oportuit *etc.*

†) *V* 3. 9. 19: iure percipiant *pro* vig. iust. cons.

Recc. Erv.] VIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **II, 5, 11.**

Que scripture valere poterunt, si ab his facte fuerint, qui sunt in annis minoribus constituti.

In[1] minoribus annis constitutis testandi de rebus suis vel alias quascumque definitiones faciendi seu per scripturam sive per idoneum testem, in quibuscumque personis elegerint, infra quartum decimum annum non illis aliter licentia erit, nisi gravis langor occurrerit, per quod eos fortasse mori suspicio sit. Quod si eos necessitas huius cause conpresserit, utrisque a decimo etatis ipsorum anno faciendi quod voluerint libertas plena manebit. Qui si ab egritudine convalescere potuerint, quidquid eos ordinasse constiterit, totum invalidum erit, donec aut rursus egrotantes iterum que ordinaverant nova ordinatione reforment, aut venientes usque ad plenum quartum decimum annum in omnibus iudicandi de rebus suis liberam habeant absolutamque licentiam. Ab infantia vero vel in qualibet etate dementes effecti et in eo vitio absque intermissione temporis permanentes nec testimonium reddere nec, si quam forte volumtatem ediderint, nullam poterit firmitatem habere. Nam[2] qui per intervalla temporum vel orarum salutem videntur recipere et integra interdum mente persistere, de suis rebus ferre iudicium proiberi non poterunt.

II, 5, 10. *l.* 1. cui] qui *V* 6. 17. *l.* 2. legis huius *V* 2. reliqua] alia *in loco raso V* 6. *l.* 3. vigorē *V* 1. iusticie] iustissime *V* 2. consequantur] sequantur *V* 8; adsequantur *V* 18. || *l.* 4. Cuius] Quibus *V* 3. iudicis *V* 3. || *l.* 7. iudex *deest V* 9; iudices *V* 19. *l.* 8. servabunt *V* 19. tales scripturae fuerint — prolatae *V* 19. || *l.* 9. habeatur invalida] invalidae iudicentur *V* 19.

II, 5, 11. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (8. 15. 17). — *l.* 12. FL. — REX] *des. E* 1. *V* 3. 4; FLS CHDS REX *E* 2; F. CHINDASVINDUS R. *V* 8. RECCESSVINDUS] *ita R* 2; RECΘDS *R* 1; RCDS *V* 2. 3. 6. 17; RECAREUS *V* 1. REX] ANTIQUA *add. V* 15. || *l.* 13. poterunt] *ita E* 2. *V* 2; potuerunt *R* 1; poterint *corr.* poterunt *R* 2; poterant *V* 1; poterint *cett.* qui] que *R* 1. *l.* 15. constituti *E* 2. *V* 1. 6; quidam constituti *V* 2. testandi] testari *V* 1; si testari *V* 6. || *l.* 16. faciendi] facere *V* 1. 6. sive] seu *V* 1. 2. || *l.* 18. languor *E* 1. *V* 1. 2. quod] *ita R. E. V* 6; quem *alii.* suspicio] suspectio *V* 1. 6. sit] est *R* 2. || *l.* 19. utriusque *R* 2. *E* 2. ad decimum *R* 1. ipsarum anno *R* 1; ipsorum annorum *E* 2; annorum ipsorum *V* 3; sue anno *V* 2. || *l.* 20. plena *deest R* 1. Qui] *ita R* 2. *E. V* 1. 2; Quia *V* 3; Quod *R* 1. *V* 4. 5. 6. || *l.* 21. constiterit] contingerit *V* 2. totum] *ita R. E* 2. *V* 1. 2. 6; *deest E* 1. *aliis.* || *l.* 22. ordinaverint *E* 1. reforment] forment *V* 1. 5. plenum *deest R* 1. || *l.* 24. amentes *V* 2. vitio absque] que *R* 1. || *l.* 25. reddere] *ita R. E. V* 2. 3. 4; possint reddere *V* 1. 5; reddant *V* 6. *Pith.*; reddentes *Mad.* si] *ita R* 1. *V* 2. 6; sic *cett.* quam] qua *R* 1. *l.* 26. nullam] *ita R* 1. *V* 2. 6; ullam *R* 2. *E. V* 1. 3. *rell.* poterint *R* 1. qui] que *R* 1. intervalle *R* 1. *l.* 27. salute *R* 1. || *l.* 28. prohibere *E* 1. *V* 3. 4. potuerunt *R* 1. *E;* poterint *V* 6.

1) *Cf. II,* 4, 12. *IV,* 3, 1. 4. 2) *Cf. Cod. Iust. VI,* 22, 9.

II, 5, 12. *Recc.*] X. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Qualiter confici vel firmari conveniat ultimas hominum volumtates.

Morientium[1] extrema volumtas, sive sit autoris et testium manu suscripta, sive utrarumque partium signis extiterit roborata, sive tantumodo verbis coram probationem patuerit promulgata, omni perenniter valere subsistat. Id tantum magnum opere procurandum est, ut, quod instante quocumque periculo conscribi nequiverit, infra sex mensuum spatium qui hoc audierint suam coram iudice iurationem confirment eiusdemque iuramenti condicionem tam suam quam testium manu conroborent. Dumque hec res plenum venerit in effectum, pro instania sui laboris idem testes ex defuncti bonis trecensime pretium portionis prosequantur in solis tantummodo nummis; cartarum strumentis et librorum voluminibus sequestratis, que pertinebunt ad heredes integritate successionis. Qui testes infra sex menses procurent illi denuntiare, in cuius nomine per talem hordinationem res translata dinoscitur extitisse. Quod si omnem legis huius decretum testes illi, quibus con-

Erv.] X.

Qualiter confici vel firmari conveniat ultimas hominum voluntates.

Morientiam extrema voluntas, sive sit auctoris et testium manu suscripta, sive utrarumque partium signis extiterit roborata, seu etiam, etsi auctor suscribere vel signum facere non prevaleat, alium tamen cum legitimis testibus suscriptorem vel signatorem ordinationis sue instituat, sive quoque, si tantummodo verbis coram probationem ordinatio eius, qui moritur, patuerit promulgata: hec ordinationum quatuor genera omni perenniter valere subsistant. Id tantum magno opere procurandum est, ut scripture ille, que secundum primi et secundi ordinis confectionem sunt alligate, id est, sive que auctoris et testium manu suscripte, seu que utrarumque partium signis extiterint roborate, infra sex menses iuxta legem aliam[2] sacerdoti pateant publicande. Et si forsitan contigerit, ut in huiusmodi scripturis auctor, qui suscribere debuit, signum inpressit, hoc ipsud testis, qui in eadem scriptura suscriptor accessit, iurare curabit, quia signum ipsud a conditore factum extiterit*. Ille vero scripture, que sub tertii ordinis alligatione

* et tunc stabilis erit *add.* V 1 (*om.* et). 5. 6. 8.

II, 5, 12. *Codd. R* 1. 2. | *l.* 2. RECCESSVINDUS *R* 2; RECѲDS *R* 1. | *l.* 4. hominum] omnium *R* 1. 2. | *l.* 5. Morientis *R* 1. | *l.* 7. utrumque *R* 1; utrorumque *R* 2. | *l.* 10. magno opere *R* 2. || *l.* 11. procurandum est] procuretur *R* 1. quod *deest R* 1. | *l.* 12. quodcumque *R* 1. *l.* 14. sua — iuratione *R* 2. | *l.* 20. solis] solidis *R* 1. || *l.* 21. numhis *R* 1. instrumentis *R* 2. *l.* 27. omne *R* 2.

II, 5, 12. *Codd. E* 1. 2. V 1. 2. 3. (4. 5). 6. (8. 15. 17). — *l.* 1. X] FLS GLS RCDS (RECAREUS V 1) REX *add.* V 1. 2. 5. 17; FLS RCDS REX *add. E* 1. *eadem et* NOVA V 8. ANTIQUA NOVITER EMENDATA V 15. || *l.* 6. suscri- *pro* subscri- *hic et infra secundum E* 2. | *l.* 7. signis aut subscriptionibus V 3. *Mad.* || *l.* 12. probationem] *ita E.* V 6; probatione *cett.* || *l.* 13. hec] *deest Mad.* *l.* 14. valere] *ita* V 1; balere *E* 2; volare *E* 1; valore *cett.* subsistant] persistant *E* 2. V 1. 3. 5. *l.* 15. magno opere] *ita E* 2. V 1; magnopere *cett.* *l.* 17. confectione *E* 1. || *l.* 18. que] qui *E* 1; qua *E* 2; *deest* V 2. manus *E* 2. || *l.* 19. seu que] que *deest* V 1. *Mad.* | *l.* 22. contingerit *E* 2. V 6. | *l.* 24. inpresserit *E* 2 (*e corr.*). V 1. 2. 6. || *l.* 24 *et* 26. ipsud] *ita E* 1; ipsut *E* 2; ipsum *cett.* || *l.* 28. alligationes *E* 1.

1) *De hac lege cf. quae disserui* 'N. Arch.' *XXIV. p.* 116 *sq. Quae vero lex et praecipue forma Ervigiana de signis et subscriptionibus doceat, exposui l. c. p.* 26. 2) *Sc. II,* 5, 14.

***Recc.*]** missum est, infra constitutum tempus distulerint adinplere, noverint se falsariorum damno multari.

Erv.] sunt edite, id est, in quibus advocatus a conditore legitimus testis suscripsit, tunc omni habebuntur stabiles firmitate, quando infra sex menses et ille, qui in eadem scriptura ad vicem morientis suscriptor accessit, et reliqui testes, qui ab eo rogati sunt, coram iudice condicionibus factis iuraverint, quod in eadem scriptura a se suscripta nulla sit fraus inpressa, sed secundum voluntatem ipsius conditoris habeatur conscripta, et quod ab eo, qui eam condere voluit, rogiti extitissent, ut in eadem scriptura suscriptores accederent et ad vicem conditoris eam legitime roborarent. Illa vero voluntas defuncti, que iusta quarti ordinis modum verbis tantummodo coram probatione promulgata patuerit, que instante quocumque periculo** conscribi nequiverit, et tamen ab eo, qui moritur, iussa fuerit alligari, tunc robur plenissimum obtinebit, si testes ipsi, qui hoc audierint, et rogati a conditore extiterint, infra sex mensuum spatium, hoc, quod iniunctum habuerint, sua coram iudice iuratione confirment eiusdemque iuramenti conditionem tam sua, quam testium manu corroborent. Dumque hec res plenum venerit in effectum, pro instantia sui laboris idem testes ex defuncti bonis tricesime pretium portionis prosequantur in solis tantummodo nummis; cartarum instrumentis et librorum voluminibus sequestratis, que pertinebunt ad heredes integritate successionis. Qui testes infra sex menses procurent illi denuntiare, in cuius nomine per talem ordinationem res translata dinoscitur extitisse. **II, 5, 12.**

**) *V* 8 *add.*: vel forsitan cuiusque impedimenti actione.

II, 5, 12. *l.* 3. omni] modo *add. al. m. E* 2; omnes *V* 2. habeantur *V* 1. 2. 4. 5. 6. stabili *V* 2. ‖ *l.* 5. scripturam *E* 1. ‖ *l.* 10. voluntate *E* 1. *l.* 12. rogati *V.* ‖ *l.* 16. iusta] *ita* (= iuxta) *E;* iuxta *V.* ‖ *l.* 17. probationem *E* 2. ‖ *l.* 20. moritur] moriturus est *V* 8. ‖ *l.* 23. mensuum] mensium *V. l.* 27. conroborent *E.* ‖ *l.* 29. testes] *ita E. V* 1. 2. 6: testis *cett.* trecesimae pretii portionem *E* 1; trigesime *V* 1. 2. 6. ‖ *l.* 30. prosequatur *E. V* 3. 4; consequantur *V* 2; consequatur *V* 4. in *deest V* 2. solis] solidis *E* 1. et cartarum *V* 2.

II, 5, 12. *Erv.*] Quod si omnem legis huius decretum testes illi, quibus commissum est, infra constitutum tempus distulerint adimplere, noverint se falsariorum damno multari. Excepto si se aliorum fraude vel calliditate seu etiam regia iussione***, qua id infra sex menses explere nequiverint, inpeditos esse probaverint.

***) *V* 8 *add.*: aut difficilitate vendicatoris presentie.

II, 5, 13. *Recc. Erv.*] XI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Qualiter firmentur volumtates eorum, qui in itinere moriuntur.

In itinere pergens aut in expeditione publica moriens, si ingenuos secum non habeat, volumtatem suam propria manu conscribat. Quod si litteras nescierit aut pre langore scribere non potuerit, eandem volumtatem servis insinuet, quorum fidem episcopus adque iudex probare debebunt. Et si nullatenus antea fraudulenti fuisse patuerint, quod sub iuramenti taxatione protulerint, conscribatur, ut sacerdotis adque iudicis suscriptione firmetur; hac postmodum autoritate regia roboratum, firmum quod decreverit habeatur.

II, 5, 14. *Recc. Erv.*] XII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut defuncti volumtas ante sex menses sacerdoti vel testibus publicetur.

Scripta volumtas defuncti ante sex menses[1] coram quolibet sacerdote vel testibus publicetur. Et si quis eandem qualibet fraude subpresserit, tantum illis, in* quibus testatus est, de proprio cogatur exolvere, quantum eiusdem scripture serię conquirere potuerant vel habere.

*) *V* 1. 2. 4. 5. 6 *pro* in quibus testatus est *praebent:* quibus scriptura facta esse dinoscitur; *V* 8. 14. 19: in quibus testatus est vel scriptura facta esse dinoscitur.

II, 5, 12. *l.* 1. omne *V.* ‖ *l.* 3. falsorum *corr.* falsariorum *E* 2; falsorum *V* 1. 6. 15. ‖ *l.* 6. qua id] quod *V* 2. ‖ *l.* 7. inpeditos esse] *ita V* 1. 2. 6; inpeditos sese *E* 1; inpedito se esse *E* 2.

II, 5, 13. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 10. FL. — REX] *des. E. V* 3. 19; ANTIQUA *add. V* 15. 17; AN *V* 4. CHINDASVINDUS] *ita R* 2; CHINDS *R* 1; CHDS *V* 6; GLS CHDS *V* 1. 5; GLS RCDS *V* 2. ‖ *l.* 11. volumt- *hic et infra secundum R* 1. *E* 2; volunt- *ceteri plerique.* moriuntur. In itinere *des. R* 1. ‖ *l.* 12. Qui in itinere *R* 2. Itinere *corr.* In itinere *E* 2. ‖ *l.* 13. habuerit *V* 2. 3. 4. suscribat *R* 2; subscribat *V* 4; scribat *V* 1. 5. per langorem *E* 2. *V* 1. 2. 6. ‖ *l.* 14. scribere] iscribere *R* 1; *al. m. corr.* suscribere *E* 2; subscribere *V* 4; *deest R* 2. potuerit] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. 2. 4. 6; valuerit *cett.* eadem *E. V* 6. quorum] eorum *R* 1. ‖ *l.* 16. testatione *E* 1. *l.* 17. hac] *ita R* 1. *V* 6; ut *V* 2; hac *al. m. corr.* ut *E* 2; ac *cett.* auctoritate *E. V.* postmodum] modum *R* 1.

II, 5, 14. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 19). — *l.* 19. FL. — REX] *des. E* 1. *V* 3. 4; ANTIQUA *add. V* 15. CHINDASVINDUS] *ita R* 2; CHINDS *R* 1; CDS *E* 2; CHDS *V* 1. 5. 6; GLS RCNDS *V* 2. ‖ *l.* 20. coram sacerdote *V.* ‖ *l.* 21. sacerdotem *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 22. eadem *R* 1. supresserit *R* 1. ‖ *l.* 23. per eiusdem *R* 2. *V*; de (*al. m. corr.* per) eiusdem *E* 2. serię] *ita R* 1; seriae *E* 1; seriem *R* 2. *E* 2. *V.* ‖ *l.* 24. potuerunt *R* 1; poterant *E* 2. *V* 1. 6. 19.

1) *Cf. supra II,* 5, 12.

Recc. Erv.] XIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **II, 5, 15.**

De contropatione[1] manuum, si scriptura vertatur in dubium.

Omnes[2] scripture, quarum et auctor et testis defunctus est, in quibus tamen suscriptio vel signum conditoris adque testium firmitas repperitur, dum in audientia prolate constiterint, ex aliis cartarum signis vel suscriptionibus contropentur, sufficiatque ad firmitatem vel veritatis huius indaginem agnoscendam trium aut quattuor scripturarum similis et evidens prolata suscriptio. Quod si talibus scripturis legum tempora obviaverint, pro certo decernitur, quia valere non poterunt.

Recc. Erv.] XIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **II, 5, 16.**

De olografis scripturis.

Quia[3] interdum necessitas ita sepe concurrit, ut sollemnitas legum libere conpleri non possit, adeo, ubi qualitas locorum ita constiterit, ut non inveniantur testes, per quos iuxta legum ordinem unusquisque suam adliget volumtatem, manu propria scribat ea, que hordinare desiderat; ita ut specialiter adnotetur, quecumque iudicare voluerint, vel que de rebus suis habere quemquam elegerint. Dies quoque et annus habeatur in eis evidenter expressus. Deinde, toto scripture textu conscripto, rursum auctor ipse suscribat[4]. Et dum hec scriptura infra XXX annos ad eum, in cuius nomine facta est, vel ad successores eius pervenerit, eam episcopo vel iudici infra sex menses non differat presentare. Quam sacerdos idem et iudex, adlatis sibimet tribus aliis scripturis, in quibus testatoris suscriptio repperitur, ex earum contropationem considerent,

II, 5, 15. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 18. 19). — *l.* 1. FL. — REX] *des.* *E* 1. *V* 3. 4; ANTIQUA *add.* *V* 15. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CHINDS *R* 1; CHDS *E* 2. *V* 6; GLS CHDS (CHNDS *V* 2) *V* 1. 2. 5. 17. || *l.* 2. contropationem manum *R* 1. si ser. vert.] subscriptor avertatur *R* 2; si *deest* *R* 1. || *l.* 3. et auctor] et autor *R* 1; et *deest* *V* 3. 18. || *l.* 4. repperitur] patet *V* 2. audientiam *V* 1. 4. 5. *Mad.* || *l.* 5. exstiterint *V* 6. cartarum] scripturarum *V* 2. || *l.* 6. cognoscendam *V* 6. aut] vel *V* 1. 2. 6. || *l.* 8. obviaverint] *ita* *R* 2. *E* 1. *V* 1—6. 8. 14. 15. 17. 18. 19; obviaberint *R* 1; obbiaberint *E* 2; non occurrerint *Mad.* certo] decreto *E* 2. potuerunt *R* 1; poterint *V* 6.

II, 5, 16. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (8. 15. 19). — *l.* 9. FL. — REX] *des.* *E* 1. *V* 3. 4. 19; ANTIQUA *add.* *V* 15. RECCESSVINDUS] *ita* *R* 2; RECΘDS *R* 1; RECDS (RCDS) *E* 2. *V* 2. 5. 6; RECAREUS *V* 1; GLOR. *deest* *V* 6. || *l.* 10. olograbis *E* 2; olographis *V* 1; hologravis *V* 3. *l.* 11. ita] sta *R* 1; *deest* *R* 2. conpl.] adimpleri *V* 1. || *l.* 12. adeo] ideo *V* 2. 3. 4. qualitas] equalitas *E* 2; inequalitas *V* 2. inveniatur *R.* *E* 1. testis *R* 1. || *l.* 13. quos] quod *R* 2. *E* 2. hordinc (ordine) *R* 2. *E* 1. adliget] *ita* *E* 2; adligent *R* 1; alliget *cett.* scribat] scribant *E* 1; suscribant *R* 2 *et e corr.* *E* 2; subscribant *V* 3. || *l.* 14. ea] ita *R* 1. hordinare desiderat] *ita* *R* 1; h. desiderant *R* 2; ordinare desiderant *E.* *V* 3; o. desiderat *V* 1. 2. 4. 5. 6. 8. 15. 19; ordinat *Mad.* adnotet *V* 2; adnotentur *R.* *V* 1. 3. 4. 5. 6. iudicare voluerint] *ita* *R.* *V* 3; iudicare (*al. m. corr.* ordire) voluerint *E* 2; iudicare voluerit *V* 4. *Mad.*; indicare voluerit *E* 1; voluerit iudicare *V* 2; ordinare voluerit (vol. ord.) *V* 1. 5. 6. *l.* 15. elegerint] *ita* *R.* *E.* *V* 3; elegerit *cett.* annos *R* 2. *E.* || *l.* 16. Deinde toto] De *R* 1. scripture — rursum] scriptore texto conscripta rursum *E* 1; scripture ex toto scripturus summam *al. m. corr.* scripture testus conscripturum sua manum *E* 2. textum *V* 1. 2. rursus *V* 3. 4. 5. *Mad.* autor *R* 1. *l.* 17. suscribat] rescribat *E* 1; subscribat *V.* nomen *R* 2. || *l.* 18. est] sint *V* 2; sint *al. m. corr.* est *E* 2. vel ad] vel a *E* 1; vel ad heredes vel ad *V* 2. eam] eum *R* 1. iudicibus *V* 3. || *l.* 19. presentari *V* 1. 4. et] vel *V* 3. sibimet tribus] sibi et *R* 1. || *l.* 20. suscriptio] *ita* *R* 1; scriptio *V* 3; subscriptio *cett.* contropatione *E.* *V.*

1) *De contropatione scripturarum cf. quae disserui 'N. Arch.' XXIV, p.* 30 *sqq.* 2) *Cf. ibid. p.* 34 *sq. et p.* 23. 3) *Cf. Nov. Valent. III.* 20 *(L. Rom. Vis. Val. 4)* 2, § 2. *et supra II,* 5, 13; *'N. Arch.' XXIV, p.* 34. 4) *Isidori Etymol.* V, 24, 7: Holographum testamentum est manu auctoris totum conscriptum atque subscriptum; *cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 34 *sq.*

II, 5, 16. *Recc. Erv.*] si certa et evidens scriptura est, quam idem conditor olografa ratione conscripsit. Et dum sta previderint, eadem cartula, que offertur, vera nihilominus habeatur, adque etiam continuo sacerdos ipse vel iudex sive alii testes idonei eandem olografam scripturam sua denuo suscriptione confirment. Et sic volumtas ipsius testatoris plenissimam obtineat firmitatem.

II, 5, 17. *Recc. Erv.*] XV. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De contropatione scripturarum et earum pena solvenda.

Sicut[1], ubi convenit miseranter hoccurrere, salutaria remedia non negamus, ita, ubi contentio inrationabilis exoritur, censuram ponere iuste debemus. Proinde cum de quibuslibet scripturis parentum, quas tamen iustissime hac legitime et de rebus sibi debitis patuerit esse conscriptas, fuerit exorta contentio, si ille, cui scriptura profertur, nescire se dixerit ipsius scripture veritatem, mox prolator ille iurare cogatur: nihil fraudis, nihil lesionis in ea quandoque aut a se factum esse aut ab alio quocumque factum omnimodo cognovisse vel nosse; sed ita manere, sicut auctor eius eam voluit vel ordinare vel roborare. Deinde ille, qui hanc rennuit accipere, cogatur iurare: se hanc scripturam veram esse nescire nullaque evidenti cognitione sapere, seu ab auctore suo legitime hac legaliter confectam existere, neque suscriptionem vel signum auctoris veridici facta cognoscere[2]. Post hec querenda ab utrisque partibus in scriniis domesticis instrumenta cartarum, ut contropatis aliarum scripturarum

II, 5, 16. *l.* 1. olograba *E* 2; olographa *V* 1. || *l.* 2. sta] *ita R* 1; sta *corr. al. m.* ista *E* 2; ista *cett.* cartulam *R* 1; cartola *R* 2. *E* 1. || *l.* 3. sive] sibi *R* 1. || *l.* 4. olografa *E* 1; olograva *R* 2; olograbam *E* 2; olographam *V* 1. scriptura *E* 1. suscriptione] *ita R;* scriptione *E* 1. *V* 3; subscriptione *cett.*

II, 5, 17. *Codd. R* 1. 2. (4 *frg.*). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 6. FL. — REX] *des. E* 1. *V* 3. 4. 6. 19; ANTIQUA *add. V* 15. GLOR. *deest E* 2. *V.* RECCESSVINDUS] *ita R* 2; RECØDS *R* 1; RCDS *E* 2. *V* 2. 5. 17; RECAREUS *V* 1. || *l.* 7. contropatione] contropationem *R* 1; conprobatione *E* 1. *V* 17. || *l.* 8. occurrere *E. V.* ita] ita ut *R* 1. || *l.* 9. contemptio *E* 1; contemtio *E* 2. || *l.* 11. conscriptas] conscripta si *R* 1. contemptio *E* 1; contemtio *E* 2. cui] cuius *R* 2. *E* 1. iscriptura *R* 1. || *l.* 13. aut non a se *R* 1. esse] fuisse *R* 1. || *l.* 14. omnimodo] omnino *R* 1. auctor] *ita R* 2. 4. *E. V;* autor *R* 1; *et ita infra.* || *l.* 15. vel ord.] vel *deest R* 1. *V* 1. 2. 6. hordinare *R* 2. 4. hanc] eam *V* 1. 2. 4. 5. 6. 8. renuat *R* 4; renuit *E* 1. *V.* || *l.* 16. se] sed *R* 1. || *l.* 17. hac] *ita R* 1. 2. 4; hanc *E* 2; ac *alii.* neque] ne *R* 1. suscriptionem] *ita R* 1; suscriptione *R* 2; suscribtionem *R* 4; subscriptionem *E* 2. *V;* scriptionem *E* 2. || *l.* 18. verefici *R* 1; veridici *R* 2. *E;* veridice *V.* facta] *ita R* 1. 2. *E* 2; factam *V* 2; factum *cett.* querendā *R* 1; querenda sunt *E* 2. *V* 1. *Mad. et V* 6, *ubi* sunt *al. m. post add.;* querenda erunt *V* 2. 5. || *l.* 19. contropatis] conprobatis *R* 1.

1) *De hac lege v. quae disserui 'N. Arch.' XXIV, p.* 30 *sqq.* 34 *sqq.* 2) *Cum hoc duplici sacramento cf. quae Iustinianus Nov. LXXIII, c.* 7, § 3 *de eadem re constituit: (Auth.)* Sin vero nihil aliud adinveniatur praeter collationem instrumentorum, quod hactenus valuit fiat, ut qui profert ad collationes documentum iuret sollemniter; ut autem aliquod omnino causa sumat augmentum ad maiorem negotii fidem, et ipse qui haec petit fieri (αὐτὸς ὁ ταῦτα αἰτῶν γενέσθαι) iuret, quia non aliam idoneam habens fidem ad collationes instrumentorum venit nec quicquam circa eam egit aut machinatus est, quod forte possit veritatem abscondere. *Cf. Iuliani versionem, Const. LXVI, c.* 7*:* qui instrumentum producit legitimum sacramentum subeat: quod nulla malitia usus est; sed et is, qui fidem instrumenti exigit, de dolo et calumnia iusiurandum subeat. *De tenore iurisiurandi producentis praeterea refert eiusdem capitis principium haec: (Auth.)* quia nihil maligni conscius in eo, quod a se profertur, nec quandam artem circa collationem fieri praeparans sic utitur eo, quatenus neque perimatur quicquam omnino et per omnia munitio in rebus fiat; *cf. Iulianum:* ille quidem, qui instrumentum producit, sacramentum praestet, quod nullius malitiae conscius est in eo instrumento commissae.

***Recc. Erv.*]** suscriptionibus adque signis possit agnosci, utrum habeatur idonea, an reprobetur indigna. Iam tunc, si in domesticis scriniis scripture auctoris repperte non fuerint, ad quarum similitudinem scriptura prolata firmetur, ita demum ille, qui scripturam profert, ubicumque potuerit alias scripturas auctoris procuret inquirere, per quarum similitudinem scripturam, quam profert, veram esse confirmet. Sicque per talem convenientiam latenti veritate repperta, nec ille, qui scripturam profert, in convincendo eam esse idoneam ex longinquo testes advocans damna sustineat, nec ille, qui hanc contemnit recipere, penam scripture cogatur inplere. Quibus ita actis, si ille, qui scripturam indignam esse contendit, non pro veritatis cognitione, sed pro sola conmotione partis adverse, ad convincendam dignitatem scripture et in adducendis testibus et in sustinendis dispendiis laborare fecerit adversantem, tunc ipse, qui scripturam profert, exibitis testibus esse idoneam et inlesam scripturam adfirmet, hac postea sic ille, qui per contentionem indebitam in adducendis testibus laborem intulit adversanti, penam damni, quam scriptura continet, evidenter adinpleat [1]. Certe si aut tanta res non est, unde penam suppleat, quam auctor eius instituit, quam de rebus suis legitimum iudicium ferret, aut etiam sponte suo hanc ipsam penam nolit inplere, rem, que illi de eiusdem auctoris conpetit iure, ei, quem convexabit indebite, cogatur cessionis ordinem dare. Hanc sane legem in solis parentum scripturis servanda esse decernimus, propter quod filios vel nepotes iniusta contentione ab alterutrum aut se aut extraneorum partes vidimus convexare; ista evidenter condicione servata, ut, si ex aliis obpositionibus legum eadem scriptura dicitur convellenda, vox inpugnantis pro certo sit libera. **II, 5, 17.**

***Nov.*]** FLAVIUS GLORIOSUS EGICA REX. **II, 5, 18.**

Ne aliut quis per testem, aliut per scripturam alligare presumat.

Cum sive sint verba sive scripturarum quedam indicia, que tamen vera esse oporteat adque simplicia, per que unus in alterius cognitionem, transferat notitiam suam, novellis nunc agitatur argumentis, ut in donationibus

II, 5, 17. *l.* 1. subscriptionibus *E* 1. *V.* an] hac *R* 1. ‖ *l.* 2. reprobetur] *ita R. E. V* 1—6. 8. 14; probetur *V* 15; res probetur *Mad.* ‖ *l.* 3. fuerit *R* 1. ‖ *l.* 4. iscripturam *R* 1. ‖ *l.* 5. vera *R* 1. *l.* 6. qui iscripturam *R* 1. ‖ *l.* 7. convincendo] conveniendo *R* 1; conveniendo *corr. al. m.* convincendo *E* 2. ‖ *l.* 8. ille] illo *R* 2. *E.* contempsit *E* 1. *V* 6. iscripture *R* 1. cogatur] artetur *V* 3. ‖ *l.* 9. iscripturam *R* 1; scripturam illam *V* 1. 6. ‖ *l.* 10. commotione] commutatione *R* 1. partis] pacis *R* 1. in adducendis] ad inducendis *R* 1. *V* 1. ‖ *l.* 12. iscripturam *R* 1. profert] vera *add. E* 2; veram *add. V* 1. 6. *Mad.* exhibitis *E. V.* ‖ *l.* 13. contemptionem *E* 1; contemtionem *E* 2. indebitam] indubitam *e corr. R* 1; induvitam *al. m. corr.* indevitam *E* 2. testibus] et in sustinendis laboribus *add. V* 6. laborem intulit] laborare intulerit *E* 1. ‖ *l.* 14. pena *R* 1. *E* 1. si aut] aut si *R* 1. ‖ *l.* 15. pena *R* 1. quam de] *ita R* 2. *E*; quam *R* 1 (quam = *'quantum' vel 'in quantum'*); cum de *V* 1. 2. 6; quum de *Mad.* *l.* 16. sponte] exponte *R* 1. suo] *ita R* 1. 2. *E* 2; sua *E* 1. *V.* nolit] *ita E* 1. *V* 2; nollit *R* 1; noluit *cett.* ‖ *l.* 17. rem *deest R* 1. conpetet *R* 1. convexabit] vexabit *R* 1; convexavit *E. V* 1. *l.* 18. ordine *E. V.* scripturis] scripture *R* 1. servandam *E. V.* ‖ *l.* 19. alterutro *E* 1. *V.* aut] ut *R* 1. *l.* 20. ista] ita *R* 1; sta *R* 2. ‖ *l.* 21. expositionibus *R* 1. eandem scripturam *R* 1; eadem scripturam *E* 2. dicitur] dicimus *R* 1; noscitur *V* 15. convallandam *E* 2.

II, 5, 18. *Codd. E* 2. *V* 1. 2. 4. (5). 6. (8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 23. FL. — REX] *des. V* 4. 6. 19; Intromissa lex ista in libro secundo, titulo quinto, era quinta *praemittit V* 14; ANTIQUA *add. V* 15. GLOR. *deest E* 2. EGICA] *ita E* 2. *V* 5. 14. 17; EGIGA *V* 1. 8; RCSDS *V* 2; CINTASVINTUS *Mad.* ‖ *l.* 24. aliut] *ita semper E* 2; aliud *cett.* testem] testes *V* 1. allegare *V* 2. ‖ *l.* 26. oportet *V* 1. 4. 5. adque] *ita E* 2; atque *cett.* cognitione *E* 2. ‖ *l.* 27. agitatur] *ita E* 2; vero agitetur *V* 2; peragitur *cett.*

1) *Cf. Cod. Iust. IV,* 21, 16.

II, 5, 18. *Nov.*] vel transhactionibus scripturarum promta videatur quorundam donatorum voluntas; que tamen testibus aliut alliget occulte, quam quod per scripture seriem noscitur definisse. In qua bifarie duplicitatis astutia quid aliut quam duplex comprobatur voluntas, quia, simplicitatis puritate exclusa, aliut foris publicat, aliut per occultum alligat testem? Quapropter, cum quisquis de quibuslibet rebus scripturam donationis vel venditionis in alterius faciens nomine aliut reperiatur conligare per testem, quam quod per manifestam scripturam cognoscitur definisse, noverit se parti illi penam scripture debere persolvere, cui circumventione callida noscitur inlusisse, et insuper cum infamio sue persone, quod semel eum constat dedisse, nulla unquam poterit repetitione reposcere. Nec testis illic ad testificandum aliut admittatur, qui aliquid aliut protestetur, quam quod prolata donatoris scriptura testatur, ut, repulsa deinceps omni argumentationis sollicitudine, quidquid per manifestam et legitimam scripturarum seriem definitur, nulla subordinati testis machinatione devocetur in irritum. Et hec quidem lex inter equales gradu vel ordine promulgata servabitur. Ceterum si eiusdem potestatis atque conpassionis [1] sit ille, qui scripturam se accepisse obiecerit, ut potius exacta ab eo, quam oblata ei scriptura credatur, quidquid de huiusmodi occasionibus ab auctore scripture convinci poterit, tunc et scriptura ipsa invalida erit, et res in donatoris iure possessura transibit.

II, 5, 19. *Nov.*] FLAVIUS GLORIOSUS EGIGA REX.

Ut [2] nemo deinceps citra fidem regiam vel propria causarum negotia in deceptione regie potestatis vel cuiuslibet alterius se iuramenti vinculo alligare presumat.

Plerumque solet humani generis inimicus pravis corda hominum suggestionibus inretire et fidelium animos pestifero veneni poculo sauciare. Inde

II, 5, 18. *l.* 1. vel] et *V* 2. 6; *deest Mad.* transhactionibus] *ita E* 2. *V* 6; transactionibus *cett.*; vel causis *add. Mad.* ‖ *l.* 2. quam quod] p a t u l e *add. V* 1. 4. *Mad.*, *post add. V* 6. ‖ *l.* 3. noxitur *E* 2 (*hic et infra*). *V* 6. astutia — simplicitatis *des. E* 2. ‖ *l.* 4. dupla *V* 2. ‖ *l.* 5. allegat *V* 1; alligat *V* 6; obliget *V* 2. Quapropter — testem quam *des. E* 2. ‖ *l.* 6. scripturarum donationes vel venditiones *V* 1. vindiccionis *V* 6. ‖ *l.* 7. conlegare *V* 1; alligare *V* 4. manifesta scriptura *E* 2; manifestas scripturas *V* 4. 5. *Mad.* ‖ *l.* 8. agnoscitur *V* 4. *Mad.* penas *E* 2. debere] *ita V* 2. *Mad.*; devere *E* 2; *deest V* 1. 4. 5. 6. ‖ *l.* 9. cui circumventione] nam cumventione *E* 2. calida *E* 2. infamio] *ita V* 1. 6; infamie *E* 2; infamia *V* 2. 4. *Pith. Mad.* ‖ *l.* 10. nullam umquam p. repetitionem *E* 2. ‖ *l.* 11. testes *E* 2. amittitur *E* 2. ‖ *l.* 12. aliquit *E* 2. protestatur *E* 2. prolatum donatur *E* 2. ‖ *l.* 14. nulla] nullus *E* 2. *V* 1; unquam *add. V* 1. 4. subornati *Mad.* macinatione *E* 2. ‖ *l.* 15. revocetur *V* 15. ‖ *l.* 16. conpassionis] *ita E* 2. *V* 2; conpassionis *corr.* conpersionis *V* 6; conspersionis *V* 1. 4; conditionis *Pith. Mad.* non sit *V* 2. ‖ *l.* 17. se *deest E* 2. ‖ *l.* 18. ei] eis *E* 2. quidquid] quid *E* 2. de huiusmodi] eiusmodi *E* 2; ille huiusmodi *V* 2. occas.] actionibus *V* 15. autore *E* 2. ‖ *l.* 19. scripturarum *V* 2. ‖ *l.* 20. iure] *ita E* 2. *V* 1. 2. 6; iura *V* 4. *Pith. Mad.* possessura] posset *E* 2; possidenda *V* 5. transibit] transire *ead. man. corr.* transivit *E* 2; transivit *V* 6.

II, 5, 19. *Codd. E* 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. (15). 17. — *l.* 21. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 4. 6; NOVA *add. Mad. (ex V* 15?). GLOR.] GLS *V* 2. 3; GLOR. *Mad. (ex V* 15?). EGIGA] *ita V* 1. 2. *Pith.*; EGIKA *V* 3; EGICA *V* 5. 17. *Mad.* ‖ *l.* 22. citra] cetera *E* 2; contra *V* 1. 3. 4. ‖ *l.* 23. in deceptione] in *deest V* 2. 4. 5. 6. cuiuslibet] rei *add. V* 3. ‖ *l.* 24. adligare *V* 1; obligare *V* 4. presumserit *V* 3. *l.* 26. animas *V* 3. sauciari *V* 4. Inde] *ita V* 1. 5. 8; in *E* 2; id est *V* 3; Idcirco *V* 2; Proinde *V* 6. 17; Unde *V* 4.

1) *Id est: 'si tantae potestatis et tam exiquae compassionis ille est'.* 2) *Haec lex novella, ad calcem libri huius addita, est supplemento legibus II,* 1, 6—9; *cf. 'N. Arch.' XXIII, p.* 507; *XXIV, p.* 69.

Nov.] quod, quanto plebs regie celsitudinis culmen sincera debet reverentia honorare, tanto amplius* vel in eius deceptione vel aliarum personarum videntur mentes plebium excitari. Quidam enim, dum sententiam illam canonis Toletani[1] adtendunt, in qua decretum est, neminem licere citra manifestum et evidens culpe indicium ab honore sui ordinis vel servitio domus regie deici et nec antea vinculorum nexibus inligari vel questionibus subdi, nisi prius in publica fuerint examinatione deducti, subtili se quodammodo iuramento in necem vel abiectionem regiam perfidie nituntur fraudibus alligare; ne ea, que fraudis moliuntur peragenda consiliis, ab alterutro cernantur quandoquidem propalari. Quod et temporibus nostris detectum facinus manifestis eorum confessionibus retinetur, qui nostram gloriam conati sunt aut gladio interimere aut mortifera veneni potione decipere[2]. His igitur nefarie argumentationis consiliis legalibus congruit obviare censuris, quod nec principalis honor qualibet possit gravitate devolvi, et infidelium pectora condigna debeant ultione retundi. Unde speciali edicto decernimus, ut nemo deinceps citra fidem regiam vel propria causarum II, 5, 19.

*) *V* 3: amplius in eius deceptionem retundi, ut ipsi tali edicto decernimus, ut nemo personarum videatur mentes levium excitare. Quidam *etc.*

II, 5, 19. *l.* 1. quod] *ita E* 2. *V* 3; que *V* 4; *deest V* 5; quia *cett.* plebs] plus *V* 3. referentia *E* 2. honorari *V* 3. || *l.* 2. vel in eius] vel eius *E* 2. vel aliarum *des. E* 2. *V* 3. 5. persone *V* 3; pre *V* 5. videtur *V* 2. 6. 17; videntes *V* 1. || *l.* 3. excitari] *ita E* 2. *V* 4; excitare *cett.* Quidam — potione decipere (*infra l.* 12) *om. V* 2. || *l.* 4. citra] cetera *E* 2; contra *V* 4. manifestum — indicium] *ita V* 3. 4. 5; *cf. Conc. Tol. XIII. c.* 2; manifesta et evidens culpe indui *E* 2; manifeste evidentiam culpe induci *V* 1. 6. 17. *Pith.* || *l.* 5. onore *E* 2; honere *V* 1. deici et] dici et *V* 1; deici *V* 3; duci *V* 5. *l.* 6. illigari *V* 1. nisi] nam si *E* 2; nihil *V* 4. || *l.* 7. nece *V* 1; neces *V* 5. || *l.* 8. perfidis *V* 5. alligare — fraudis *des. V* 4. alligare] adligare *E* 2; illigari *V* 1; inligare *V* 3. ne — fraudis] nec ea que de fraudibus *E* 2; nec eam que nefandis *V* 3. fraudis *deest V* 5. || *l.* 9. peragende *E* 2; peragendas *V* 4; peragere *V* 5; poenam quandam *V* 3. ne ab *V* 4. alterutrum *E* 2. cernuntur *V* 1; decernantur *V* 4; testantur *V* 3. propalari] propagari *E* 2. *V* 4. 5. 6. || *l.* 10. Quod et] Quod de *E* 2; Quod in *V* 1. temporis nostri *V* 3. detectum facinus] in quibus detestum *E* 2; in quibusdam dectum *V* 4; decretum f. *V* 1; facinus detectum *V* 3. eorum] se *E* 2. || *l.* 12. legalibus *deest V* 2. || *l.* 13. congruit obviare censuris legalibus *V* 6. *Pith.* obviari *V* 2. 4. quod] *ita E* 2. *V* 2. 6 (*ubi* aut *post add.*); quot *V* 3; quo *V* 1. 4. 5; quout *V* 17. *Pith.* honos *E* 2. gravitate devolvi] grabitate devolbi *E* 2; pravitate develli *V* 3. || *l.* 14. Unde] Ut *V* 3. speciali] specialiter *E* 2; ipsi tali *V* 3. || *l.* 15. edicto] edictione *V* 1; ediccione *V* 5; editione *V* 4. citra] cetera *E* 2; contra *V* 3. regiam vel — negotia] regia negotio *V* 3.

1) *Sc. can.* 2. *Concilii Toletani XIII. a.* 683. *sub Ervigio rege habiti:* decrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu vel religionis sanctae conventu regiae subtilitatis astu vel profanae potestatis instinctu sive quorumlibet hominum malitiosae voluntatis obnixu citra manifestum et evidens culpae suae indicium ab honore sui ordinis vel servitio domus regiae arceatur, non antea vinculorum nexibus illigetur, non quaestioni subdatur, non quibuslibet tormentorum vel flagellorum generibus maceretur, non rebus privetur neque etiam carceralibus custodiis mancipetur neque adhibitis hinc inde iniustis occasionibus abdicetur, per quod illi violenta, occulta vel fraudulenta professio extrahatur; sed is, qui accusatur, gradum ordinis sui tenens et nihil ante de supradictorum capitulorum nocibilitate persentiens, in publica sacerdotum, seniorum atque etiam gardingorum discussione deductus et iustissime perquisitus, aut obnoxius reatui detectae culpae legum poenas excipiat, aut innoxius iudicio omnium comprobatus appareat. 2) *Spectant haec verba ad detectam coniurationem a Sisberto metropolitano Toletano contra Egicanum regem factam.; cf. Dahn, 'Könige' V, p.* 220 *sq. Sisbertus a concilio Toletano XVI. (a.* 693*) condemnatus est; cf. eiusdem concilii can.* 9. 10. *et Decretum iudicii canonibus subiectum.*

II, 5, 19. *Nov.*] negotia se cum alio presumat vinculis nectere iuramenti aut in deceptione potestatis regie vel cuiuslibet alterius tam scelerate fraudis audeat actione constringi. Si quis vero amodo aliter, quam premissum est, huiusmodi iuramento se alligare presumserit, illius se noverit legis perculi sanctione, que perfidis noscitur et contra regem agentibus promulgata existere[1].

II, 5, 19. *l.* 1. cum alio] aut alios *V* 3. in deceptione] in deceptionem *V* 3. 5; de inceptionem *V* 4. | *l.* 2. se audeat *V* 3. | *l.* 3. constringere *V* 5. *ubi* actione *deest.* | *l.* 4. alligare] alligari *V* 6; illigari *V* 2. illius se noverit *des.* *V* 3. perculi] *ita* *V* 6. *Pith.*; percelli *V* 5; periculi *E* 2. *V* 1. 2; periculis *V* 3. 4. *Mad.* que perfidis] quid perfidis *E* 2; que de p. *V* 3. || *l.* 5. existere] subiacebit *add.* *V* 3.

1) *Relegatur his verbis ad legem II,* 1, 8.

Recc. Erv.]

DE ORDINE CONIUGALI.

LIBER TERTIUS.

I. TITULUS: DE DISPOSITIONIBUS NUPTIARUM.

***Recc. Erv.*]** I. ANTIQUA. **III, 1, 1.**

Ut[1] tam Goto Romana, quam Romano Gotam matrimonio liceat sociari.

Sollicita cura in principem esse dinoscitur, cum pro futuris utilitatibus beneficia populo providentur; nec parum exultare debet libertas ingenita, cum fractas vires

LIB. III. TIT. I. *Lemmata. Codd. R* 1. 2. 4 *(frg.). E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 5. 6. — *l.* 1. ORDINE] :::INES *R* 1; ORIGINE *E* 2. *V* 3. 5. ‖ *l.* 3. NUPTIARUM] SCRIPTURARUM *E* 1.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 4. Goto *corr.* Gotus *R* 2; Gotho Romanam *E* 1. Romano] Romanus *E* 2. Gotham *E* 1. matrimonio l. sociari *des. R* 2. ‖ *l.* 5. volumtate] *ita R* 1. *E* 2; voluntatem *R* 2. cum] quae *E* 1; cum — disponsata *des. R* 2. ‖ *l.* 7. maioris *E* 2. ‖ *l.* 10. utrisque sexu *E* 1. coniunctio filiorum *R* 1. in — consistat *des. R* 2. ‖ *l.* 12. Si] Ut *E* 2. aut — presumat *des. R* 2. ‖ *l.* 13. Ut] *ita R;* Ne sine dote coniugium fiat et ut *E* 1; Ne — fiat ut *E* 2. ‖ *l.* 14. dos] dotes *E* 1. fuerint *R* 2. firmitate *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 15. optineat] obtineat *E;* habeat *R* 2.

III, 1, 1. *Codd. R* 1. 2. 4 *(frg.). E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 17. ANTIQUA] *ita R* 1. 2. *V* 4. 6. 15; *deest E. V* 1. 2. 3. 8. 19; FLS RCDS REX *V* 5. 17. *Pith.; cf. Mad. l.* 18. Goto] Gotus *R* 2; Gotho *E* 1; Gothos *V* 1; Gothis *V* 4. Romana] *ita R* 1; Romanam *cett.* Romano] Romanus *E* 2; Romanos *V* 1; Romanis *V* 4. Gotham *E* 1. *V* 1. in matrimonio *V* 1. 4. sociare *R* 2. *E* 2. *V* 1. 4. 6. ‖ *l.* 19. principem] *ita R* 1. 2. *E. V* 2; principe *cett.* hutilitatibus *R* 1. *l.* 20. populo] *ita R* 1. 2. *V* 3. 15; populorum *cett.* ingenita] ingenuitas *E.*

1) *De hac Leovigildi, ut videtur, lege cf. 'N. Arch.' XXIII, p.* 477 *sq.; XXIV, p.* 573 *sqq.*

III, 1, 1. *Recc. Erv.*] habuerit prisce legis [1] abolita sententia, que incongrue dividere maluit personas in coniuges, quas dignitas conpares exequabit in genere. Ob hoc meliori proposito salubriter censentes, prisce legis remota sententia, hac in perpetuum valitura lege sanccimus: ut tam Gotus Romanam, quam etiam Gotam Romanus si coniugem habere voluerit, premissa petitione dignissimam, facultas eis nubendi subiaceat, liberumque sit libero liberam, quam voluerit, honesta coniunctione, consultum perquirendo, prosapie sollemniter consensu* comite [2], percipere coniugem.

*) *Pro verbis:* consensu comite percipere coniugem, *quae probantur codicibus R* †. 2. 4. *E* 1. *V* 3. 6 *(pr. man.).* 14. 19. *Mad., praebent E* 2. *V* 1. 2. 4. 5. 6 *(alt. man.).* 8. 17. *Pith.:* consensu comite permittente percipere coniugem.

III, 1, 2. *Recc.*] II. ANTIQUA.

Si [3] puella contra volumtatem patris alio nubat, cum sit alteri disponsata.

Si quis puellam cum volumtatem patris sponsatam habuerit, et ipsa puella, contemnens volumtatem patris, ad alium tendens, patri contradicat, ut illi non detur, cui a patre fuerit pacta, hoc ita eam nullo modo facere permittimus. Quod

Erv.] II.

Si puella contra voluntatem patris alio nubat, cum sit alteri disponsata.

Si quis puellam cum voluntate patris aut aliorum propinquorum parentum, quibus ex lege huiusmodi potestas tribuitur, sponsatam habuerit, et ipsa puella, contemnens voluntatem parentum, ad alium tendens, parentibus contradicat, ut illi non detur, cui a parentibus

III, 1, 1. *l.* 1. abolita] oblita *E* 2. *V* 4. 8; absoluta *Mad.* incongruen *R* 2. 4. || *l.* 2. dignitas] dignas *R* 1. conpares] conparans *R* 1; conparare *E* 1. exequabit] *ita R* 2. *E;* equabit *R* 4; exequavit *R* 1. *V* 1. 2. 3. *alii;* aequaverit *V* 6. *Pith.* || *l.* 3. preposito *R* 1. valetura *R* 1. || *l.* 4. sancximus *R* 4; sancimus *E* 1; sancsimus *E* 2. tam] etiam *E* 1; si tam *V* 2. Gothus *E* 1. Gotha *E* 1. si] sivi *E* 2; sibi *R* 4. *V* 2; si sibi *V* 1. 6. *Pith.* coniugem] *ita R* 2. 4. *E* 2. *V;* coniuge *R* 1. *E* 1. || *l.* 5. abere *R* 2. *E* 2. permissam *R* 4. petitionem *R* 2. 4. *E* 2. dignissima *E* 1. *V.* eis] eisque *R* 1. liberumque] liverumque *R* 2; liberoque *R* 4. || *l.* 6. libero *deest R* 1. 4. *E* 2; livero *R* 2. livera *R* 2. onesta c. *R* 1; honestam coniunctionem *R* 2. 4. consultum perquirendum *R* 1. 4. *V* 3; consultu perquirendo *E* 1. *V* 1. 6; consulto perquirendo *V* 2. || *l.* 7. prosapie] prosapiam *V* 1. 2. 6; prosapientie *E* 2; prosapiens *V* 3. sollemniter] solemnitatis *corr.* solemniter *E* 2; solennitatis *V* 2; solempni (solemni) *V* 1. 4. 5. 8. 17; psollemni *R* 4; solemnem *V* 3. consensus *Mad.* comitte *R* 4; comitem *V* 3.

III, 1, 2. *Codd. R* 1. 2. 4 *(frg.).* — *l.* 15. cum volumtatem] *ita R* 1. 2; contra volumtatem *R* 4. *l.* 16. et ut ipsa *R* 4.

III, 1, 2. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 11. II] ANTIQUA *add. V* 1. 4. 5. 6. 8. 17; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *add. V* 15. || *l.* 15. aut] vel *E* 2. || *l.* 18. ipsa] illa *V* 1.

1) *Haec verba aut ad L. Rom. Vis. C. Th. III,* 14, 1 *cum Interpretatione aut, quod verisimilius est, ad legem quandam deperditam Codicis Euriciani, quae eadem constituit, referenda sunt. Cf. 'N. Arch.' XXIII. p.* 88 *sq.: XXIV. p.* 573 *sqq.* 2) *Id est 'prosapiae (= parentum) consensu comitante', ubi comite eodem modo usurpatur atque in verbis 'vita comite', Genes.* 18, 10. 14. *Verba:* consensu comite permittente, *sub asterisco a nobis subiecta, quae viri docti de comitis consensu intelligenda esse opinati sunt, non sunt genuini textus. Suspicor verbum* permittente *glossulam esse a scriba quodam additam ad vocem* comite *interpretandam indeque in textum irrepsisse. Cf. etiam quae monui 'N. Arch.' XXIV, p.* 575. 3) *De hac lege et reliquis huius tituli legibus antiquis c.* 6. 7. 8. *cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 577 *sqq. Praeterea de hoc et sequentibus capitulis cf. Dahn, 'Studien' p.* 114 *sqq.; London, Quaestiones de historia iuris familiae, quod in lege Visigothorum inest (Diss. iur. Regimont. a.* 1875*).*

Recc.] si ipsa puella contra volumtatem paternam ad alium, quem ipsa cupierat, forte pervenerit, et ipse eam uxorem habere presumserit, ambo in potestatem eius tradantur, qui eam cum volumtatem patris sponsatam habuerat. Et si fratres vel mater eius aut alii parentes male volumtati eius consenserint, ut eam illi traderent, quem ipsa sibi contra paternam volumtatem cupierat, et hoc ad effectum perduxerint, illi, qui hoc macinaverunt, libram auri dent, cui rex iusserit; sic tamen, ut volumtas eorum non habeat firmitatem, sed ipsi, sicut superius diximus, ambo tradantur cum omni substantia sua illi, cui antea fuerat disponsata. Eandem[1] legem precipimus custodiri, si pater de filie nuptiis definierit et de pretio convenerit, hac si ab hac vita transierit, antequam eam pater suus nuptui tradat: ut illi puella tradatur, cui a patre vel a matre pacta constiterit.

Erv.] fuerit pacta, hoc ita eam nullo modo facere permittimus. Quod si ipsa puella contra voluntatem parentum ad alium, quem ipsa cupierat, forte pervenerit, et ipse eam uxorem habere forte presumserit, ambo in potestate eius tradantur, qui eam cum voluntate parentum sponsatam habuerat. Et si fratres vel mater eius aut alii parentes male voluntati eius consenserint, ut eam illi traderent, quem ipsa sibi contra paterna voluntate cupierat, et hoc ad effectum perduxerint, illi, qui hoc machinaverunt, libram auri dent, cui rex iusserit; sic tamen, ut voluntas eorum non habeat firmitatem, sed ipsi, sicut superius diximus, ambo tradantur cum omni substantia sua illi, cui antea fuerat disponsata. Eandem legem precipimus custodiri, si pater de filie nuptiis definierit et de pretio convenerit, ac si ab hac vita transierit, antequam eam pater suus nuptui tradat: ut illi puella tradatur, cui a patre vel a matre pacta constiterit. **III, 1, 2.**

III, 1, 2. *l.* 4. ambi *R* 2. potestate *R* 2. 4. *l.* 5. volumtatem] *ita R* 1. 4; volumtate *R* 2. ‖ *l.* 11. libra *R* 1. ‖ *l.* 16. disponsata] sponsata *R* 2. 4. Eadem *R* 1. ‖ *l.* 18. nubtias *R* 4. ‖ *l.* 19. hac] *ita R* 1. 4; ac *R* 2. transierint *R* 1. *l.* 20. nuptui] *ita R* 1; nubtui *R* 4; nuptu *R* 2. *l.* 22. constiterat *R* 1.

III, 1, 2. *l.* 2. voluntate *E* 1. ‖ *l.* 3. quem] quae *E* 1. ‖ *l.* 4. forte presumserit] *ita E* 1. *V* 1. 4. 5. *Pith.*; presumserit *E* 2. *V* 2. 6. 8. 14. 15; voluerit *V* 3. *Mad.* ‖ *l.* 5. potestatem *V* 2. 3. 15. *l.* 6. sponsatam] *ita E* 2. *V* 3. *Mad.*; desponsatam *V* 1. 4. 5; disponsatam *V* 2. 8. 15; sponsam *E* 1. *V* 6. *Pith.* ‖ *l.* 8. voluntati] voluntatis *E.* ‖ *l.* 9. paterna voluntate] *ita E* 1; paternam voluntatem *V* 4. *Mad.*; paternam vel parentum voluntatem *V* 1. 5; parentum bolumtate *E* 2; parentum voluntatem *V* 2. 6. 8. 14; voluntate parentum *V* 3. ‖ *l.* 11. macinaverunt *E* 2. libra *E* 1. iusserit] voluerit *V* 6. *l.* 15. disponsata] *ita E* 2. *V* 2. 3. 6; desponsata *V* 1. 4. 5; sponsata *E* 1. *Mad. Pith.* Eadem *E* 1. *l.* 16. de filia nuptias *E*; de filie nuptias *V* 15. *l.* 17. pretio dotis *Mad.* ac si] ac sic *E* 1; hac si *E* 2. ‖ *l.* 18. nuptui] nuptii *E* 1; nubtie *E* 2. *l.* 19. a matre] a *deest V* 1. 2. 3. 6.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. III,* 5, 7: Si pater pactum de filiae nuptiis inierit et humana sorte consumtus ad vota non potuerit pervenire, id inter sponsos firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur definitum. — *Interpr.*: Ubi de coniunctione filiae patris sententia fuerit definitum, si humano casu, antequam puella iungatur, mortuus fuerit pater, mutari placitum nulla poterit ratione.

III, 1, 3. *Recc. Erv.*]

III. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De[1] non revocandis datis arris.

Dum preteritorum facta recolimus, futuris ponere presumtionibus terminum consultissimum arbitramur. Quia ergo sunt plerique, qui facte sponsionis inmemores nuptialium federum definitionem differant adinplere, abrogari decet huius rei licentiam, ut non unusquisque pro suo velle alteri dilationem exibeat. Ideoque a die late huius legis decernimus, ut, cum inter eos, qui disponsandi sunt, sive inter eorum parentes aut fortasse propinquos pro filiorum nuptiis coram testibus precesserit definitio, et anulus arrarum nomine datus fuerit[2] vel acceptus, quamvis scripture non intercurrant[3], nullatenus promissio violetur*. Nec liceat uni parti suam inmutare aliquatenus volumtatem, si pars altera prebere consensum noluerit; sed, secundum legem alteram[4] constitutionem dotis inpleta, nuptiarum inter eos peragatur festa celebritas.

*) *V* 1. 2. 4. 5. 6. 8. *Pith. add.:* cum qua datus est anulus et definitio facta coram testibus.

III, 1, 4. *Recc. Erv.*]

IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne viris minoris etatis maiores femine disponsentur*.

*) *V* 1. 5. 6 *add.:* et de biennio placiti.

Ius nature tunc directi in spem procreationis future transmittitur, cum nuptiarum fedus totius sollemnitatis concordia ordinatur. Nam si aut etatum aut personarum in-

III, 1, 3. *Codd.* *R* 1. 2. 4. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 19). — *l.* 1. FL. — REX] *des.* *E.* *V* 3. 4. 15. 19. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CHINDS *R* 1; CHNID *R* 4; CHDS *V* 1. 6. 17; GLS CHNDS *V* 2; RCDS *V* 5. ‖ *l.* 3. Dum] Cum *V* 2. 17. ‖ *l.* 5. abrogari] *ita* *R* 1. *E* 1; abrogare *R* 2. 4. *E* 2. *V.* licentia *R* 1. ‖ *l.* 6. pro suo *des.* *R* 1. velle] vel *R* 2. 4. *E* 2. dilatione *R* 1. *l.* 7. cum *deest* *R* 2. ‖ *l.* 8. quoram *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 9. nomine] sponse *add. al. m.* *E* 2. vel] et *R* 1. scriptura *R* 1. ‖ *l.* 10. violetur *al. man. corr.* revolvetur *E* 2. ‖ *l.* 11. prevere *R* 1. consensum] cons. *reliqua des.* *R* 4. legem] legum ordinem *V* 5. 6; legum ordinationem *V* 4. alteram constitutione *V* 2; altera constitutione *V* 1. 3. 4. 5. 6. ‖ *l.* 12. inpleat *E* 2. festiva *V* 2. 6.

III, 1, 4. *Codd.* *R* 1. 2. 4 *(frg.).* *E* 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 18. 19). — *l.* 14. FL. — REX] *des.* *E* 2. *V* 2. 3. 4. 19. RECC.] RECↃDS *R* 1; RECCESVINDUS *R* 2; REHDS *V* 1; RCDS *V* 5; CHDS *V* 6. 17; CINDASVINDUS *V* 15; (GL. *deest* *V* 6. 15). ‖ *l.* 17. directi] *ita pro* directe *R* 1. 2; directim *V* 3; directum *R* 4. *E* 2. *V* 1. 2. 4. *rell.* cum] quod *E* 2; quando *V* 6. ‖ *l.* 18. totius] otius *R* 1. etate *V* 1. 4. 6.

1) *Ex hac rubrica cum ipso legis contextu collata efficitur, arram sponsaliciam a sponso datam apud Visigothos eandem vim atque rationem habuisse, quam, ut docuit A. Heusler, 'Institutionen' I, p.* 84 *sq.; II, p.* 253 *sqq. ex L. Vis. V,* 4, 4 *(= Cod. Eur. c.* 297*), habuit arra, quae super facienda emptione ab emptore dari solita est. Arra enim data accipientem tantummodo obligavit, neque vero dantem, qui, seu sponsus seu emptor, arram revocando contractum solvere potuit. Cf. quae de hac re ceteroque legis huius tenore disserui 'N. Arch.' XXIV, p.* 578 *sqq. De arris sponsaliciis Romanorum v. Cod. Iust. V,* 1, *l.* 3. 5*;* 2, *l. un.* 2) *De anulo arrae nomine dato cf. Dig. XIX,* 1, 11, § 6*:* Si anulus datus sit arrae nomine . . .; *XIV,* 3, 5, § 15*:* . . . anulum arrae nomine acceperit . . .; *XIX,* 5, 17, § 5*:* Si quis sponsionis causa anulos acceperit . . . *Cf. R. Sohm, 'Recht der Eheschliessung' p.* 54 *sqq.; E. Hofmann, 'Ueber den Verlobungs- und den Trauring' in 'SB. d. Wien. Akad.' LXV (*1870*) p.* 855 *sqq.* 3) *Cf. infra III,* 1, 4*:* aut arrarum aut scripture celebrata confectio; *III,* 6, 3*:* post arrarum traditionem aut facta secundum leges definitionis sponsione. 4) *Verba* legem alteram *relegare videntur ad III,* 1, 5.

Recc. Erv.] competenti condicione adnectitur copulum nuptiale, quid restat in procreationis origine, nisi ut quod nasciturus est aut dissimile maneat aut biforme? Nec enim poterit in pacis concordia nasci, quod per discordiam originis noscitur seminari. Vidimus enim quosdam non avidos amore nature, sed inlectos cupiditatis ardore filiis suis tam inordinatim disponere federa nuptiarum, ut in eorum actis nec etatum concors sit ordo, nec morum. Nam cum viris res illa dederit nomen, quod vi feminas agant[1], sti per repugnantia nature conamina maribus puellulas anteponunt, dum infantibus adulescentulas disponsationis copula iungunt sicque per etatis prepostere tempus honestatis lucrum dilabi cogunt ad inpudicitie lapsum, dum puellarum avidior et maxima etas seros tardosque virorum contemnit expectare proventus. Ut ergo male ordinata propagatio generis in ordine a transductionibus reducatur inlicitis, huius sanctione decernitur legis, ut femine minoris semper etate viris maioribus in matrimonium disponsentur. Aliter disponsatio facta, si una pars contradicere videatur, nullo modo manere iubetur[2]. A die vero sponsionis usque ad nuptiarum diem non amplius quam biennium expectetur[3], nisi aut parentum aut cognationis vel certe **III, 1, 4.**

III, 1, 4. *l.* 1. copulum] *ita R* 2. 4; quodplurimi *R* 1; copula *V* 1—6. 8. nuptialis *V* 1. 2. 6. 8; nuptiali *V* 5. || *l.* 2. nasciturum *E* 2. *V.* biforme] *ita R* 1. 2. *Mad.;* diforme *R* 4. *V* 4. 8; deforme *E* 2. *V* 1. 2. 3. 5. 6. || *l.* 3. noscitur] non scitur *R* 1. seminari] semina *R* 1. || *l.* 4. Videmus *E* 2. *V* 1. 2. 6. nature] nare *R* 1. || *l.* 5. inordinatum *R* 1; hinordinatim *R* 2; inordinati *R* 4; inordinate *E* 2. *V* 2. 4. 6. in *deest R* 1. etatum] *ita R* 1. 2. 4. *V* 3; etatis *E* 2; etati *V* 5; etate *V* 1. 2. 4. 6. concors] consors *R* 4. *V* 1. 3. 4. 5. || *l.* 6. moribus *V* 1. 2; mori *V* 5. viris] videris *R* 1. vi] vim *R* 4. *E* 2; *deest R* 1. *V* 2. agunt *R* 1. || *l.* 7. sti] *ita R* 1. 2; histi *R* 4; isti *cett.* repugnantium *V* 6; pugnantia *V* 3; inpunenantium *E* 2. quonamina *R* 1. pullulas *R* 1; puellalibus *V* 3; puellas *V* 1. 2. 4. 5. 6. 15. dum] de *R* 1. infantulis *E* 2. || *l.* 8. dispensationis *R* 1. 4. copulo *E* 2. *V* 1. 3. *alii.* coniungunt *V.* 1. 4. 5. prepositere *R* 1; preposce . . *R* 4; prepocere *E* 2. || *l.* 9. dilabit *R* 1. || *l.* 10. seros] phis *R* 1; sexus *R* 2. espectare *R* 1. preventus *R* 2. || *l.* 11. hordinata *R* 2; hor . . . . *R* 4. propugnatio *R* 1. ordine] *ita R* 1. *E* 1; hordine *R* 4; ordinem *alii.* a] *ita R* 2. *V* 4. 5. *Mad.; deest R* 1. *E* 2. *V* 1. 2. 3. 6. reducatur ab illicitis *V* 2. || *l.* 12. minoris semper etate] *ita* (*pro* minores s. e.) *E* 2; minor s. etate *R* 1; . . . . . te *R* 4; minoris s. etatem *R* 2; minoris s. etatis *V.* || *l.* 13. matrimonium] *ita R* 1; matrimonio *cett.* || *l.* 14. isponsionis *R* 1.

1) *Cf. Isidori Etymol. XI,* 2, 17*:* Vir nuncupatus, quod maior in eo vis est quam in femina, unde et virtus nomen accepit, sive quod vi agat feminam. 2) *Propter maiorem aetatem sponsae desponsationem ab utraque parte posse dissolvi lex concedit, ut recte interpretati sunt Dahn, 'Studien' p.* 115 *et London p.* 22*; neque vero matrimonia aetate inaequalium prohibentur, ut perperam opinati sunt praeter viros doctos, quos nominat London l. c., etiam Richter-Dove, 'Kirchenrecht' ed.* 8. *p.* 1081. *Cf. cum lege nostra Conc. Civit. in Foro Iulii a.* 796, *c.* 9, *Mansi, Ampl. conc. coll. XIII, col.* 848 *sqq. (cf. A. Werminghoff, 'N. Arch.' XXIV, p.* 474*); LL. Cap. I, p.* 232, *c.* 1. 3) *Haec ex lege antiqua Codicis Euriciani deperdita, quae secundum leges Romanas scripta erat, sumpta videntur; cf. Cod. Theod. III,* 5, 4*:* Si is, qui puellam suis nuptiis pactus est, intra biennium exsequi nuptias supersederit, eiusque spatii fine decurso in alterius postea coniunctionem puella pervenerit, nihil fraudis ei sit, quae nuptias maturando vota sua diutius eludi non passa est; *III,* 5, 5 *(recepta in L. Rom. Vis. C. Th. III,* 5, 4*):* Patri puellae aut tutori . . . non liceat, cum prius militi puellam desponderit, eandem alii in matrimonium tradere. Quod si intra biennium, . . . in insulam relegetur. Quod si pactis nuptiis transcurso biennio *etc.;* nec quicquam noceat ei, qui post biennium puellam marito alteri tradidit. *Interpretatio:* Si quis aut privatus aut militans . . . cum patre . . . vel propinquis de puellae coniunctione definierit, debet post definitionem intra biennium nuptias celebrare. Quod si tarditate aut neglegentia sponsi biennii tempus excesserit, et alio viro se puella coniunxerit *etc.; L. Rom. Burg.* 27, 2*:* quisque datis arris intra biennium nuptias celebrare tardaverit, . . . liceat parentibus puellam . . . alii matrimonio sociare. *Ex deperdita lege illa*

III, 1, 4. *Recc. Erv.*] ipsorum sponsorum, si profecte sunt iam etatis, honesta et conveniens adfuerit consensio volumtatis. Sin autem in hoc federe inita pacta vel definitiones pro elongatione nuptiarum communis volumtas inmutare decreverit, aut si per necessitatem una persona defuerit, non amplius quam duorum annorum tempus prolongatio continebit. Et si rursum vel quotiens fieri ita convenerit, biennii tantummodo in definitione spatium erit. Aliter quandoque aut arrarum aut scripture celebrata confectio non valebit. Si quis sane constitutum definitionis tempus absque necessitatem [1] vel volumtatis consensionem transcendere voluerit suamque volumtatem a promissione coniugali removerit, et penam, que in placito continetur, adinpleat [2], et quod definitum est inmutare non liceat [3]. Mulier autem, quam constiterit aut unum aut plures habuisse maritos, post eorumdem virorum obitum alii viro ab adulescentie eius annis, seu illi, qui necdum uxorem habuit, sive ei, quem unius vel plurimorum coniugum vita destituit, honeste hac legaliter nubere nullatenus inlicita erit.

III, 1, 5. *Recc.*] V.

FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De [1] quantitate rerum conscribende dotis.

Cum de dotibus diversa sepe inter nubentes oriatur intentio, plurimorum fit utilitati consultum, si evidens rei huius institutio nihil ultra relinquat ambiguum.

Erv.] V.

De quantitate rerum conscribende dotis.

Cum de dotibus diversa sepe inter nubentes oriatur intentio, plurimorum fit utilitati consultum, si evidens rei huius institutio nihil ultra relinquat ambiguum. Decernimus igitur hac legis huius

III, 1, 4. *l.* 1. ipsorum *deest* *R* 1. sponsorum] isponsorum *R* 1; *deest* *R* 4. *E* 2. *V* 3. profecti *E* 2; perfecte *V* 2. 4. 5. 6. 8. sunt] sint *V* 2. 3. 4. 5. et *deest* *R* 1. ‖ *l.* 2. Sin] Si *E* 2. *V* 1. 6. *l.* 3. pro elongatione] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 1. 2. 3. 5. 6. 8; prelongatione *R* 2; prolongatione *V* 4. *Mad.* decreverit] voluerit *E* 2. *V* 6. ‖ *l.* 5. rursus *V* 1. 2. 6. vel quotiens] aliquociens *V* 2. fieri] fuerit *R* 1. *l.* 6. ispatium *R* 1. quandoque aut arrarum aut] quando aut *R* 1; quandoque arr. aut *E* 2. *V* 4. 5. *Mad.* celebratum *E* 2; celebrate *V* 1. 4. 5; deliberata *Mad.* ‖ *l.* 7. necessitatem vel] *ita* *R* 1; necessitatis aut *V* 3; necessitate vel *cett.* ‖ *l.* 8. consensionem] *ita* *R* 1. 2; concessione *E* 2; confessione *V* 3; consensione *cett.* consensionem — volumtatem *des.* *V* 6. transcendere voluerit] *ita* *R* 2. *E* 2. *V* 3; transcedere voluerit *R* 1; transcendere *al. m. post add.* *V* 6; implere distulerit *V* 1. 2. 4. 5. a prom.] ad promissionis *R* 1. ‖ *l.* 9. pena *R* 1; ipse penam *E* 2. ‖ *l.* 10. inmutari *R* 2. Mulier] *ita* *R* 1; Mulierem *cett.* ‖ *l.* 11. earundem *R* 1. hobitum *R* 1. ‖ *l.* 12. quem unius] que unus *R* 1. plurimorum] *ita* *R* 1. 2; primarum *E* 2; plurimarum *V*. ‖ *l.* 13. destuit *R* 1. inlicita] *ita* *R* 1; inlicitum *cett.* erit] est *E* 2. *V* 1. 6. 17.

III, 1, 5. *Codd.* *R* 1. 2. — *l.* 15. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CHNDS *R* 1. ‖ *l.* 20. hutilitati *R* 1. evidenter *R* 1. ‖ *l.* 21. inistitutio *R* 1.

III, 1, 5. *Codd.* *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17). — *l.* 14. V] FLS CHDS REX *add.* *V* 1. 6; FLAVIUS CINTASVINTUS REX. ANTIQUA *add.* *Mad.*; F. C. R. ANTIQUA NOVITER EMENDATA *add.* *V* 15; FLS GLS RCDS REX *add.* *V* 2; AN *add.* *V* 4. ‖ *l.* 21. hac] *ita* *E* 2. *V* 2. 6; in hanc *E* 1; ac *alii.* legis] legalis *E* 2. huius *deest* *E* 1.

Eurici etiam Rothari Edict. c. 178 *haustum esse videtur:* Si quis sponsaverit puellam liberam aut mulierem et post sponsalias factas et fabola firmata duo annus sponsus neclexerit eam tollere et dilataverit nuptias exequi, post transactum biennium potestatem habeat pater aut frater *etc.;* postea leciat eos ad marito alii dare. 1) *Cf. ibid. in fine:* excepto inevitavele causa. 2) *Cf. ibid.:* adinpleat metam. 3) *Contra ea, quae R. Loening, 'Vertragsbruch' p.* 151, *de hoc loco disseruit, v. quae exposui 'N. Arch.' XXIV, p.* 583. 4) *De hac lege disserui 'N. Arch.' XXIV, p.* 584 *sqq.; cf. R. Schroeder, 'Gesch. d. ehel. Güterrechts in Deutschland' I, p.* 70 *sq. Supplemento huic legi Reccessvindus dedit aliam infra III,* 1, 9.

Recc.] Decernimus igitur hac legis huius perpetim servatura sanctione censemus, ut quicumque ex palatii nostri primatibus vel senioribus gentis Gotorum filiam alterius vel cuiuslibet relictam filio suo poposcerit in coniugio copulandam, seu quisquis ex predicto ordinem uxorem sibi elegerit expetendam, non amplius in puelle vel mulieris nomine dotis titulo conferat vel conscribat, rebus omnibus intromissis, quam quod adpretiatum rationabiliter mille solidorum valere summam constiterit, adque insuper X pueros, X puellas et caballos XX sit illi conscribendi dandique concessa libertas[1]; ita ut de his omnibus rebus in coniugio mulier adsumta, si non reliquerit filios, facere quod voluerit liberam se noverit habere licentiam; aut si intestata decesserit, ad maritum aut ad propinquos mariti heredes eadem donatio redeat. Nec

Erv.] perpetim servatura sanctione censemus, ut **III, 1, 5.** quicumque ex palatii nostri primatibus vel senioribus gentis Gotorum filiam alterius vel cuiuslibet relictam filio* suo poposcerit in coniugio copulandam, seu quisquis ex predicto ordine uxorem sibi elegerit expetendam, non amplius unusquisque in puelle vel mulieris nomine dotis titulo conferat vel conscribat, quam quod decimam partem rerum suarum esse constiterit. Quod si contigerit, ut quicumque parentum pro filio suo in nurus sue nomine dotem conscribere debeat, eodem modo de id, quod eidem filio post obitum parentum suorum in portione evenire poterat, decimam exinde partem per dotis titulum conferat, quod mulier vel puella nuptiis traditura obtineat, atque insuper decem pueros decemque puellas et caballos viginti, seu in ornamentis, quantum mille solidorum summa esse constiterit, dare** debebit[2];

*) *V* 6. *Pith.:* seu sibi seu filio suo.

**) *V* 1. 2. 4. 5. 6. 8. 14. *Pith. pro* dare debebit *praebent:* sit illi conscribendi dandique concessa libertas.

III, 1, 5. *l.* 2. sanctione] sancne *R* 1. || *l.* 3. ex] extra *R* 1. || *l.* 4. gentis *deest* *R* 1. || *l.* 7. predictum ordinis *R* 2. || *l.* 8. helegerit *R* 1. || *l.* 9. titulum *R* 1. || *l.* 10. conscribat] scribat *R* 1. *l.* 13. decem p. decem *R* 2. || *l.* 17. liberum se noberit *R* 1. || *l.* 19. decesserit] discesserit *R* 2. aut ad] ad *al. m. post add.* *R* 1. | *l.* 20. eandem *R* 1.

III, 1, 5. *l.* 3. Gothorum *E* 1. *V* 1. || *l.* 4. coniugium *E* 1. || *l.* 5. predicto] *ita* *E* 1. *V* 3. *Mad.;* predictorum *E* 2. *V* 1. 2. 4. 5. 6. *Pith.* || *l.* 8. conscribat] rebus omnibus intromissis *add.* *E* 1. *Mad.* quam quod] pretiatum rationabiliter mille solidorum *add.* *V* 14; adpretiatum rationabiliter *add.* *V* 15. *l.* 10. contingerit *E* 2. *V* 6. quiscumque *E* 1. *V* 2; quicumque *corr.* quisque *V* 2. || *l.* 12. de id] *ita* *E.* *V* 2; de eo *cett.* || *l.* 13. filio] suo *post add. al. m.* *E* 2. || *l.* 14. evenire poterat] poterit evenire *V* 5. *Mad.* || *l.* 15. exinde *deest* *V* 1. || *l.* 17. decem] X *V* 1. 2. || *l.* 18. decemque] Xque *V* 1; X *V* 2. cavallos *V* 1. 2. 6. viginti] *ita* *E* 2; XXX *E* 1; XX *V* 1. 2. *alii;* XX[i] *V* 6. || *l.* 19. mille] tot *V* 14. *l.* 20. summa esse] summam esse *E* 2; valere summam *V* 1. 6. 8. *Pith.;* valere summa *V* 2. 5. 14.

1) *Est donatio nuptialis, quae dicitur 'morgengabe', quam simili modo etiam lex antiqua, cui Chindasvindus suam substituit, ordinavisse videtur. Constitutio enim dotis sub Sisebuto rege a.* 615—616. *metrice conscripta et inter Formulas Visigothicas servata, nr.* 20, *LL. Form. p.* 584, *cum lege nostra ex parte ad verba, ex antiquiore lege in novam fortasse recepta, convenit:*

Ecce decem inprimis pueros totidemque puellas
Tradimus atque decem virorum corpora equorum,
Pari mulos numero; damus inter caetera et arma,
Ordinis ut Getici est et morgingeba vetusta.

2) *Cum ratione legis, quam Ervigius instituit, admodum convenit constitutio dotis a.* 887. *facta,*

III, 1, 5. ***Recc.***] erit ultra licitum puelle parentibus seu etiam puelle vel mulieri ab sponso vel ab sponsi parentibus plus quidquam petere vel in suo nomine conscribendum obtare, nisi quantum nunc legis huius institutio continet; aut si forte, iuxta quod et legibus Romanis recolimus fuisse decretum, tantum puella vel mulier de suis rebus sponso dare elegerit, quantum sibi ipsa dari poposcerit [1]. Quod si forsitam preventus sponsus scripture alicuius vel sacramenti vinculo nuptiarum tempore alligetur, amplius se sponse daturum, quam quod hac lege constat esse permissum, id postea ipse convellere et in iuris sui potestatem reducere libero potietur arbitrio. Sin autem iuramenti reverentia pavidus aut, ut solet, neglegentia deditus, quod amplius sponse dederat, revocare aut

Erv.] ita ut de his omnibus rebus in coniugio mulier adsumpta, si non reliquerit filios***, facere quod voluerit liberam se noverit habere licentiam; aut si intestata discesserit, ad maritum aut ad propinquos mariti heredes eadem donatio redeat. Nec erit ultra licitum puelle parentibus seu etiam puelle vel mulieri ab sponso vel ab sponsi parentibus plus quicquam petere vel in suo nomine conscribendum optare, nisi quantum nunc legis huius institutio continet; aut si forte, iuxta quod et legibus Romanis recolimus fuisse decretum, tantum puella vel mulier de suis rebus sponso dare elegerit, quantum sibi ipsa dari poposcerit. Quod si forsitan preventus sponsus scripture alicuius vel sacramenti vinculo nuptiarum tempore alligetur, amplius se sponse daturum, quam quod hac lege constat esse permissum, id postea ipse convellere et in iuris sui potestatem reducere libero potiatur arbitrio. Sin autem iuramenti

***) *V* 1: filios vel nepotes.

III, 1, 5. *l.* 2. isponso *R* 1. *l.* 3. sponsi] ipsis *R* 1. parentes *R* 1. ‖ *l.* 4. nomen *R* 2. *l.* 5. nunc *post add.* *R* 1. ‖ *l.* 9. sibi] si *al. m. corr.* sibi *R* 1. ‖ *l.* 12. tempore — daturum *des.* *R* 1. *l.* 13. se *deest etiam R* 2, *supplevi ex Erv.* ‖ *l.* 14. hanc *R* 1. ‖ *l.* 17. autem] aut *add.* *R* 2. reverentiam *R* 1. ‖ *l.* 18. ut solet] adsolet *R* 2. neclegentia *R* 2.

III, 1, 5. *l.* 1. coniugio] *ita* *E* 2. *V* 1. 6; coniugium *cett.* ‖ *l.* 2. relinquerit *E* 2. *V* 6. ‖ *l.* 4. decesserit *V* 2. ‖ *l.* 6. seu] sive *E* 1. ‖ *l.* 7. ab] aut ab *E* 2. ‖ *l.* 8. plus] plus quam *E* 2. repetere *V* 15. ‖ *l.* 9. nunc *deest*, iam *al. m. post add.* *E* 2. *l.* 10. iuxta] iusta *E.* ‖ *l.* 11. et] *ita* *V* 2. 6; hac *E* 2; ex *E* 1. *V* 1. 3. 4. 5. *Mad.* ‖ *l.* 12. rebus suis *E* 1. ‖ *l.* 13. ipsa dari] ipsa dare *V* 2; ipse dare *V* 6. ‖ *l.* 15. in nuptiarum *V* 2. ‖ *l.* 16. datum vel daturum *E* 2. *V* 2. 8. ‖ *l.* 17. id postea — iuris sui] in *V* 3. ‖ *l.* 18. potestate *V* 2. 4. 5. *Mad.*; potesta *E* 1. ‖ *l.* 19. potietur *V* 1. 2. Si *E* 1. *V* 1. 6. autem] aut *add.* *E* 1. *V* 3. 5. *Mad.*

Helfferich, 'Westgothenrecht' p. 255, *n.* 64: Donamus atque concedimus dulcidini tue in dotis titulum decem pueros; isti sunt: Fromarigus *etc.*: similiter puellas decem; iste sunt: Teodesinda *etc.*; caballos XX . . . ., in ornamento et vestimento solidos CCCC . . . ., insuper de omni re mea X. portionem. 1) *Cf. Valentiniani Nov.* 34 (*L. Rom. Vis. Val.* 12) § 9: Pars vero feminae tantum dare debebit, quantum sponsalibus maritus intulerit, ut dantis et accipientis sit aequa conditio, ne . . . coniunctio uni lucrum, alteri faciat detrimentum; *Maioriani Nov.* 6 (*a Severo, Nov.* 1, *abrogata et in L. Rom. Vis. non recepta*), § 9: . . . ut nunquam minorem, quam exigit futura uxor sponsalitiam largitatem, dotis titulo se noverit collaturam; *Iust. Nov. XCVII, c.* 1. 2 (*Iulian. Const. XC, c.* 1: Donationum, quae propter nuptias fiunt, parem volumus esse quantitatem doti mulieris; *cf. c.* 2); *'Syrisch-Römisches Rechtsbuch' ed. Sachau et Bruns P* 40, *I, p.* 58. *Cf. quae Bruns ibidem II, p.* 295 *disseruit; Mitteis, 'Volksrecht und Reichsrecht' p.* 291 *sqq.; p.* 545; *Brunner, 'Die fränkisch-romanische dos', 'SB. d. Berl. Akad.' a.* 1894, *p.* 549 *sq.*

Recc.] evacuare noluerit vel nequiverit, non oportebit unius tepiditate multis ad futurum damna nutriri; sed dum sponsi parentes vel propinqui tale factum agnoverint, universa, que plus, quam supra taxatum est, sponse conlata sunt, suo iuri absque cuiusquam preiudicium perenniter vindicabunt. Certe si iam vir habens uxorem, transacto scilicet anno, pro dilectione vel merito coniugalis obsequii ei aliquid donare elegerit, licentiam incunctanter habebit. Nam non aliter infra anni circulum maritus in uxorem seu mulier in maritum, excepto dotem, ut predictum est, aliam donationem conscribere potuerint, nisi gravati infirmitate periculum sibi mortis inminere prespexerint. De ceteris vero, qui nubendi volumtatem habuerint, salubri etiam proposito providendum decernendumque curabimus, ut qui in rebus omnibus decem milium solidorum dominus esse dinoscitur, ad mille solidos, rerum universarum contropatione habita, in nomine isponse sue dotem conscribat. Cui autem mille solidorum facultas est, de centum solidis tali

Erv.] reverentia pavidus aut, ut solet, negligentia **III, 1, 5.**
deditus, quod amplius sponse dederat revocare aut evacuare noluerit vel nequiverit, non oportebit unius tepiditate multis ad futurum damna nutriri; sed dum sponsi parentes vel propinqui tale factum agnoverint, universa, que plus, quam supra taxatum est, sponse conlata sunt, suo iuri absque cuiusquam preiudicio perenniter vindicabunt. Certe si iam vir habens uxorem, transacto scilicet anno, pro dilectione vel merito coniugalis obsequii ei aliquid donare elegerit, licentiam incunctanter habebit. Nam non aliter infra anni circulum maritus in uxorem seu mulier in maritum, excepto dotem, ut predictum est, aliam donationem conscribere poterint, nisi gravati infirmitate periculum sibi mortis imminere prespexerint. De ceteris vero, qui nubendi voluntatem habuerint, salubri etiam proposito providendum decernendumque curavimus, ut qui in rebus omnibus decem milium solidorum dominus esse dinoscitur, ad mille solidos, rerum universarum contropatione habita, in nomine sponse sue dotem conscribat. Cui autem mille solidorum facultas est, de centum solidis tali aderatione dotem facturus est. Et sic sta constitutio dotalis tituli ad ultimam usque summam omni controversia sopita perveniet.

III, 1, 5. *l.* 4. factum cum *R* 1. || *l.* 6. in isponse *R* 1. iuri a. cuiusquam *des.* *R* 2. || *l.* 7. preiudicio *R* 2. || *l.* 11. helegerit *R* 1. || *l.* 16. infirmitatem *R* 1. || *l.* 17. inminere] in funere *R* 1. *l.* 24. isponse] *ita* *R* 1 *et* *E* 2 (*cf. Erv.*); sponse *R* 2. sue] seu *R* 1.

III, 1, 5. *l.* 1. referentia *E* 1; reberentia *E* 2. ut *deest* *E* 2. solet] adsolet (assolet) *V* 1. 2. 6. *Pith.* neglegentia] *ita* *E* 1; negligentia *V* 1. 6. *Pith.*; neglegentie *E* 2; negligentie *cett.* || *l.* 4. tepiditatis *E* 2. *V* 2. ad futurum] *ita* *E* 1. *V* 1. 3. 6. *Pith.*; profuturum *E* 2; adfutura *V* 2. 4. 5. *Mad.* || *l.* 7. suo] *al. m. post add.* *E* 2; non *V* 1. iure *Mad.* || *l.* 11. elegerit] vel voluerit *add.* *Mad.* || *l.* 13. excepta dote *V* 1. 3. 4. 5. 6. || *l.* 14. alia donatione *E*; alia in donatione *V* 1. || *l.* 16. prespexerint] *ita* *E* 1. *V* 1. 5. 6; persenserint *V* 3; perspexerint *cett.* || *l.* 18. proposito] propositum *E* 1; *deest* *E* 2. || *l.* 19. curavimus] *ita* *E* 1. *V* 1. 2. 6; curabimus *alii.* || *l.* 21. universalium *V* 1. contrapationem *E* 2. || *l.* 22. isponse *E* 2. autem] tamen *E* 2. || *l.* 24. sic sta] *ita* *E* 2; sicstat *V* 2; si circa *V* 1; sic ista *cett.* || *l.* 25. ad ultimam usque summam] *ita* *E* 1; ad ultimum usque ad summum *E* 2. *V* 3. 4. 5. *Mad.*; ab ultima usque ad summam *V* 1. 2. 6. || *l.* 26. controversiam *E.*

III, 1, 5. ***Recc.***] aderatione dotem facturus est. Et sic sta constitutio dotalis tituli ad ultimam usque summam omni controversia sopita perveniet.

Data et confirmata lex pridie idus Ianuarias, anno feliciter tertio regni nostri[1].

Erv.] Data et confirmata lex sub die pridie idus Ianuarias, anno feliciter tertio regni nostri[†].

†) *V* 2. 6. 17. *Pith. addunt:* In Dei nomine Toleto.

III, 1, 6. ***Recc. Erv.***] VI. ANTIQUA.

Ut dotem puelle pater exigat et conservet.

Dotem puelle traditam pater exigendi vel conservandi ipsi puelle habeat potestatem. Quod si pater vel mater defuerint, tunc fratres vel proximi parentes dotem, quam susceperint, ipsi consorori sue ad integrum restituant.

III, 1, 7. ***Recc. Erv.***] VII. ANTIQUA.

Ut patre mortuo utriusque sexus filiorum coniunctio in matris potestate consistat.

Patre[2] mortuo utriusque sexus filiorum coniunctio in matris potestate consistat; matre vero mortua, aut si ad alias nuptias forte transierit, fratres eligant, cui dignius puer vel puella iungatur. Quod si fratres eius etatis non fuerint, ut eorum iudicio debeat germanus aut germana conmitti, tunc patruus de coniunctione eorum habeat potestatem. Certe si germanus iam adulescentie habet etatem et proximorum renuit sollicitudinem, sit illi potestas condignam sibi coniunctionis querere copulam. De puella vero, si ad petitionem ipsius his, qui natalibus eius videtur equalis, accesserit petitor, tunc patruus sive fratres cum proximis parentibus conloquantur, si velit suscipere petitorem, ut aut communi voluntate iungantur, aut omnium iudicio denegetur.

III, 1, 8. ***Recc. Erv.***] VIII. ANTIQUA.

Si fratres nuptias puelle differant, aut si puella inpudice nuptias presumat.

Si[3] fratres nuptias puelle sub ea conditione suspendant, ut ad maritum illa

III, 1, 5. *l.* 2. sta] ista *R* 2. ‖ *l.* 3. usque ad *R* 2.

III, 1, 5. *l.* 1. lex] est hec lex *V* 1. 2; hec lex *V* 6. *Pith.* sub die *des.* *V* 6. 15. 17. *Pith.*; sub *deest* *V* 8. pridie] P R *E* 2; II. *V* 4. 6. *Mad.* *l.* 2. Ianuarii *V* 1. 2. 6. 8. *Pith.* nostri] Recesvindi regis, era 689 (688 *V* 17) *add.* *V* 15. 17 (*in marg.*).

III, 1, 6. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5.) 6. (17. 19). — *l.* 7. ANT.] *deest* *E.* *V* 2. 3. 6. 19. ‖ *l.* 8. puelle] traditam *add.* *V* 2. 6. pater — conservet] parentes exigant et conservent *V* 3. *l.* 9. conservande *R* 1. ‖ *l.* 10. vel mater] aut mater *V* 3. 6. vel alii proximi *V* 2. ‖ *l.* 11. consororis *E.*

III, 1, 7. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. (8. 14. 15. 17). — *l.* 12. ANT.] ANTIQUA NOVITER EMENDATA *V* 15; *deest* *E.* *V* 2. 3. 14. ‖ *l.* 13. sexsus *E* 2. ‖ *l.* 15. sexsus *R* 1; sesus *E* 2. *l.* 16. fortasse *E* 2. *V* 2. dignus *R* 1. ‖ *l.* 17. iungantur *E* 2. *V* 2. eius legitimae aetatis nondum fuerint *V* 15. iudicium *R* 1. ‖ *l.* 18. debeat] deveant *E* 2. ‖ *l.* 19. iam *deest* *R* 1. aduliscentiae *E* 1; adultam *V* 2. 5. habet] *ita* *R* 1. *V* 1; cabeat *E* 2; habeat *cett.* rennuit *R* 2. *E* 2. *V* 6. ‖ *l.* 20. illi] illis *E* 1. *Mad.* condigua *E* 1. *V* 3. ‖ *l.* 21. his] *ita* *R.* *V* 2. 6; de his *E* 2; *deest* *V* 3; is *E* 1. *alii.* ‖ *l.* 22. avus vel patruus *V* 8. fratres] *ita* *R* 2. *V* 2. 6; ff *R* 1; frater *E.* *V* 1. *alii.* velit] *ita* *R* 1. *V* 2. *Pith.*; vellit *V* 6; vellint *R* 2. *E* 2; vellent *E* 1; velint *cett.* ‖ *l.* 23. omnium] communi *E.* *V* 2. 4. *Mad.*

III, 1, 8. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. (8. 17. 19). — *l.* 24. ANT.] *deest* *E.* *V* 2. 3. 19. ‖ *l.* 25. Si] Ut *E* 2. ‖ *l.* 27. suspendant] differant *V* 8. marito *R* 1.

1) *Dies 12. Ianuarii a.* 645. 2) *Cf. Kraut, 'Vormundschaft' II, p.* 670 *sqq.*; *Rive, 'Vormundschaft' I, p.* 96, *n.* 43; *'N. Arch.' XXIV. p.* 576 *sqq.* 3) *Cf. 'N. Arch.' l. c.*

Recc. Erv.] confugiens, iuxta legem portionem inter fratres suos de bonis parentum non possit accipere, et bis aut tertio removerint petitorem: puella, que, fratrum calliditate prespecta, maritum natalibus suis equalem crediderit expetendum, tunc integram a fratrībus, que ei de parentum hereditate debetur, percipiat portionem[1]. Quod si rursum nihil fratres contra sororem meditentur adversum et idcirco morentur, ut sorori provideant digniorem, et illa, honestatis sue oblita, persone sue non cogitans statum, ad inferiorem forte maritum devenerit, portionem suam, sive divisam sive non divisam, quam de facultate parentum fuerat consecutura, amittat[2]. In fratrum vero et sororum vel aliorum parentum hereditatem ingrediendi ei concedimus potestatem. **III, 1, 8.**

Recc.] VIIII. **III, 1, 9.**

FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut de quibuscumque rebus dos conscripta fuerit, firmitatem obtineat.

Cum quisque aut pro se aut pro filio vel etiam proximo suo coniunctionis copulam appetit, an de rebus propriis, an

Erv.] VIIII.

Ne[3] sine dote coniugium fiat, et ut de quibuscumque rebus dos conscripta fuerit, firmitatem obtineat.

Nuptiarum opus in hoc dinoscitur habere dignitatis nobile decus, si dotalium scripturarum hoc evidens precesserit munus.

III, 1, 8. *l.* 1. iuxta] iusta *E. V* 6. legem aliam *V* 2. ‖ *l.* 2. que *deest R* 1. calliditatem prespecta *E* 2; calliditatem perspectam *V* 2; calliditate perspecta *V* 3. 4. *Pith. Mad.* ‖ *l.* 3. marito *R* 1. crediderit vel previderit *V* 2. expectandum *V* 3. ‖ *l.* 4. parentibus *E* 2. hereditatem *R* 2. *E.* debentur *R* 1. ‖ *l.* 5. rursus *V* 2. adversi *V* 2. ‖ *l.* 7. vero forte *V* 3. advenerit *R* 1. ‖ *l.* 8. quam ei de *E* 2. consecuta vel consecutura *V* 1. *Pith. et e corr. V* 6. amittat] perdat *V* 4. fratrum vero et sororum] fratrorum vero et sororum *R* 1; fratrum et sororum *R* 2; fratres bero vel sorores *E* 2; fratrum vero vel sororum *V* 2; fratrum vero et consororum *V* 3. ‖ *l.* 9. ei] *ita R* 2. *E. V* 1. 2. 6. 17; *deest R* 1; eis *V* 3. 4. *Mad.* tribuimus aut (*corr.* et) concedimus *V* 6.

III, 1, 9. *Codd. R* 1. 2. — *l.* 11. RECCESSVINDUS] *ita R* 2; RECCDS *R* 1. ‖ *l.* 17. suo] sub *R* 1. ‖ *l.* 18. apetit *R* 1.

III, 1, 9. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (8. 15. 17). — *l.* 10. VIIII] FLS RCDS REX *add. V* 5. 6. 17; FLS RECAREUS REX *add. V* 1; FL. CINTASVINTUS R. *Mad.* ‖ *l.* 13. Ne — obtineat *des. V* 2. ‖ *l.* 14. ut *deest E* 2. *V* 6. dos] dotis *E* 2; *deest V* 1. ‖ *l.* 16. Nuptiarum — Proinde *des. E* 2. ‖ *l.* 17. nobilem decorem *E* 1. ‖ *l.* 18. hoc evidenter *V* 1. 3. 6; hoc *deest Mad.* precesserit *al. m. corr.* prospexerit *V* 6; prospexerit *al. m. corr.* precesserit *V* 1; processerit *V* 3. munus] manus *Pith., ubi in marg.:* munus.

1) *Eadem ius Islandorum antiquum constituit, Grágás, Codex regius, Festa þattr c.* 144, *ed. Finsen I,* 2, *p.* 29 *sqq:* en ef þeir vilia duelia rađ fyrir henne oc synia þeir II monnom þeim er jafn raeđe þotte, þa scal hon rađa viđ in þridia ef þat þickir oc jafn raeđe viđ rađ fraenđa sins nokors. *Quae ad verba, quantum fieri potest, ita interpretamur: 'Si vero volunt (sc. desponsatores feminae) prohibere coniugium ab ea et recusaverunt (eam) duobus viris, quorum (proprie: quibus) coniugium aequale videbatur, tunc debet ipsa sibi prospicere de tertio, si (etiam) hoc videtur aequale coniugium, cum consilio amici sui cuiuscumque'. Cf. Rive l. c. I, p.* 98 *sq.* 2) *V. infra III,* 2, 8 *et quae ibi adnotantur.* 3) *Cf. Maioriani Nov.* 6, § 9 *(post verba p.* 128 *n.* 1 *allegata):* scituris . . . quibuscumque nupturis, ambos infamiae maculis irruendos, qui fuerint sine dote coniuncti, ita ut nec matrimonium iudicetur, nec legitimi ex his filii procreentur; *cf. Epist. Leonis I. ad Rusticum Narbonensem episcopum, Regest. pontif. (ed.* 2.) *nr.* 544. *Quae sententia, quamvis lex Maioriani a Severo abrogata et in Legem Rom. Vis. non recepta sit, tamen in iure non scripto usque ad Ervigium et ultra viguisse videtur; cf. Brunner l. c. (v. supra p.* 128, *n.* 1*) p.* 552 *sqq.; 'N. Arch.' XXIV, p.* 587 *sq.*

III, 1, 9. ***Recc.*]** de principum dono conlatis, an quibuscumque iustis profligationibus conquisitis iuxta modum legis date[1] conscribendi dotem habeat potestatem. Quodcumque autem legitime in dote conscripserit, modis omnibus plenum robor abebit.

***Erv.*]** Nam ubi dos nec data est nec conscripta, quod testimonium esse poterit in coniugii dignitate futura, quando nec coniunctionem celebratam publica 'roborat dignitas, nec dotalium tabularum hanc comitatur honestas? Proinde **cum quisque aut pro se aut pro filio vel etiam proximo suo coniunctionis copulam adpetit, an de rebus propriis, an de principum dono conlatis, an de quibuscumque iustis profligationibus conquisitis iuxta modum legis l a t e conscribendi dotem habeat potestatem. Quodcumque autem legitime in dotem conscripserit, modis omnibus plenum robor habebit.**

II. TITULUS: DE NUPTIIS INLICITIS.

I. Si post mortem mariti infra annum mulier nubat.

II. Si mulier ingenua servo vel liberto proprio sese commisceat.

III. Si mulier ingenua servo alieno, seu ingenuus ancille aliene sese coniungant.

IIII. Si mulier liberta servo alieno, vel libertus ancille se societ.

V. Si quicumque servo alieno ancillam suam vel servo suo alienam coniungat ancillam.

VI. Si mulier absente viro alium sibi maritum adsumat.

VII. Si domini, servos suos esse mentientes ingenuos, mulieribus eos coniungant ingenuis.

VIII. Si absque volumtate parentum mulier ingenua sese marito coniungat ingenuo.

III, 1, 9. *l.* 1. dona *R* 1. *l.* 5. in dote] dotem *R* 1. conscripserint *R* 1; conscribserit *R* 2. | *l.* 6. modis omnibus *des.* *R* 2.

III, 1, 9. *l.* 1. conscripta] *ita* *E* 1. *V* 1—6. 8. *Pith.*; scripta *V* 15; confirmata *Mad.* ‖ *l.* 2. in hoc coniugio *V* 1. 4. 6; in hac coniugii *V* 2. ‖ *l.* 3. dignitatis future *V* 1; dignitatem futura *V* 2; dignitatem futuram *V* 6. quando nec] condecet *E* 1. coniunctione celebrata *E* 1. ‖ *l.* 4. roborata *E* 1. *l.* 5. hanc comitatur] *ita* *V* 1. 2; hanc comittatur *E* 1. *V* 6; adcomitatur *V* 3. *Mad.*; comitatur *V* 15. *l.* 6. honestius *E* 1. ‖ *l.* 8. an — an — an] aut — aut — aut *Pith.* ‖ *l.* 9. de quibusc.] de *deest* *V* 3. *Mad.* ‖ *l.* 11. late] date *E* 2. ‖ *l.* 12. autem que *E* 2. dote *V* 1. 3. 6. ‖ *l.* 13. habeat *V* 1; obtinebit vel habebit *V* 2.

TIT. II. *Lemma.* *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 2. 3. 5. 6. *(deest* *V* 1. 4*)*.

Index capitulorum. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 15. morte *R* 1. ‖ *l.* 16. servo alieno *E* 2. liverto *R* 2. pruprie *R* 1. sese] se *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 17. sese coniungant] *ita* *R* 1; se coniungant *E* 2; sese coniungat *E* 1; *des.* *R* 2. ‖ *l.* 18. liverta — livertus *R* 2. *E* 2. socient *E.* ‖ *l.* 19. sua *R* 1. vel] seu *R* 2. ancilla coniungat aliena *R* 1. coniungant *E* 2. ‖ *l.* 21. viro suo *E* 2. ‖ *l.* 22. esse *deest* *R* 1. *l.* 24. absque] absente *R* 1. sese marito] *ita* *R* 1. *E* 2; marito se *R* 2. *E* 1.

1) *Supra III,* 1, 5.

***Recc.*]** I. ANTIQUA.

Si post mortem mariti infra annum mulier nubat.

Si[1] qua mulier post mortem mariti sui se alio infra annum[2] coniuncxerit vel adulterium fecerit, medietatem rerum suarum[3] filii sui ex priore coniugio procreati aut, si filii desunt, alii heredes per iudicis instantiam consequantur. Quam idcirco mulierem precipue huic volumus subiacere dispendio, ne hec, que a marito gravida relinquitur, dum inmoderato desiderio ad secundi coniugii vota festinat vel adulterium perpetrat, spem partus, priusquam nascatur, extinguat.

***Erv.*]** I. III, 2, 1.

Si post mortem mariti infra annum mulier nubat.

Si qua mulier post mortem mariti sui se alio infra annum coniunxerit vel adulterium fecerit, medietatem rerum suarum filii sui ex priori coniugio procreati aut, si filii desunt, alii propinquiores defuncti viri heredes per iudicis instantiam ipsarum rerum consequantur medietatem. Quam ideirco mulierem precipue huic volumus subiacere dispendio, ne hec, que a marito gravida relinquitur, dum immoderato desiderio ad secundi coniugii vota festinat vel adulterium perpetrat, spem partus, priusquam nascatur, extinguat. Illas[4] tantundem a legis huius sententia iubemus manere indemnes, quas principalis auctoritas infra tempus hac lege constitutum cuilibet in coniugio decreverit copulandas.

***Recc. Erv.*]** II. ANTIQUA. III, 2, 2.

Si mulier ingenua servo vel liberto proprio sese conmisceat.

Si[5] ingenua mulier servo suo vel proprio liberto[6] se in adulterio miscuerit aut

III, 2, 1. *Codd. R* 1. 2. — *l.* 7. priori *R* 2. *l.* 9. instantia *R* 1. ‖ *l.* 11. dispendium *R* 1. a *deest R* 2. ‖ *l.* 12. dum — extinguat *des. R* 1.

III, 2, 1. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 19). — *l.* 1. I] ANTIQUA *add. V* 1. 17. *l.* 4. se alio] *ita V* 2; se ad alio *E* 1; *des. V* 1; se alii *cett.* ‖ *l.* 5. intra *E* 1. *V* 2. 4. coniunxerit] inlicita ratione *add. Mad.* ‖ *l.* 6. filiis suis — procreatis *E* 2. ‖ *l.* 7. procreati] r e c i p i a n t *add. V* 1. 2. 4. 5. 6. *Mad.* ‖ *l.* 9. ipsarum] ipsam *E*: *deest V* 2. rerum] facultatem *add. V* 6. ‖ *l.* 11. ne hec que] nec de hec que *E* 2; ne que *V* 3. ne aliae quae a maritis gravidae relictae sunt — festinant — perpetrant — extinguant *V* 8. ‖ *l.* 12. inmoderate *E* 2. ‖ *l.* 13. festinet *E* 1. perpetrat] *ita E* 1. *V* 2. 6; perpetrans *cett.* ‖ *l.* 14. partus] *ita E* 1; p. sue *E* 2; p. sui *V.* ‖ *l.* 15. uius *E* 2. *l.* 16. indempnes *E* 1. *V* 1. ‖ *l.* 17. hac lege] ac lege *E* 2; alia lege *V* 2. ‖ *l.* 19. copulanda sit *E* 2.

III, 2, 2. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17). — *l.* 20. ANTIQUA *deest E* 1. *V* 2. 3. 4. ‖ *l.* 21. vel] aut *V* 1. proprie *R* 1. sese comm.] se coniungat *V* 2. ‖ *l.* 22. suo *deest R* 1. *V* 1. miscuerit] *al. m. corr.* conmiscuerit *E* 2; conmiscuerit *V* 1. 4. aut — voluerit *des. R* 1.

1) *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 588 *sqq.* 2) *Cf. Cod. Iust. V,* 9, 2 (= *Cod. Theod. III,* 8, 1). 3) *Cf. Cod. Iust. VI,* 56, 4. 4) *V. infra III,* 3, 11. 5) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IX,* 6, 1. *Interpr.:* Si qua ingenua mulier servo proprio se occulte miscuerit, capitaliter puniatur. Servus etiam, qui in adulterio dominae convictus fuerit, ignibus exuratur. *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 589 *sqq.* 6) *Cf. Anthemii Nov.* 1 (*Novellae constitutiones ed. Haenel c.* 343 *sq.*), § 2: Ex hoc ergo nostrae clementiae consulatu . . . cum servis et libertis dominas et patronas ineundi matrimonia facultatem habere prohibemus.

III, 2, 2. *Recc. Erv.*] forsitan cum maritum habere voluerit et ex hoc manifesta probatione convincitur, occidatur; ita ut adulter et adultera ante iudice publice fustigentur et ignibus concrementur. Cum autem per reatum tam turpis admissi quicumque iudex, in quacumque regni nostri provincia constitutus, agnoverit dominam servo suo sive patronam liberto fuisse coniunctam, eos separare non differat[1]; ita ut bona eiusdem mulieris, aut si sunt de alio viro idonei filii, evidenter obtineant, aut propinquis eius legali successione proficiant[2]. Quod si usque ad tertium gradum defecerit heres, tunc omnia fiscus usurpet; ex[3] tali enim consortio filios procreatos constitui non oportet heredes. Illa vero, seu virgo sive vidua fuerit, penam excipiat superius conprehensam. Quod si ad altaria sancta confugerit, donetur a rege, cui iussum fuerit, perenniter servitura.

III, 2, 3. *Recc.*] III. ANTIQUA.

Si[1] mulier ingenua servo alieno, seu ingenuus ancille aliene sese coniungat.

Si[5] mulier ingenua servo alieno, sive regis, se matrimonio sociaverit sive etiam per adulterium iungere presumserit, statim, ubi primum hoc iudex agnoverit, eos ad separandum festinare non differat, ut penam, quam merentur, hoc est, singuli

Erv.] III.

Si mulier ingenua servo alieno, seu ingenuus ancille aliene sese coniungat.

Si mulier ingenua servo alieno, sive regis, se matrimonio sociaverit sive etiam per adulterium iungere presumpserit, statim, ubi primum hoc iudex agnoverit, eos ad separandum festinare non differat, ut penam, quam merentur, hoc est, singuli eorum centena flagella suscipiant. Et si

III, 2, 2. *l.* 1. probationem *R* 1. || *l.* 2. et adultera] cum ad. *E* 1. iudicem *R* 2. *V.* || *l.* 3. congrementur *R* 1. admissi] demissi *R* 1. || *l.* 4. constitutus *deest R* 1. agnoverint *R* 1. suo *deest R* 1. *l.* 5. patrona *R* 1. aut liberto *E* 2. *V* 4. eiusdem] eius *R* 1. || *l.* 6. mulieris] hereditas *add., sed del. E* 2. || *l.* 7. successioni *R* 1. defecerit] *ita R* 2; defuerit *R* 1; defecerint *E. V.* heres] *ita R. E* 1; heredes *E* 2. *V.* || *l.* 8. procr. filios *E* 2. *V* 1. constituti *R* 1. || *l.* 9. vero] ergo *V* 1. 2. sive] seu *R* 1. *l.* 10. confugerint *R* 1. *E* 2.

III, 2, 3. *Codd. R* 1. 2. *E* 2. *V* 3. (14). — *l.* 12. ANTIQUA *deest E* 2. *V* 3. || *l.* 17. se marito aut in matrimonio *E* 2. || *l.* 19. hoc primum *E* 2. ad sep. festinare] separare *R* 1. || *l.* 21. merentur] exipiant *add. E* 2.

III, 2, 3. *Codd. E* 1. *V* 1. 2. (4. 5). 6. (8. 15. 17). — *l.* 12. III] ANTIQUA *add. V* 1. 5. 6. 8. 17; CINDASVINDUS REX. ANTIQUA *add. V* 15. *l.* 14. aliene] alterius *V* 2. sese coniungant *E* 1; se societ *V* 6. || *l.* 16. se marito in matrimonio *V* 4; se in matrimonio *V* 1. 2. 6. || *l.* 18. ubi iudex hoc primum *V* 2. || *l.* 20. mereutur] excipiant *add. V* 1. 2. 4. 5. 6. *Mad.* || *l.* 21. suscipiant] suscipiat *E* 1; *deest V* 4.

1) *Cf. Constantini constitutionem, Cod. Theod. IX,* 9, 1 *(in L. Rom. Vis.* 6, 1*)*, § 1: Ante legem nupta tali consortio segregetur. 2) *Cf. ibidem* § 3 *cum Interpretatione; Anth. Nov. cit.* § 3; *Lex Salica (ed. Behrend), Cap. I,* 5. 3) *Constantinus l. c.* § 2: Filii etiam, quos ex hac coniunctione habuerit (mulier) . . . in nuda maneant libertate, neque per se neque per interpositam personam quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. 4) *De hac lege et sequenti v. 'N. Arch.' XXIII, p.* 455 *sq.; XXIV, p.* 592 *sqq. Supplemento dedit Wamba rex his legibus legem suam infra IV,* 5, 7. 5) *Cf. Pauli Sent. II,* 21 *A,* § 1: Si mulier ingenua . . . alieno se servo coniunxerit, si quidem invito et denuntiante domino in eodem contubernio perseveraverit, efficitur ancilla; *Cod. Theod. IV,* 11, 1, § 1: mulier . . . libertatem amittat atque eius filii servi sint domini, cuius se contubernio coniunxit. *Interpr.:* . . . Si vero sponte fit ancilla, et eius filii servi sunt. *Ibid. c.* 7. *Interpr.:* Si mulier ex contubernio servi fiat ancilla, filii quoque eius servi erunt. *Lex Salica (ed. Behrend)* 25, 6: . . . ingenua, si servo aliena (*l.:* servum alienum) in coniugio acceperit, in servitio permaneat.

Recc.] eorum centena flagella suscipiant. Et si post hanc contradictionem se iterum coniuncxerint, eos iudex conprehendi iubeat et in sua presentia exiberi, ut unicuique eorum iteratim centena flagella inponere non desistat. Quod si tertia vice se separare noluerint[1], similiter centena flagella eis inponi iubemus, et ipsa mulier parentibus suis in potestate tradatur[2]. Quod si postmodum eam parentes retrorsum dimiserint, sit ancilla domino eius servi. Filii tamen, et quandocumque et quanticumque, qui ex ea iniquitate fuerint procreati, condicione patris sequantur, ut in servitio permaneant; facultate vero mulieris propinqui sui legali successione conquirant. Ipsam[3] autem legem precipimus custodire et de viris ingenuis, qui regias ancillas vel etiam cuiuscumque habuerint copulatas, ut condicionis hec forma servetur.

Erv.] post hanc contradictionem se iterum coniunxerint, eos iudex conprehendi iubeat et in sua presentia exhiberi, ut unicuique eorum iteratim centena flagella imponere non desistat. Quod si tertia vice se separare noluerint, similiter centena flagella eis imponi iubemus, et ipsa mulier parentibus suis in potestate tradatur. Quod si postmodum eam parentes retrorsum dimiserint, sit ancilla domino eius servi. Filii tamen, et quandocumque et quanticumque, qui ex ea iniquitate fuerint procreati, condicionem patris sequantur, ut in servitio permaneant; facultatem vero mulieris propinqui sui legali successione conquirant. Quod si hii, qui de tali contubernio extiterint geniti, XXX annos[4] per testem legitimum se ingenuos mansisse docuerint, a servitutis catena soluti ingenuitatis se gaudeant titulo decorari; si tamen parentes eorum infra illud tricennium, quo filii ipsorum se ingenuos esse probaverint, nihil de conditione servitutis dominis suis persolverint, unde ipsi filii eorum videbantur obnoxii servituti. Ipsam autem legem precipimus custodiri et de viris ingenuis, qui regias ancillas vel etiam cuiuscumque habuerint copulatas, ut conditionis haec forma servetur. **III, 2, 3.**

III, 2, 3. *l.* 2. contractionem *R* 1. ‖ *l.* 3. coniuncserint *E* 2; coniunxerint *R* 2. *V* 3. ‖ *l.* 4. in *deest R* 1. ‖ *l.* 6. desistat] designet *R* 1. ‖ *l.* 8. eis *deest R* 1. ‖ *l.* 12. et quandoc.] et *deest R* 2. *l.* 14. condicionem *E* 2. *V* 3. ‖ *l.* 16. facultatem *E* 2. *V* 3. ‖ *l.* 17. Ipsa autem lege *R* 2. ‖ *l.* 18. custodiri *R* 2. *E* 2. *V* 3.

III, 2, 3. *l.* 1. contradictione *E* 1. ‖ *l.* 2. coniunxerint *V*. iudex eos *E* 1. *V* 4. 5. ‖ *l.* 3. ut] et *V* 6. ‖ *l.* 6. eisdem *Mad.* ‖ *l.* 10. et quandoc.] et *deest V* 1. *Mad.* qui *deest Mad.* ‖ *l.* 14. Quod si] si *deest V* 2. ‖ *l.* 15. per XXX annos *V* 4. 6; per XX annos *V* 1; XXX annis *V* 2. ‖ *l.* 17. docuerunt ad servitute *E* 1. katena *V* 6. ingenuitate *E* 2. *l.* 18. titulo] *ita E* 1. *V* 1. 2. 4. 5. 6. 8. 15. *Pith.*; annulo *Mad.* decorari] *ita E* 1. *Pith.*; decorati *V* 1. 2. 6. *Mad.* ‖ *l.* 19. eorum] illorum *V* 2. *Pith.* *l.* 20. quo] aequo *E* 1; quod *V* 2. 6. ingenui *E* 1. *V* 6. ‖ *l.* 22. persolverit *E* 1; persolverent *V* 1. ipsi *deest V* 2. ‖ *l.* 23. videantur *V* 1. servituti obnoxii *V* 6. *Mad.*; servituti obnoxios esse *E* 1. *l.* 26. cond. ut *V* 6. *Pith.*

1) *De trina conventione cf. infra III,* 2, 4. 2) *Cf. L. Burg.* 35, 2. 3: Si vero ingenua puella voluntaria se servo coniuncxerit, utrumque iubemus occidi. Quod si parentes puellae parentem suam punire fortasse noluerint, puella libertate careat et in servitutem regiam redigatur. *Edict. Rothari c.* 221: Si servus liberam mulierem aut puellam ausus fuerit sibi in coniugium sociare, animae suae incurrat periculum, et illa . . . habeant parentes potestatem eam occidendi aut foris provincia transvindendi . . . Et si parentes eius hoc facere distulerint, tunc liciat gastaldium regis aut sculdhais ipsam in curte regis et in pisele inter ancillas statuere. 3) *Cf. Lex Sal.* 25, 5: Si vero ingenuus ancilla aliena publice se iunxerit, ipse cum ea in servitute permaneat; *cf.* 13, 9. 4) *De tricennali praescriptione v. infra X,* 2, 3.

III, 2, 4. *Recc. Erv.*] IIII. ANTIQUA.

Si mulier liberta servo alieno, vel libertus ancille se socient.

Si[1] liberta mulier servo alieno se coniuncxerit aut in matrimonio sociaverit, contestetur[2] ei tertio dominus servi presentibus tribus testibus, ut ab hac coniunctione discedat, et post trinam conventionem, si se separare noluerit, sit ancilla domino eius, cuius servo se coniuncsit. Si vero non contestata fuerit, antequam filii nascantur, illa in libertate permaneat, agnatio autem servi domino deputetur, quia liberi esse non possunt, qui ex tali condicione nascuntur[3]. Similis et de manumissis viris, qui se cum ancillis alienis miscuerunt, huius legis forma servetur. Nam[4] si cum domini volumtate et permissione servo alieno manumissicia se forte coniuncserit et cum ipso domino servi placitum fecerit, omnino placitum ipsut iubemus stare.

III, 2, 5. *Recc. Erv.*] V. ANTIQUA.

Si quicumque servo alieno ancillam suam vel servo suo alienam coniungat ancillam.

Quicumque ancillam suam servo alieno sine conscientia domini sui uxorem dederit, et hoc certis probationibus inveniatur, dominus servi ancillam ipsam cum filiis omnismodis suis vindicavit. Similiter et de illis ordinamus, qui servo suo ancillam alienam coniuncxerit, ut conditionis hec forma servetur.

III, 2, 4. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (8. 15. 17. 19). — *l.* 1. ANT.] *deest* *E*. *V* 2. 3. 19; FLVS CTSTS REX *Mad.* *l.* 2. ancillae alienae *Mad.* societ *V* 1. 2. 6. ‖ *l.* 3. coniuncxerit] *ita* *R* 1. *E* 2; coniunxerit *alii.* ‖ *l.* 4. ab *al. m. post add.* *R* 1. hanc coniunctionem *R* 1. *l.* 5. et si *V* 3. 6. conventionem] conventionem vel contestationem *V* 4; contestationem *V* 6. 8; commonitionem *V* 2; commonitionem vel contestationem *V* 1. noluerint *E* 2. *V* 6; voluerint *E* 1. ‖ *l.* 6. eius — servi domino (*l.* 7) *bis scr.* *R* 1. servo se] *ita* *R* 1 (*ubi tamen* se *al. m. post add.*). 2. *V* 1. 2. 6; se servo *E* 1; servo *E* 2. *Mad.*; *des.* *V* 3. coniunxerit *E* 1. *V* 1. 2. 6. fili *R* 1. ‖ *l.* 7. maneat *R* 1. agnitio *E* 1. *V* 2; acnatio *corr.* acnitio *E* 2. autem] vero *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 8. tale *R* 1. Similis *corr.* Similiter *E* 2; Similiter *V* 2. 4. et] set *R* 1. ‖ *l.* 9. miscuerint *R* 2. *E* 2. *V* 2. 6. voluntate solutione et laxatione et permissione *V* 4. ‖ *l.* 10. manumissicia] *ita* *R*. *E* 1; manumissi a *E* 2; manumissa *V* 1. 2. 6. *Pith.*; manumissi *V* 3. *Mad.* coniuncserit] *ita* *E* 2; coniuncserint *R* 1; coniuncxerit *E* 1. *V* 1; coniunxerit *alii.* domini *R* 1. ‖ *l.* 11. ipsut] *ita* *R* 1; ipsud *E* 1; ipsum *cett.*

III, 2, 5. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17). — *l.* 12. ANT.] *deest* *E* 1. *V* 2. 3. 4; FLS CHNDS REX *E* 2; FL. GLO. CINDASVINDUS R. *V* 15; FLS GLS RCDS REX *V* 1. 5. 17. *l.* 15. conscientiam *R* 1. ‖ *l.* 17. omnismodis suis] *ita* *R* 1. *V* 1; omnimodis *R* 2. *E* 2. *V* 3; sibimodis *E* 1; sibi omnimodis *V* 2. 4. 5. 6. 8. vindicabit *R* 2. *E* 2; vendicabit *V* 2; vendicavit *V* 8. et] id *V* 1. servos suos ancillis alienis *V* 8. *l.* 18. coniuncxerint *V* 1; coniunxerint *V* 2. 6.

1) *Cf. Pauli Sent. II,* 21 *A,* § 6*:* Liberta . . . alieni servi secuta contubernium eius, qui denuntiavit, efficitur ancilla; *cf.* § 7. 2) *Cf. Cod. Theod. IV,* 11, *c.* 2. *Interpr.:* Septem testibus . . . praesentibus tertio ex SC. Claudiano denuntiandum; *c.* 8*:* . . . agnoscant, nisi trinis denuntiationibus liberae feminae servorum consortiis arceantur, nullo modo posse eas ad servitium detineri. *Interpr.:* Sine trina denuntiatione mulier servo iuncta non fiat ancilla. *Cf. supra n.* 1. 3) *Cf. Cod. Theod. IV,* 11, *c.* 1. 7*;* *v. supra p.* 134. *n.* 5. 4) *Cf. Gai Instit. I,* 84*:* ex senatusconsulto Claudiano poterat civis Romana, quae alieno servo volente domino eius coiit, ipsa ex pactione libera permanere, sed servum procreare; nam quod inter eam et dominum istius servi convenerit, eo senatusconsulto ratum esse iubetur.

Recc. Erv.] VI. ANTIQUA. **III, 2, 6.**

Si mulier absente viro alium sibi maritum adsumat.

Nulla[1] mulier viro suo absente alteri viro se presumat coniungere, usque dum de viro suo certis agnoscat indiciis, si vere mortuus fuerit. Quod similiter et ille inquirat, qui eam sibi vult in coniugio copulare. Si vero hoc facere distulerint et sic se inlicita presumtione coniuncxerint, et postmodum prior maritus reversus fuerit, ambo ei in potestate tradantur[2], ut, quod de eis facere voluerit, seu vindendi, seu quid aliut faciendi habeat potestatem.

Recc. Erv.] VII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **III, 2, 7.**

Si domini, servos suos esse mentientes ingenuos, mulieribus eos coniungant ingenuis.

Resistendum[3] est pravorum ausibus, ne pravitatis amplius frena laxentur. Plerique enim, studio cupiditatis inlecti, solent interdum mulieres ingenuas puellasque prave decipere, et simulantes ad tempus servos suos esse ingenuos, ortantur eas maritos illos accipere, quos postea, natis prolibus, in servitute facile possint reducere. Ut ergo fraudis huius aditus extirpetur, presenti iugiter mansura lege sanccimus, ut deceptores rei istius manifeste detecti crimine notentur infamie, et illi, quos sub nomine ingenuitatis antedictis personis repperiuntur adsociasse, sic ingenui cum filiis suis perenniter maneant, sicut eos ipsorum domini ingenuos professi iam antea fuerant; sed et res omnes, tempore nuptiarum acceptas seu promissas, mulier vel puella sibimet vindicabit, si per idoneam probationem convicerit, maritum, de quo agitur, sub ingenuitatis spe sibi sociatum fuisse. Certe si puelle vel mulieres aut etiam ipsorum parentes id, quod predictum est, ita factum adprobare nequiverint, servos pariter et

III, 2, 6. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (15. 17. 19). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita* *R.* *V* 1. 5. 6. 15. 17. 19; *deest cett.* NOBM EMENDA (= NOBITER (?) EMENDATA) *E* 2; NOVA LEX *add.* *V* 15. 19. || *l.* 2. viro] viro, *al. m. post add.* suo *E* 2; viro suo *V* 1. 2. 6. || *l.* 3. dum *deest* *R* 1. || *l.* 4. de *deest* *E* 1, *al. m. post add.* *E* 2. vere] vir *corr.* vero *E* 2; vero *V* 2; *deest* *V* 1. || *l.* 5. coniugium *E. Mad.* copu *in fine folii,* lare *om.* *R* 1. hęc *R* 1. || *l.* 6. se] sine *R.* presumtione coniuncxerint] p. coniuncxerit *R* 1; p. coniunxerit *E* 2; coniunctione copulaverint *V* 4. || *l.* 7. ei in potestate] ei in potestatem *E* 1; in eius potestate *V* 1. 2; in potestatem eius *V* 6. ut] et *Mad.* quod] quid *V* 2. 6. vindendi *R* 1. seu] sive *E.* *V* 1. 2. 4. 6. || *l.* 8. quid aliut] quid aliud *E* 2. *V* 1. 2. 4; aliut *V* 6; quodlibet *V* 3. *Mad.*

III, 2, 7. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 9. FL. — REX] *des.* *E* 1. *V* 3; ANT. *praemittit* *V* 4; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *add.* *V* 15. 19. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CHNDS *R* 1; CHINTASVINTUS *E* 2; CHDS *V* 4. 6; GLS CHDS *V* 1. 5; GLS RCDS *V* 2. || *l.* 12. pravitatibus *E* 1. || *l.* 14. et] ad *R* 1. ortantur] *ita* *R* 1. *E;* perortantur *V* 1. 5; hortantur *cett.* || *l.* 15. servitute] *ita* *R* 1. *E* 2; servitutem *cett.* reducere] *ita* *R* 1. *Mad.;* redicere (*al. m. post add.*) *E* 2; *deest* *R* 2; redigere *E* 1. *V* 1—6. 8. 14; recipere *V* 15. || *l.* 16. iugiter] higitur *R* 1. sanccimus] *ita* *R.* *V* 1; sancsimus *E* 2; sancimus *alii.* || *l.* 17. rei] legi *E* 1. crimine not.] crimen dotentur *R* 1. illi *deest* *R* 2. || *l.* 19. eos *deest* *R* 2; *al. m. post add.* *E* 2. ipsorum] ipsos *R* 1. *l.* 20. a tempore *E* 1. || *l.* 21. vendicabit *V* 1. 2. convincerit *E* 1. *V* 6; convincitur *V* 3. maritus *R* 1. *l.* 22. spem *R* 2. *V* 3; specie *V* 15. puelle vel mulieres] *ita* *R* 1. *E* 1; puelle vel mulieris (*corr.* mulieres) *V* 6; puella vel mulier *cett.* (m. *corr. al. m.* mulieris *E* 2). ipsius *V* 2. || *l.* 23. nequiverit *R* 1. et *deest* *R* 1.

1) *Cf. Iustiniani Nov. CXVII, c.* 11 *(= Iuliani Const. CVIII, c.* 10*); Dig. XLVIII,* 5, 12 § 12*; 'N. Arch.' XXIV, p.* 594 *sqq.* 2) *Est poena adulterii; v. infra III,* 4, 1. 3. 12. 3) *Legislator ante oculos habuisse videtur Iustiniani Novellam XXII, c.* 11 *(= Iuliani Const. XXXVI, c.* 3*); cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 596.

III, 2, 7. *Recc. Erv.*] eorum filios una cum rebus omnibus indubitanter petitor obtinebit*. Hic et de illis ancillis ordo servandus est, que viris ingenuis tali fraude noscuntur esse coniuncte. Nam et de libertis, quos ita constiterit copulatus existere ancillis aut servis, huius servanda erit sanctio legis.

*) *V* 17 *in margine addit:* nisi mulier illa vel puella legale protulerit iuramentum, quod ignoranter servili se matrimonio copulavit.

III, 2, 8. *Recc. Erv.*] VIII. ANTIQUA.

Si absque volumtate parentum mulier ingenua marito se coniungat ingenuo.

Si[1] puella ingenua ad quemlibet ingenuum venerit in ea condicione, ut eum sibi maritum adquirat, prius cum puelle parentibus conloquatur; et si obtinuerit, ut eam uxorem habere possit, pretium dotis parentibus eius, ut iustum est, inpleatur. Si vero hoc non potuerit obtinere, puella in parentum potestate consistat. Quod si absque cognitione et consensu parentum eadem puella sponte fuerit viro coniuncta, et eam parentes in gratia recipere noluerint. mulier cum fratribus suis in facultate parentum non succedat, pro eo, quod sine volumtate parentum transierit pronior ad maritum[2]. Nam de rebus suis si aliquid ei parentes donare voluerint, habeant potestatem. Ipsa quoque de donatis et profligatis rebus faciendi quod voluerit libertatem habebit.

III, 2, 7. *l.* 1. obtineat *V* 3. Hic] Hinc *R* 1. || *l.* 3. copulatos *E. V.* cum ancillis *V* 1. *l.* 4. servis huius] serbus uius *V* 3. servande *R* 1. || *l.* 6. *Post* copulavit *V* 17 *add.* Q. V. C. *(= Quidam vetus codex?).*

III, 2, 8. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 7. ANTIQUA] *deest E. V* 2. 3. 5. 8. 14. 19; FLS GLS RODS REX al. Felicissimus Rodericus *V* 17 *(in marg.).* || *l.* 8. marito sese *E* 2. *Pith.*; maritos esse *E* 1; sese marito *V* 1. 2. iungat *R* 1. || *l.* 10. ingenuo *R* 1. in] sub *V* 2. 6; *deest Pith.* || *l.* 11. cum] quum *E* 2; quam *E* 1. ut] *ita R* 1 *(ubi tamen al. m. post add.). E* 2. *V* 1. 2. 5. 6. 17; *deest R* 2. *E* 1. *V* 3. 4. 14. 15. || *l.* 12. posse *R* 2. *V* 3. 4. 14. 15. ut] quod *R* 1. || *l.* 13. pot. par. *V* 1. 2; parentum voluntate *V* 6. *Pith.* || *l.* 14. cognitionem et consensum *R* 2. isponte *R* 1. *l.* 15. gratiam *V.* facultatem *V* 1. 6. || *l.* 16. paparentum *R* 1. || *l.* 17. suis *deest V* 1. parentum *R* 1. donare vol.] dare vol. *V* 4; donaverint *Mad.* habeat *V* 1. || *l.* 18. libertatem habeat *V* 1; habeat potestatem *V* 2.

1) *Cf. L. Burg.* 12, 4 *et infra III.* 4, 7. 2) *Visigothi feminas, quae castitatem perdiderunt, amissione hereditatis puniebant, eandem assignantes culpam eis, quae sine parentum vel tutorum consensu matrimonium contraxerunt, atque eis, quae extra matrimonium cum viris concubuerunt; cf. III,* 1, 8; 4, 7. *Quod commune fuisse iuri Germanorum non paucae leges eiusdem et inferioris aevi testantur, scilicet Lex Burg.* 12, 5; *Ed. Langob. Liutpr. c.* 5. 119; *Lex Angliorum et Werinorum c.* 47; *leges Scandinavicae, quas allegat Wilda, 'Strafrecht der Germanen' pp.* 801. 808; *leges municipales medii aevi, quas laudat Laband, 'Vermögensrechtl. Klagen' p.* 378, *n.* 28; *et praeter eas fontes iuris municipalis Tremoniensis, Lib. civitatis* 15. 43 *et Lib. iudiciorum* 130, *ed. Frensdorff, 'Dortmunder Statuten u. Urtheile' p.* 69. 76. 139; *Ottonis ducis privilegium Brunsvicense c.* 34, *ed. Hänselmann, 'UB. d. Stadt Braunschweig' I, p.* 6; *praecipue autem sententia ab iudicibus Alamannicis saec. XI. lata, quam tradit Ortlieb Zwifaltensis, SS. X, p.* 74: predium . . . quasi iniuste sibi ablatum . . . repetiit *(sc. mulier quaedam)*, set quia legalia iura propter turpem abiectionem mariti perdidit, contradicentibus legisperitis minime recepit: quippe quae maritalem castitatem amisit etiam iura hereditaria perdidit. *Aliter Eike de Repgow, qui antiquae illi consuetudini opposuit verba:* Wif mach mit unkuschheit irs lives ire wifliken ere krenken; ire recht ne verlüst se darmede nicht noch ir erve; *Spec. Sax. I,* 5, 2. *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 596 *sqq.*

Recc. Erv.] III. TITULUS: DE RAPTU VIRGINUM VEL VIDUARUM[1].

III, 3, 1.

Recc.] I. ANTIQUA.

Si ingenuus ingenuam rapiat mulierem, licet illa virginitatem perdat, ste tamen illi coniungi non valeat.

Si[2] quis ingenuus rapuerit virginem vel viduam, si, antequam integritatem virginitatis aut castitatis amittat, puella vel vidua potuerit a raptore revocari, medietatem rerum suarum ille, qui rapuit,

Erv.] I.

Si ingenuus ingenuam rapiat mulierem, licet illa virginitatem perdat, iste tamen illi coniungi non valeat.

Si quis ingenuus rapuerit virginem vel viduam, si, antequam integritatem virginitatis aut castitatis amittat, puella vel vidua potuerit a raptu revocari, medietatem rerum suarum ille, qui rapuit, perdat, ei, quam rapuerat, consignandam.

TIT. III. *Lemma.* *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Index capitulorum. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 3. — *l.* 2. ingenuam] ingenua *R* 1. mulierem — valeat *des.* *R* 2. *V* 3. illa] illam *R* 1. ste] *ita* *R* 1. *E* 2; iste *E* 1. ‖ *l.* 4. puella *R.* eripere potuerint] eriperit *R* 1. ‖ *l.* 5. consentiantur *E* 1. ‖ *l.* 6. sive vivo *E* 1. an defuncto] hanc defunctu *R* 1. raptori sororis *E.* ‖ *l.* 7. isponsam *R* 1. ‖ *l.* 8. occidantur *R* 1. ‖ *l.* 9. raptorem] et si parentibus (parentes *E* 2) vel puelle cum raptore de nuptiarum definitionibus (definitionem *E* 2) conveniat *add.* *E.* *V* 3. ‖ *l.* 10. servus — rapuerit *R* 1. ‖ *l.* 11. VIIII. Si — rapuerit *des.* *R* 1. mulierem libertati] libertate *E* 1. ‖ *l.* 12. X] VIIII *R* 1. ‖ *l.* 13. XI] X *R* 1. filiarum] puellarum *R* 1; filiorum *E* (*corr.* filiarum *E* 1). alienarum] vel etiam viduarum ac (hac *E* 2) de his qui puellam aut viduam ingenuam absque regio iussu violenter dare marito presumserint (praesumpserit *E* 1) *add.* *E.* *V* 3. ‖ *l.* 14. XII] XI *R* 1. raptum *E* 1; raptu *E* 2. constiterit] *ita* *E* 1. *V* 3; constiterint *R* 2. *E* 2; contigerit *R* 1.

III, 3, 1. *Codd.* *R* 1. 2. — *l.* 18. ste] iste *R* 2. coniungi] *ita* *E* 2. *V*; coniugii *R* 1; coniugi *R* 2. *l.* 22. aut castitatis *des.* *R* 1. ‖ *l.* 23. viduam poterit *R* 1. raptore revocari] raptu revocari *R* 2. *l.* 24. ille — quam rapuerit *des.* *R* 1.

III, 3, 1. *Codd.* *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (8. 15. 17). — *l.* 15. I] ANTIQUA *add.* *V* 1. 6; NBM EMDA (= NOBITER (?) EMENDATA) *add.* *E* 2; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *add.* *V* 2. 8; ANTIQUA *add.* *V* 17, *et in marg.:* NOVITER ADDITA. ‖ *l.* 18. iste] sta *al. m. corr.* ista *E* 2. coniungi] coniugii *E* 1. ‖ *l.* 22. poterit *V* 3. a raptu revocari] a raptore vocari *E* 1; a raptore revocare *V* 15; arraptam revogare *V* 3. *l.* 24. rapuerit *V* 1. 2.

1) *Rubrica recepta est ex Cod. Theod. IX, 24.* 2) *Hanc formam legis Leovigildus antiquiori substituisse videtur: cf. Lex Burg.* 12, 1—3; *Cod. Iust. IX,* 13, 1; *'N. Arch.' XXIV, p.* 600 *sqq.*

III, 3, 1. ***Recc.***] perdat, ei, quam rapuerit, consignandam. Si vero ad inmunditiam, quam voluerit, raptor potuerit pervenire, in coniugium puelle vel vidue mulieris, quam rapuerat, per nullam conpositionem iungantur[1]; sed omnibus traditis ei, cui violentus fuit, et CC insuper in conspectu omnium publice hictus accipiat flagellorum et careat ingenuitatis sue statum, parentibus eiusdem, cui violentus extiterat, aut ipsi virgini vel vidue, quam rapuerat, in perpetuum serviturus.

Erv.] Si vero ad inmunditiam, quam voluerit, raptor potuerit pervenire, in coniugio puelle vel vidue mulieris, quam rapuerat, per nullam conpositionem iungatur; sed cum omnibus rebus suis tradatur ei, cui violentus fuit, et ducentos insuper in conspectu omnium publice ictus accipiat flagellorum et careat ingenuitatis sue statum, parentibus eiusdem, cui violentus extiterat, aut ipsi virgini vel vidue, quam rapuerat, in perpetuum serviturus; ita[2] ut ad eius, quam rapuerat, coniugium nullo unquam tempore redeat. Quod si factum fortasse constiterit, quidquid de raptoris rebus pro contumelio sui perceperat, una cum ipso raptore amittat, illis procul dubio parentibus profutura, quorum hoc negotium fuerit executum instantia. Quod si vir, de alia uxore filios habens legitimos, raptum postea fecisse convincitur, ipse videlicet solus in eius, quam rapuit, serviturus potestatem tradatur; res tamen raptoris filii eius legitimi obtinebunt.

III, 3, 2. ***Recc. Erv.***]

II. ANTIQUA.

Si a potestate raptoris puellam parentes eripere potuerint.

Si[3] parentes mulierem vel puellam raptam excusserint, ipse raptor parentibus eiusdem mulieris vel puelle in potestate tradatur, et ipsi mulieri penitus non liceat

III, 3, 1. *l.* 2. ad *deest* *R* 1. || *l.* 4. coniugio *R* 2. || *l.* 6. iungantur] *ita* *R* 1. 2. || *l.* 7. CC] hictus *add.* *R* 1; ducentos *R* 2. || *l.* 8. hictus] *h. l. om.* *R* 1; hictos *R* 2. || *l.* 9. sue ing. *R* 1. || *l.* 11. vel] *ita* *Erv.*; aut *R* 2; *deest* *R* 1. quam] quem *R* 1.

III, 3, 1. *l.* 1. inmunditia *E* 1. || *l.* 3. rapuerit *V* 1. 2. 6. || *l.* 4. coniungantur *E* 2. cum omnibus rebus suis tradatur] omnibus rebus suis traditis *E* 1 (*cf. Recc.*); cum omnibus quae habet tradatur *V* 4. || *l.* 5. ducentis *E* 2. || *l.* 6. hictibus *E* 2. || *l.* 7. statu *V* 2. 3. || *l.* 10. ita ut] *haec et reliqua usque ad finem capitis omittit sicut Recc. etiam* *E* 1. || *l.* 12. constiterit] contigerit *V* 5. 15. *l.* 13. raptoris] raptoribus *E* 2. sui] *ita* *E* 2. *V* 2; suo *cett.* || *l.* 14. admittat *E* 2. || *l.* 15. quorum] quo suum *E* 2. || *l.* 16. instantiam *E* 2. || *l.* 20. potestatem] *ita* *E* 2. *V* 3; potestate *cett.*

III, 3, 2. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (8. 14. 17. 19). — *l.* 23. ANT.] *deest* *E* 1. *V* 3; FLS RCS *V* 8; FLVS RCNTS REX *Mad.* || *l.* 24. potestatem *R* 1. || *l.* 25. ipse raptor — confugerint *bis scr.* *R* 1. parentibus] paritibus *R* 1 (*primum*). || *l.* 26. mul. eiusd. *R* 1. in potestate] in potestatem *V* 6; *des.* *V* 3. tradantur *R* 1.

1) *Cum ex lege III,* 3, 7 *appareat, matrimonium inter raptorem et raptam non prohibitum fuisse, etiam haec verba non ad impedimentum raptus spectare, sed ita intelligenda esse videntur, ut raptori non liceat raptam contra eius vel parentum voluntatem in coniugium ducere.*
2) *Etiam hoc additamentum non matrimonium inter raptorem et raptam contrahendum, sed tantummodo coniugium inter raptam et raptorem, qui ei iam servus addictus est, vetare videtur.*
3) *Cf. Cod. Theod. IX,* 24, 1.

Recc. Erv.] ad eundem virum se coniungere. Quod si facere presumserit, ambo morti tradantur. Si certe ad episcopum vel ad altaria sancta confugerint, vita* concessa, omnismodis separentur et parentibus rapte servituri tradantur. **III, 3, 2.**

*) V 14: et illis a rege fuerit vita concessa.

Recc. Erv.] III. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **III, 3, 3.**

Si consentiant raptori parentes de disponsata puella.

Si[1] parentes raptori consenserint, pretium filie sue, quod cum priore sponso definisse noscuntur, in quadruplum eidem sponso cogatur exolvere; idem vero raptor legibus sponso inexcusabiliter maneat abdicatus.

Recc. Erv.] IIII. ANTIQUA. **III, 3, 4.**

Si fratres vivo an defuncto patre consentiant raptori sororis.

Si[2] vivo patre fratres raptori consenserint aut in rapto sororis conscii conprobantur, excepto mortem[3] damnum, quod de raptoribus est constitutum, excipiant. Si vero post obitum patris fratres sororem suam raptori tradiderint vel raptori levandam consenserint, pro eo, quod eam vel vili persone vel contra volumtatem suam nuptui tradiderint, cuius etiam honorem debuerant exaltare, medietatem facultatis sue amittant, ipsi nihilhominus sorori tradendam, et insuper in presentia aliorum a iudice L flagella suscipiant, ut hoc alii conmoniti terrore formident. Adiutores vero raptoris, qui cum ipso fuerint, disciplinam accipiant, sicut est in lege alia constitutum[4]. Raptor autem inexcusabiliter superiori lege[5] et in rebus et in status sui dignitate damnetur.

III, 3, 2. *l.* 1. se coniungere] reconiungere *R* 2. presumserint *E* 2. *V* 6. *Mad.* ‖ *l.* 2. certe] autem *R* 2. ad episcopo *R* 1. ‖ *l.* 3. omnibus modis *E* 1. *V* 3; omnimodis *V* 2; omnino *V* 1.

III, 3, 3. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. (8. 15. 17. 19). — *l.* 5. FL. — REX] *des. E* 1; ANTIQUA *V* 4. 8. 15; FLS CINDS REX. ANTIQUA *V* 19. GLOR. *deest V* 3. RECC.] RECC͡ΘDS *R* 1; RECCESD *R* 2; RECDS *E* 2. *V* 3. 17; RCDS *V* 2. 5. 6; RCHDS *V* 1. ‖ *l.* 6. disponsatam puellam *R* 1. ‖ *l.* 7. raptori] in adulterio *add. V* 4. priorem isponsum *R* 1. ‖ *l.* 8. cogatur] *ita R. E* 2; cogantur *cett.* idem] eidem *R.* raptor] vel adulter *add. V* 4. ‖ *l.* 9. abdicatus] addictus *V* 2; addicatus *V* 19; *deest V* 5.

III, 3, 4. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. (3. 4. 5). 6. (15. 17. 19). — *l.* 10. ANT.] *deest E. V* 1. 19; RCDS *in marg. V* 17; FLS CINDASVINDUS REX *V* 15. ‖ *l.* 12. raptori] vel adultero *add. V* 4. raptori consentiant *R* 1; consenserint raptori *E. V.* raptu *E. V.* concii *E* 2; socii *V* 4. ‖ *l.* 13. excepto mortem] *ita R* 1; excepto morte *E* 1; excepta morte *cett.* ‖ *l.* 15. servandam *corr.* levandam *E* 2. consenserint] concesserint *V* 3. eam] eadem *R* 2. ‖ *l.* 16. nuptui] consenserint vel *V* 4. ‖ *l.* 17. admittant *R.* sorori] *deest R* 1; sorori suae *Mad.* ‖ *l.* 18. L] quinquaginta *R* 2. *V* 6; quinquagena *E* 1. *Mad.* suscipiant] accipiant *V* 3. hoc *deest R* 1, *al. m. post add. E* 2. conmoniti] commoti *E* 2. *V* 1. 6. *l.* 19. raptoris] sive adulteri *add. V* 4. disciplinam legis *E. V.* ‖ *l.* 20. ìstatus *R* 1; statu *R* 2. *E* 1.

1) *Reccessvindus, qui hanc legem supplemento dedit legi antiquae III,* 3, 5, *poenam quadrupli ex Lege Romana recepisse videtur, sc. ex L. Rom. Vis. C. Th. III,* 5, 6*:* 6, 1*;* 11, 1. *Ex iure Iustiniano haec poena remota est; cf. Cod. Iust. V,* 1, 5, § 5*:* 2, 1 *pr.;* 8, 1, § 1. 2) *Cf. Cod. Theod. IX,* 24, 1. 3) *Raptorem et raptam sub quodam eventu morte esse puniendos statuit III,* 3, 2, *raptorem sponsae alienae III,* 3, 5*; cf. III,* 3, 6. 4) *Remittitur ad legem III,* 3, 12*; quae cum sit Reccessvindi, suspicamur haec verba a legisperitis, qui codicem Reccessvindianum composuerunt, antiquae legi addita esse.* 5) *III,* 3, 1.

III, 3, 5. *Recc. Erv.*]

V. ANTIQUA.

Si quicumque rapiat alienam sponsam.

Si[1] alienam sponsam quicumque rapuerit, de raptoris ipsius facultatibus medietatem puelle, alia vero medietatem sponso iubemus addici. Quod si minimam aut nullam habeat facultatem, his, quos supra memoravimus, cum omnibus, que habuerit, tradatur ad integrum; ita ut, venundato raptore, de eius pretium equales habeant portiones. Ipse autem raptor, si peractum scelus est, puniatur.

III, 3, 6. *Recc. Erv.*]

VI. ANTIQUA.

Si quispiam de raptoribus occidatur.

Si[2] quis de raptoribus fuerit occisus, homicidium* non teneatur, quod pro defendenda castitate[3] commissum est.

*) *E* 2: pro humicidium non teneantur; *V* 1. 3. 6. *Mad.*: pro homicidio non teneatur. — *V* 15. 19: mors eius pro homicidio non teneatur. — *E* 1. *V* 17. *Pith.*: ille, qui percussit, ad homicidium non teneatur. — *V* 4: ille, qui percussit, pro homicidio non teneatur. — *V* 2: pro homicida ille, qui occidit, non teneatur.

III, 3, 7. *Recc. Erv.*]

VII. ANTIQUA.

Infra quod tempus liceat accusare raptorem, et si parentibus vel puelle cum raptore de nuptiarum definitione conveniat.

Raptorem virginis vel vidue infra XXX annos omnino liceat accusare[4]. Quod si cum puelle parentibus sive cum eadem puella vel vidua de nuptiis fortasse convenerit, inter se agendi licentiam negari non poterit. Transactis autem XXX annis, omnis accusatio sopita manebit.

III, 3, 5. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (17. 19). — *l.* 1. ANT. *deest E* 1. *V* 19. *l.* 4. alia] *ita R* 1. *E* 2; aliam *cett.* adici ampliari vel tradi *V* 4. *l.* 5. his] is *V* 1. 6. quos] quo *E* 1; qui *corr.* que *E* 2; quem *V* 1. 2. 6. *l.* 6. venundato] vendito *R* 1; venudato *V* 1. pretium] *ita R* 1. *E* 2; pretio *cett.* *l.* 7. peractus *R* 1.

III, 3, 6. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 19). — *l.* 8. ANT. *deest E* 2. *V* 19. *l.* 9. raptoribus] a u t a d u l t e r i s *add. V* 8. ‖ *l.* 10. raptoribus] a u t a d u l t e r i s *add. V* 4. 8. quod] quia *V* 1. 15.

III, 3, 7. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (17. 19). — *l.* 16. ANTIQUA] *ita R. E* 2. *V* 1. 4. 5. 6. 17. 19; *deest E* 1. *V* 2. 3; FLVS CNTSNTS REX ANTIQUA *Mad.* *l.* 17. parentes *R* 1. *V* 4. vel *deest R* 1. *l.* 18. conveniant *V* 4. 6. *l.* 19. viduarum *V* 6. *l.* 20. eadem — vidua] eam puellam vel viduam *R* 1. nuptias *R* 1. raptor convenerit *V* 2. ‖ *l.* 21. agendi] agitandi *R* 1. licentiam] *ita R. E* 1; licentia *cett.* denegari *R* 2. *E* 2.

1) *Leovigildus hanc legem antiquiori cuidam Euricianae substituisse videtur; cf. L. Baiuv.* 8, 16: Si quis sponsam alienam rapuerit . . . *Cf. supra III,* 3, 3, *de poena etiam III,* 3, 1. 2) *Legislator, Leovigildus ut opinor, legem Iustiniani Cod. Iust. IX,* 13, 1, § 1 *ante oculos habuisse videtur.* 3) *Cf. Pauli Sent. V,* 23, 8: . . . pudorem publico facinore defenderunt. 4) *Cf. X,* 2, 3. 4. *Aliter secundum leges Romanas de raptu iam post quinquennium accusare non licuit; cf. Cod. Theod. IX,* 24, 3 *(in L. Rom. Vis. IX,* 19, 2*) cum Interpretatione et Ed. Theoderici c.* 20.

Recc. Erv.] VIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. III, 3, 8.

Si servi mulierem ingenuam rapuerint.

Equitatis oportunitas exigit legem ponere secuturis, unde dubitationis occasio inter presentes occurrit. Servi igitur si sciente domino vel iubente raptum facere presumserint, ad omnem legalem satisfactionem servorum dominus iudicis instantia conpellendus est. Quod si extra volumtate domini servi talia perpetraverint, iudicis idem sententia conprehensi hac decalvationis feditate multati, trecentenis insuper singuli flagellorum hictibus verberentur. Ille tamen servus, qui idem se ingenue mulieri per rapinam copulari quesibit, penali sententia subiacebit.

Recc.] VIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si servus mulierem libertati traditam rapuerit.

Si servus libertam rapuisse detegitur, quoniam non iam unius conditionis esse noscuntur, ideo, si voluerit pro servum compositionem dominus dare, aut centum solidus mulieri persolvat, aut, si noluerit, eundem servum pene supplicio tradat.

Erv.] VIIII. III, 3, 9.

Si servus mulierem libertati traditam rapuerit.

Si servus libertam rapuisse detegitur, quoniam non iam unius conditionis esse noscuntur, ideo, si idoneus servus est, qui talia commisisse detegitur et idoneam libertam rapuisse invenitur, si* voluerit, dominus eius centum solidos pro eo conponat. Si certe noluerit, eundem servum tradere non desistat, ita ut ipsi mulieri ultra non liceat eundem raptorem sibi in coniugio copulare. Quod si ad eius aliquando coniugium venerit,

*) *V* 14: si voluerit pro servo compositionem dominus dare, aut C solidos mulieri conponat aut, si noluerit, eundem servum pene supplicio tradere non desistat.

III, 3, 8. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (14. 15. 17). — *l.* 1. FL. — REX] FLS CHINDASVINDUS REX *R* 2; FLS CHNDS REX *R* 1. *E* 2. *V* 2. 17; FLS CNDS REX *V* 3; FLS GLS CHDS *V* 1. 5; ANTIQUA *E* 1; ANTIQUA. FLS CHDS R *V* 4; FLS CHDS REX. ANTIQUA *V* 6; FLS RCSTS REX *Mad.*; RCDS *in marg. V* 17. || *l.* 4. presentum *R* 1. Si servi igitur *Mad.* isciente *R* 1. raptum virginum *V* 14. || *l.* 5. legalem] legis *V* 15. || *l.* 6. volumtate] *ita R* 1; boluntate *E* 2; voluntatem *cett.* || *l.* 7. idem sententiam *R* 1; eiusdem instantia *in loco raso V* 6. hac] ac *R* 2. *V.* trecentenis] CCC^orum^ *V* 6. singuli *deest V* 6. || *l.* 8. ictibus *R* 2. *E* 1. *V.* qui idem] quidem *R* 1. idem se] idem *R* 2. *V* 3; *des. V* 1. 6. || *l.* 9. copulare *V* 2. quesivit *E. V.* sententia] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1; sententie *cett.*

III, 3, 9. *Codd. R* 1. 2. — *l.* 10. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCSD *R* 2. || *l.* 12. mulieri *R* 1. || *l.* 15. unius] huius (*vel fortasse* hunius) *R* 1. *l.* 16. ideo *deest R* 2. servo *R* 2. || *l.* 18. solidos *R* 2. || *l.* 19. pena *R* 2. suppliciu *R* 1.

III, 3, 9. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 10. VIIII] FLS RECDS REX *add. E* 2. *V* 17; FLS GLS RCDS REX *add. V* 5. 6; FLS GLS RECAREUS REX *add. V* 1; FLS CHNDS (CNDS *V* 3, CNTSNTS *Mad.*) REX *add. V* 2. 3. *Mad.*; AN. FLS CHS REX *add. V* 4; ANTIQUA *add. V* 15 *et in marg. V* 17. || *l.* 14. mulierem libertam *E* 1; muliem (*sic post add. al. man.*) libertam *E* 2. || *l.* 15. iam non *E* 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. *l.* 16. est servus *V* 3. 4. 5. commisisse] fecisse *Mad.* || *l.* 19. conponat] conponere non moretur *V* 3. certe] ergo *V* 2; autem *V* 15. || *l.* 22. raptorem *eras., al. man.* virum *V* 6. copulari *V* 1. 4. *Mad.*

III, 3, 9. *Erv.*] et filii exinde fuerint procreati, dominus ille, cuius servus rapti crimen admiserat, et servum et hagnationem sibi vindicet servituram. Sin autem rusticus aut vilissimus servus esse noscatur et similem libertam rapuisse cognoscitur, quantum ipsum servum valere constiterit, tantum pretium dominus servi predicte mulieri persolvere procurabit; ipse vero servus centenis flagellorum ictibus verberetur ac turpiter decalvatus in potestate domini sui erit perpetim permansurus.

III, 3, 10. *Recc. Erv.*]

X. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si servus ancillam alterius rapuerit.

Si servus ancillam iuris alieni rapuerit, ducentorum flagellorum verberibus cesus ac decalvatus, ab ancilla etiam, si dominus ancille voluerit, absque dubio separetur.

III, 3, 11. *Recc.*]

XI.

FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De sollicitatoribus filiarum et uxorum alienarum vel etiam viduarum ac de his, qui puellam aut viduam ingenuam absque regio iussu violenter dare marito presumserint.

Omne, quod honestatem vite conmaculat, legalis necesse est ut censura coerceat.

Erv.]

XI.

De sollicitatoribus filiarum et uxorum alienarum vel etiam viduarum ac de his, qui puellam aut viduam ingenuam absque regio iussu violenter dare marito presumserint.

Omne, quod honestatem vite conmaculat, legalis necesse est ut censura coerceat. Idcirco sollici-

III, 3, 9. *l.* 3. hagnationem] hanc nationem *E* 1; hagnitionem *E* 2; agnationem *V*. || *l.* 4. vendicet *V* 1. 2. Sin] Si *V* 6. 17. rusticus] rusticanus *in marg.* *V* 17. || *l.* 5. noscatur] *ita* *E* 1. *V* 4. 6; noscitur *V* 1. 3. 5; dinoscitur *V* 2; noscuntur *E* 2. *l.* 6. libertam] libertatem *E* 1. || *l.* 7. servum *deest* *E* 1. || *l.* 9. procuret *V* 15. || *l.* 10. hictibus *E* 2. verberetur] verberatus *V* 1. 2. 6. || *l.* 11. ac] *ita* *V* 1. 2. 6; hac *E* 2; et *E* 1. *V* 3. 4. 5. in] et in *V* 3. 4. 5.

III, 3, 10. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (15. 17. 19). — *l.* 13. FL. — REX] AN *praemittit* *V* 4; ANTIQUA *add.* *V* 15; F G R R *E* 1; RCDS *in marg.* *V* 17; *des.* *V* 1. 5. 19. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CNDS *R* 1; CINDS *E* 2; CHNDS *V* 2; CHDS *V* 6; CINDADS *V* 5; CHS *V* 4. *l.* 16. ac] hac *R* 1. ancille *deest* *V* 1. separentur *R* 2. *E*.

III, 3, 11. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 2. — *l.* 18. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CNDS *R* 1. *E* 2. || *l.* 19. filiorum *E* 2. || *l.* 21. his *deest* *R* 2. || *l.* 22. aut] vel *E* 2. || *l.* 24. presumserit *R* 1. || *l.* 25. Omnem *R* 2. honestatem] *ita* *R* 2; inhonestate *R* 1; onestatem *E* 2. vita *R*. || *l.* 26. legali *E* 2.

III, 3, 11. *Codd.* *E* 1. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. (8. 17. 19). — *l.* 17. XI] FLS CHNDS (CINDADS *V* 3, CHDS *V* 6) REX *add.* *V* 2. 3. 6. 17; AN. FLS CHS REX *add.* *V* 4; FLS CIND REX. ANTIQUA *add.* *V* 19; RCDS *add. in marg.* *V* 17. *l.* 19. filiorum *E* 1. || *l.* 20. ac] et *V* 1. || *l.* 21. aut] vel *V* 1.

Recc.**]** Ideirco sollicitatores[1] adulterii uxorum vel filiarum alienarum adque viduarum, sive per ingenuum aut ingenuam, seu per servum aut ancillam adque etiam libertum aut libertam, mox manifestis indiciis talium scelerum mandata deferentes patuerint, cum his etiam, a quibus missi fuerint, iudicis instantia conprehensi in eius potestate tradantur, cuius uxorem vel filiam sollicitasse repperiuntur; ut illi quoque de eis quod voluerint sit iudicandi libertas, quem vel coniugalis ordo vel parentalis propinquitas huius ultorem criminis legaliter esse demonstrat. Illi[2] quoque, qui puellam ingenuam viduamvel absque regiam iussionem[3] marito violenter presumserint tradere, quinque libras auri ei, cui vim fecerint, cogantur exolvere; et huiusmodi coniugium, si mulier dissentire probatur, irritum nihilhominus habeatur.

Erv.**]** tatores adulterii uxorum vel filiarum alienarum atque viduarum sive sponsarum, si per ingenuum vel ingenuam, seu per servum aut ancillam atque etiam libertum aut libertam, mox manifestis indiciis talium scelerum mandata deferentes patuerint, cum his etiam, a quibus missi fuerint*, iudicis instantia conprehensi in eius potestate tradantur, cuius uxorem vel filiam aut sponsam sollicitasse repperiuntur; ut illi quoque de eis quod voluerint sit iudicandi libertas, quem vel coniugalis ordo vel parentalis propinquitas huius ultorem criminis legaliter esse demonstrat. Illi quoque, qui puellam ingenuam viduamvel absque regia iussione marito violenter presumpserint tradere, quinque libras auri ei, cui vim fecerint, cogantur exsolvere; et huiusmodi coniugium, si mulier dissentire probatur, irritum nihilominus habeatur. **III, 3, 11.**

*) *V* 8 *addit:* aut si minime missi extiterunt.

Recc. Erv.**]** XII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **III, 3, 12.**

De ingenuis adque servis, quos in raptum interesse constiterit.

Qui in raptu interfuisse cognoscitur, si liber est, sex auri uncias reddat et

III, 3, 11. *l.* 1. audulterii *R* 1. ‖ *l.* 3. aut] vel *R* 2. *E* 2. ingenua *E* 2. *l.* 7. a *deest R* 2. *l.* 8. instantiam *E* 2. conpreensi *E* 2; *deest R* 2. *l.* 9. vel] aut *E* 2. ‖ *l.* 10. filiam] seu sponsam *al. man. post add. E* 2. repperiuntur *al. man. corr.* repperiantur *R* 1. ‖ *l.* 11. voluerint] *ita R. E* 2. *l.* 12. coniugalis ordo] iugalis hordo *R* 2. vel quem parentalis *E* 2. ‖ *l.* 13. ultorem] torem *al. man. corr.* auctorem *E* 2. ‖ *l.* 15. viduamvae *R* 2; vel viduam *E* 2. ‖ *l.* 17. presumserit *R* 1. *l.* 18. fecerit *R* 1. *E* 2. cogatur *R* 1. ‖ *l.* 19. desentire *E* 2.

III, 3, 11. *l.* 1. adult. ux.] alienarum adulteri uxorum *V* 1. ‖ *l.* 2. sive] vel *V* 1. 2. si *deest E* 1. *V* 3. per] pro *E* 1. ‖ *l.* 3. per] pro *E* 1. aut] vel *E* 1. ‖ *l.* 4. etiam *deest V* 3. manifesti *E* 1. *l.* 5. talia *V* 2. mandatum *V* 3. 5. *Mad.* ‖ *l.* 6. cum eis etiam *etc. V* 1; cum etiam eis a quibus *V* 2; cum quibus *V* 3. ‖ *l.* 7. iudices *E* 1. ‖ *l.* 9. reperiantur *E* 1. eis] his *V* 1. 2. ‖ *l.* 10. quod] quod facere *V* 3. voluerint] *ita E* 1; voluerit *V.* iudicandi] faciendi *in marg. V* 17. vel coniugalis] vel *deest V* 1. 6. ‖ *l.* 12. ultorem] cultorem *E* 1. *l.* 13. viduamvel] *ita E* 1; vel viduam *V.* ‖ *l.* 14. presumpserit *E* 1. ‖ *l.* 17. desentire *E* 1.

III, 3, 12. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 6. (8. 15. 17). — *l.* 22. FL. — REX] *des. E* 1; ANTIQUA *V* 4; ANTIQUA *add. V* 15; EGICA. RODCS *in marg. V* 17. GLOR. *deest E* 2. *V* 1. 2. 3. 5. 8. 15. RECCESSVINDUS] *ita R* 2; RECΘDS *R* 1; RECDS *E* 2; RCDS *V* 6; RCSNDS *V* 3; CHDS *V* 1. 5. 8; CHNDS *V* 2; CINDS *V* 15. ‖ *l.* 23. De — constiterit *des. R* 2. raptum] *ita R* 1. *V* 2; raptu *cett.;* vel adulterio *add. V* 8. constiterint *E.* ‖ *l.* 24. raptum *V* 2; sive adulterio *add. V* 4; vel adulterio *add. V* 8. cognoscitur] dinoscitur *V* 3. *Mad.*

1) *L. Rom. Vis. Paul.* V, 4, 5*:* Sollicitatores alienarum nuptiarum itemque matrimoniorum interpellatores, et si effectu sceleris potiri non possunt, . . . extra ordinem puniuntur; *cf. Dig. XLVII,* 11, 1, § 2. 2) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. III,* 6, 1*;* 10, 1*;* 11, 1. 3) *De regum Visigothorum potestate virgines viduasve liberas nuptum dandi cf. III,* 2, 1*;* 5, 1*;* 6, 2*: Grimm, 'Rechtsaltertthümer' p.* 436 *sqq.; Dahn, 'Könige' VI*[2] *p.* 499 *sq.: Brunner, 'D. RG.' II. p.* 56 *sq., et quae monui 'N. Arch.' XXIV, p.* 605.

III, 3, 12. *Recc. Erv.*] L hictus flagellorum publice extensus accipiat. Nam si servus fuerit et sine domini voluntate hoc fecerit, centum publice flagella suscipiat. Quod si servus in raptum interfuerit cum domini volumtate, dominus ita pro eo conponat, sicut de ingenuis est constitutum.

Recc. Erv.]

IIII. TITULUS: DE ADULTERIIS.

I. Si conibente aut non conibente uxorem cum alio viro adulterium faciat.
II. Si puella vel mulier disponsata adulterasse repperiatur.
III. De adulterium uxoris.
IIII. Si adulter cum adultera occidatur.
V. Si pater vel propinqui in domo adulteram occiderint filiam.
VI. Quod servi perventos adulteros occidere non iubentur.
VII. Si puella vel vidua ad domum alterius pro adulterium venerit, eamque vir ipse habere coniugem vellit.
VIII. Si mulier ingenua sponte adulterio cuicumque se misceat viro.
VIIII. Si mulier ingenua marito alterius se adulterii iungat stupro.
X. Pro adulterio torquendos servos et ancillas in capite dominorum.
XI. Si pro celando adulterii scelere mancipium libertati tradatur.
XII. De adulterorum coniugum rebus.
XIII. De personis, quibus adulterium accusare conceditur, et qualiter perquiri aut convinci iubetur.
XIIII. Si ingenuus sive servus virginem aut viduam ingenuam violenter polluisse adulterio detegitur.
XV. Si ingenuus sive servus nesciente domino alienam consentientem adulterasse convincitur ancillam.
XVI. De adulterio ancille, seu id cum adultero violenter fecisse probentur.
XVII. De meretricibus ingenuis vel ancillis, aut si earum scelus iudices perquirere vel corrigere noluerint.
XVIII. De inmunditia sacerdotum et ministrorum.

III. 3, 12. *l.* 1. hictus] *ita* *R* 1. *E* 2: hictos *R* 2; ictus *alii.* suscipiat *V* 5. Nam — suscipiat *des.* *E* 1. ‖ *l.* 3. raptum] *ita* *R* 1: rapto *R* 2: raptu *ctt.*: vel adulterio *add.* *V* 8. sicut et de *V* 1. 2. 3.

TIT. IV. *Lemma.* *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 4. 6. — *l.* 5. DE ADULTERIIS ET ADULTERIS *V* 1. 4. 6; DE ADULTERIS ET ADULTERIIS *V* 2.

Index capitulorum. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 6. Si conibente] *ita* *R.* *E* 1; Si convenientem *E* 2. non conibente] *ita* *R* 1. *E* 1; non iubente *R* 2; non convenientem *E* 2. uxore *E* 1. adult. fac. *des.* *R* 2. faciat] *ita* *R* 1. *E* 2; fiat *E* 1. ‖ *l.* 8. adulterium] *ita* *R* 1. *E* 2; adulterio *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 10. domum *R* 2. *E* 2. adultera *R* 1. filia *R* 1. ‖ *l.* 11. perventus *R* 1; proventos *E* 1. ‖ *l.* 12. alterius] alienam *E* 1. adulterio *E.* eamque — vellit *des.* *R* 2. ‖ *l.* 13. velit *E* 1. ‖ *l.* 14. adultero *R* 2. *E* 1. *l.* 15. maritum *R* 2. se] sese *R* 2: se adulteri *des.* *E* 2. stupro *deest* *R* 2. ‖ *l.* 16. et — dominorum *des.* *R* 2. ‖ *l.* 17. adulterio *R* 1; adulterum *E* 1. traditur *R* 2. ‖ *l.* 18. adulteriorum *R* 1. ‖ *l.* 19. et — iubetur *des.* *R* 2. ‖ *l.* 20. iubetur] debetur *R* 1. ‖ *l.* 21. ingenuam — detegitur *des.* *R* 2. ingenuam se *R* 1; ingenuus *E* 1. ‖ *l.* 22. detegatur *E* 1. ‖ *l.* 23. Si ingenuus — ancillam *des.*, *pro quibus rubricae sequentis verba* De adulterio — violenter, *quae bis scripta sunt, leguntur* *R* 2. sciente an nesciente *E* 1. *l.* 24. convincatur ancilla *R* 1. ‖ *l.* 25. seu id] *ita* *R*; si *E.* adulterum *R* 1. violenter an consentienter *E.* fecisse] id fecisse *E.* fecisse probentur *des.* *R* 2. probentur] *ita* *R* 1. *E* 2; probatur *E* 1. ‖ *l.* 26. indices — noluerint *des.* *R* 2 *et hoc loco etiam* *E* 2, *ubi tamen tota rubrica iam supra sub numero XI. inserta est.* iudices] iudex *E* 1. requirere *E* 2. ‖ *l.* 27. corrigere] constringere *R* 1. noluerit *E* 1. ‖ *l.* 28. ministrorum] misteriorum *E* 1.

Recc.] I. ANTIQUA.

Si[1] conibente aut non conibente uxorem cum alio viro adulterium faciat.

Si quis uxori aliene adulterium intulerit violenter, addicatur marito mulieris, ut in eius potestate vindicta consistat. Quod si mulieris fuerit fortasse consensus, marito similis sit potestas de eis faciendi quod placet.

Erv.] I. III, 4, 1.

Si conibente aut non conibente uxore cum alio viro adulterium faciat.

Si quis uxori aliene adulterium intulerit violenter, si ipse adulter filios habens legitimos talia perpetraverit, ipse solus absque rebus addicatur marito mulieris. Si autem filios legitimos non habuerit, quibus facultas sua deberi legitime possit, cum omnibus rebus suis in potestate mariti mulieris deveniat, ut in eius potestate vindicta consistat. Quod si mulieris fuerit fortasse consensus, marito similis sit potestas de eis faciendi quod ei placet.

Recc.] II. ANTIQUA.

Si puella vel mulier disponsata adulterasse repperiatur.

Si[2] inter sponsum et sponse parentes aut cum ipsa forsitam mulierem, que in suo consistat arbitrium, dato pretio et, sicut consuetudo est, ante testes factum placitum de futuro coniugio fuerit definitum, et postea puella vel mulier adulterium

Erv.] II. III, 4, 2.

Si puella vel mulier disponsata adulterasse repperiantur.

Si inter sponsum et sponse parentes aut cum ipsa forsitan mulierem, que in suo consistat arbitrio, dato pretio et, sicut consuetudo est, ante testes facto placito de futuro coniugio aut cum parentibus eius, quibus* lex potestatem tribuit, facta fuerit definitio, et

*) V 15 *pro* quibus — tribuit *praebet:* virginis aut cum muliere, que in sua manet potestate.

III, 4, 1. *Codd.* *R* 1. 2. — *l.* 4. faciat] fiat *R* 2. ‖ *l.* 6. maritum *R* 2. ‖ *l.* 9. eis] his *R* 2. *l.* 10. placet] voluerit *R* 2.

III, 4, 2. *Codd.* *R* 1. 2. — *l.* 15. ANT. *deest* *R* 2. ‖ *l.* 16. sponsata *R* 2. ‖ *l.* 19. muliere *R* 2. *l.* 20. arbitrio *R* 2. ‖ *l.* 21. facto placito *R* 2. *l.* 23. vel *deest* *R* 1.

III, 4, 1. *Codd.* *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (17). — *l.* 1. I] ANTIQUA NOB DA *add.* *E* 2; ANTIQUA *add.* *V* 1. 4. 6. 17. ‖ *l.* 2. conibente] *ita* *E* 1. *V* 1. 2; coniubente *V* 6; conveniente *E* 2; conivente *alii.* uxorem *E* 2. ‖ *l.* 3. faciat] *ita* *E* 2. *V* 2. 4. 5; fiat *cett.* ‖ *l.* 7. perpetraverat *V* 1. ‖ *l.* 10. deberi] *deest* *E* 1; deveri *E* 2. *l.* 11. potestatem *V* 6. *Pith.* ‖ *l.* 12. deveniat] addicatur marito *add.* *E* 1. consistitur *E* 1. *l.* 14. eis] his *E* 1. *V* 3. 6. ei *deest* *V* 1. 3. 6.

III, 4, 2. *Codd.* *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 19). — *l.* 15. II] ANTIQUA *add.* *E.* *V* 1. 3. 4. 5. 6. 17; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *add.* *V* 19. ‖ *l.* 17. reperiatur *V* 2. 4. 5. 6. *l.* 18. sponse] *ita* *V* 2—6; sponsi *E* 1; sponsam *E* 2. *V* 1. ‖ *l.* 19. mulierem] *ita* *E;* muliere *V.* consistat] *ita* *E.* *V* 6; constat *V* 3; consistit *cett.* *l.* 21. de futuro] dum in futuro *E* 2.

Recc. Erv.] expiati[1]. Quod si filii forte defuerint, illi ad capiendam hereditatem succedant, quibus priscarum legum sanctio[2] legitimam successionem indulgit. Similis quoque de religiosis forma servabitur, quibus nubere canonum sententia[3] proibetur; illis tantum feminis ab ac sententia segregatis, que violentiam coniunctionis indebite sine precedenti vel sequenti consensione pertulerint. Sacerdotes vero vel iudices, si talia cognoscentes ulcisci fortasse distulerint, quinas auri libras fisco cogantur exolvere. Quod si forte id redarguere voluerint, nec potuerint, regis hoc auditibus insinuare procurent; ut, quod eorum non potuit vindicare sententia, principalis damnet omnino censura. **III, 5, 2.**

Recc. Erv.] III. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **III, 5, 3.**

De viris et mulieribus tonsuram et vestem religionis prevaricantibus.

Apostatice[4] calamitatis obprobrium ex hoc merito funditus extirpari conpellimur, ex quo Deum nobis propitium fore confidimus. Si enim, cum minima peccata corrigimus, pietatem eius fautricem nobis efficimus, quanto magis, si scelus in divinitate conmissum severissima censure falce recidimus? Ideoque hac in perpetuum mansura lege sancimus, ut, quicumque religionis abitum per honorabile tonsure signum aut tempore penitentie petendo susceperint, aut non fraudulenta, sed pia parentum

III, 5, 2. *l.* 1. forte] fortasse *E* 2. *V* 1. defuerint] fuerint *V* 1. 3. ‖ *l.* 2. succedent *R* 1. indulget *E. V.* ‖ *l.* 3. servetur *E* 1. *V* 15. nubere *deest* *R* 1. ‖ *l.* 4. secregatis *R* 1. ‖ *l.* 6. libras auri *E* 1. *V* 1. ‖ *l.* 7. voluerint] noluerint *R* 1. nec potuerint] *des. R* 1, *post add. al. m. E* 2.

III, 5, 3. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15. 17. 19.) — *l.* 10. FL. — REX] *des. E* 1. *V* 2. 19; ANTIQUA *V* 15; AN. FLS RCHS REX *V* 4. CHINDASVINDUS] *ita R* 2; CNDS *R* 1; CINDS *E* 2; CHDS *V* 3; GLS CHDS *V* 1. 5. 6. ‖ *l.* 12. exstirpare *E* 1; extirpare *V* 1. 2. 6; stirpari *E* 2. *V* 3. 4. 5. ‖ *l.* 13. fore] forte *R* 1; *deest R* 2. *V* 3. minima peccata] nimia pecca *R* 1. ‖ *l.* 14. frauctricem *R* 1. scelus] iscelus *R* 1; seculus *R* 2. divinitatem *E* 1. *V.* ‖ *l.* 15. severissime *V* 1. false recedimus *R* 1; falce rescindimus *V* 1. 2. 6. hac] hanc *R* 1. mansura] valitura *E* 1. *V* 6. *Pith. Mad.* *l.* 16. abitum] *ita R* 1; abitu *R* 2; habitu *E* 1; habitum *E* 2. *V.* honorabilem *R* 1. tonsure] censure *E* 1. *Pith. in marg.* signum] *ita R* 1. *V* 1. 4. 5. 6. 8; signaculum *R* 2. *E. V* 2. 3. *Pith. in marg.* *l.* 17. petendo] *deest E* 1. *V* 2. 6; penitendo *al. man. post add. E* 2. non *deest R* 1.

1) *Contra Legem Romanam filii incestuosi ad parentum hereditatem admittuntur; cf. L. Rom. Vis. C. Th. IX,* 20, 2*:* Si quis . . . vel attentare matrimonii iungendi causa sacratas virgines vel viduas . . . ausus fuerit, capitali sententia ferietur. Filii ex tali contubernio nati, . . . in hereditatem non veniant; *ibid. III,* 12, 3. *Interpr.:* quisque ille aut sororis aut fratris filiam aut certe ulterioris gradus consobrinam aut fratris uxorem sceleratis sibi nuptiis iunxerit . . ., si filios habuerint, non habeantur legitimi nec heredes, sed infamia sint notatae utrimque personae; *III,* 12, 4. *Interpr.: (post verba p.* 160, *n.* 2, *allata)* filii, qui exinde fuerint procreati, ex successione excluduntur. *Verbis* absque infamie notam *Reccaredus a filiis incestuosis infamiam voluit removere, qua eos secundum Legem Romanam notari opinatus est, ut videtur, Interpretationem legis III,* 12, 3 *eodem modo perperam intelligens atque auctores et additamenti ad tit.* 13 *Legis Salicae et Legis Romanae Curiensis; cf. L. Sal. ed. Behrend* 13, 8, *Add.* 2*:* atque etiam si filios habuerint, non habeantur heredes, sed infamia sint notati; *L. Rom. Cur. III,* 12, 3*:* filii eorum non sint legitimi, sed ipsi debunt esse notati et de parentum facultatem nihil habeant. 2) *Cod. Eur. c.* 327 *sqq.; et infra IV,* 2, 2 *sqq.* 3) *Cf. p.* 160 *n.* 1. 4) *Cf. cum hac lege priores canones: Conc. Tolet. IV. can.* 49. 52. 55. 56*; Conc. Tolet. VI. can.* 6 *sqq.; praeterea Conc. Tolet. X. (a.* 656 *sub Reccessvindo rege) can.* 4. 5. 6. *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 616 *sq.*

III, 5, 3. ***Recc. Erv.***] oblationem[1] meruerint, aut proprie volumtatis devotione tenuerint, et ad laicalem conversationem postmodum apostizando redierint, iuxta sententia canonum ad eumdem religionis ordinem quolibet prosequente reducantur inviti, adque infamie nota respersi et in monasteriis perenniter religati, districtiori macerentur penitentia corrigendi; illis tantum supplicio severitatis huius indulto, quos aut aliene fraudis coegit inpulsio, aut ad ordinis omissi regressum volumtatis proprie reduxerit votum; si tamen nec vir

Recc.] secundam uxorem, nec mulier maritum alterum habuisse detegitur.	***Erv.***] post hoc uxorem duxerit, nec mulier maritum alterum acceperit.

Recc. Erv.] Illos etiam ab hac sententia inmunes efficimus, qui sic invalescente langore ad penitentie vel tonsure pervenerint ordine, ut id se nec accepisse tunc noverint nec petisse meminerint[2]. Prevaricantium vero bona eorum filiis aut propinquis hac discretione pertineant, ut vir habens uxorem, si filios etiam ex eadem abuerit et donatum aliquid ab ipsa perceperit, si suprestis uxor est, ita possideat, ut post suum obitum communibus filiis possidendum relinquat. Certe si aut ipsa discesserit, aut communes filii desunt, proprietatem prevaricatoris viri propinqui eius heredes incunctanter obtineant. Nam quod ab uxore quolibet tempore donatum fortasse perceperat, propinquis uxoris heredibus absque dubitatione proficiat. Adque hec etiam de feminis omnino servabitur forma, ut penitens virgo vel vidua, si, veste laicali deposita, secularia denuo sumserit indumenta aut inierit fortasse coniugia, similis eas et in amissione rerum iuxta superiorem de viris taxatum ordinem censura redarguat, et districtionis pena percellat; ita videlicet, ut proprietatem femine eius filii aut heredes habeant, donationem autem a viro perceptam propinqui mariti, a quo conscripta donatio noscitur, deberi sibi cognoscant. Et quoniam apostizandi precipitatio fraude potius mulierum sepissime perpetratur, id etiam oportuit presenti lege censendum, ut, quidquid a viro seu ante nuptias sive post nuptias in nomine sponse vel uxoris titulo fuerit dotali conscriptum, non mulieris heredes, sed heredes eius, qui dotem conscripsit, sibimet per omnia noverint vindicandum. Personis vero talibus accusandi vel testificandi[3] adque aliena negotia prosequendi[4] licentiam penitus abnegamus; quia non

III, 5, 3. *l.* 1. oblatione *E* 1. *V.* ‖ *l.* 2. laicale conversatione *R* 1; laicalem conversatione *E* 2. apostatizando *E. V.* reddiderint *E* 2. *V* 3. sententiam *V.* ‖ *l.* 3. reducantur] deducantur *R* 1. ‖ *l.* 4. religati d.] relegati d. *V* 1; religati districti|ni *E* 1; relegati districtionem *E* 2; religatione districti *V* 15. *l.* 8. secundum — detegitur (*col.* 1) *R.* post — acceperit (*col.* 2) *E. V.* hoc] hanc *V* 4; haec *V* 2. 6; *deest V* 1. duxerit *deest V* 5. ‖ *l.* 9, *col.* 2. alterum] *ita E* 1. *V* 2. 6. 17; alium *E* 2; *deest cett.* ‖ *l.* 10. Illos — meminerint *des. E* 2. *V* 3. sententiam *R* 1. languore *E* 1. *V* 1. ‖ *l.* 11. ordine] *ita R* 1. *E* 1; hordinem *R* 2; ordinem *V.* id se] id ipse *R* 1; in se *V* 1. 4. ‖ *l.* 13. si *deest R* 2. *V* 3. ‖ *l.* 14. suprestis] *ita R* 1; subprestis *R* 2. *E* 2; supprestis *Mad.;* superstes *E* 1. *V* 1. 2. 4. 6. *Pith.* ‖ *l.* 15. discessit *R* 1. ‖ *l.* 17. ab uxore] ad uxorem *R* 1. perceperat] preceperat *R* 2; percepit *V* 5; receperit *V* 15. ‖ *l.* 18. Adque] *ita R; deest E. V.* ‖ *l.* 19. laicali] r e l i g i o s a *V* 1. 2. 4. 5. 6; r e l i g i o n i s *V* 14; s a n c t i m o n i a l i *V* 8. *l.* 20. sumserit *R* 1. *E* 2. inierint] inierit *R* 1; ingerint *R* 2. ‖ *l.* 21. amissione] missione *R* 1. *l.* 22. percelat *R* 1. ‖ *l.* 23. percepta *R* 1. ‖ *l.* 24. noscitur] *ita R. E* 2. *V* 3. 15; dinoscitur *V* 1. 2. 4. 5. 6. 8; cognoscitur *E* 1. *Mad.* deberi] d e f e n d e r e v e l deberi *V* 1. 6. 8; d e f e n d e r e v e l debere *V* 4. apostatizandi *E. V.* ‖ *l.* 26. sive post nuptias *des. R* 1. isponse *R* 1. uxoris sue *V* 2. titulo *deest R* 1. ‖ *l.* 27. fuerit] donatio *post add. E* 2. ‖ *l.* 28. vendicandum *V* 2.

1) *Cf. Conc. Tolet. IV. c.* 49*:* Monachum aut paterna devotio aut propria professio facit *etc.;* proinde eis ad mundum reverti intercludimus aditum. 2) *Aliter postea Conc. Tolet. XII (a.* 681*). can.* 2. *constituit.* 3) *Propter infamiam (cf. supra l.* 3*), quae Visigothis praecipue testimonii privatio erat; v. supra II,* 4 *et 'N. Arch.' XXIV, p.* 98 *sq.* 4) *Similiter praetor Romanus infamia notatis ius postulandi pro aliis aut omnino denegabat aut limitabat; cf. Dig. III,* 1, 1, § 6 *sqq.* 9*; III,* 1, 2.

Recc. Erv.] poterunt in negotiis secularibus fideles existere, qui devotionem sanctam **III, 5, 3.** ausu conprobantur sacrilego temerasse.

Recc. Erv.] IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **III, 5, 4.**

De masculorum stupris.

Non[1] relinquendum est scelus inultum, quod detestandum semper execrabile morum pravitate censetur. Masculorum ergo concubitores, vel qui talia consentientes pertulerint, sta sunt legis huius sententia feriendi, ut scilicet, mox tale nefas admissum iudex evidenter investigaverit, utrosque continuo castrare procuret, et tradens eos pontifici territorii huius, ubi id perpetrari contigerit, sequestratim ardue mancipentur detrusioni, vel inviti saltim luituri commissa, qui voluntarie perpetrasse noscuntur inlicita. Hoc interim orrendum dedecus si inferens quisque vel patiens non voluntarius, sed invitus explesse dinoscitur, tunc a reatu poterit inmunis haberi, si nefandi huius sceleris ipse detector extiterit; ille procul dubio tenendus est ad penam, quem in hac sponte devolutum constat insaniam. Habentes autem uxores, qui de consensu talia gesserint, facultatem eorum filii aut heredes legitimi poterunt obtinere; nam coniuge, sua tantum dotem percepta suarumque rerum integritate retenta, nubendi cui voluerint indubitata manebit et absoluta licentia.

Recc. Erv.] V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **III, 5, 5.**

De violantibus paternum adque fraternum torum.

Superiori quidem lege[2] de propinquorum incestu quid debeat observari decretum est; tamen, quia non minoris constat sceleris paternum torum sive fraternum conmaculari, constituentes adicimus, ut concubinam patris sui vel fratris aut eam, quam

III, 5, 3. *l.* 1. potuerunt *R* 1. in *deest* *E* 1. *V* 3. ‖ *l.* 2. probantur *R* 1.

III, 5, 4. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (15. 17. 19). — *l.* 3. FL. — REX] *des.* *E* 1; AN. *praemittit* *V* 4; ANTIQUA *add.* *V* 15. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CNDS *R* 1; CINDS *E* 2. *V* 3. 17; CHNDUS *V* 7; GLS CHNDS *V* 2; GLORIOSUS (GLS) CHDS *V* 1. 5. 6; RCHS *V* 4. *l.* 4. stupris] istubris *R* 1; istupris *V* 7; strupris *V* 1; concubitoribus *E* 2. ‖ *l.* 5. iscelus *V* 7. detestando *R* 2; detestantum *V* 7; detestatum *V* 3. *Mad.;* detestandum est *V* 2. semper *deest* *V* 7; et execrabile semper *V* 2; semper et *R* 2. *V* 1. 4. 5. 6. *Pith. Mad.* execrabile morum] execravit horum *R* 1; execrabilem horum *R* 2; exegrabilem morum *V* 3. ‖ *l.* 6. pravitate] prabitate *E* 2; probitas *R* 2; provitate *V* 7; probitate *V* 3. *Mad.* ergo] vero *E* 2. *V* 3. goncubitores *R* 1; concubitoribus *R* 2. *E* 2. *l.* 7. sta] *ita* *R* 1; sta *al. m. corr.* ista *E* 2; ista *cett.* sententiam *R* 1. ut] ut ubi *E* 1. *V* 1. 2. *Mad.;* ut, *post add.* ubi *V* 6; ubi *V* 5. scilicet mox] iscilicet mox *V* 7; si *V* 4. amissum *R* 1. *l.* 9. huius] ipsius *V* 1. 6. sequestrati *E* 2; sequestrare *V* 4. ‖ *l.* 10. detrusioni] detonsi *R* 1. luituri] lugituri *E* 2. *V* 3; lucturi *V* 6; leuituri *V* 7; *deest* *E* 1. commissam *R.* volumtarie *R* 1; bolumtarie *E* 2; voluntarię *E* 1. ‖ *l.* 11. horrendum *R* 2. *E* 1. *V* 2—6. si inferens] sufferens *V* 1; si *deest* *E* 1. volumtarius *R* 1. ‖ *l.* 12. explere *V* 1. 3. 5. 6. 7. potuerit *R* 1. si] quae se *E* 1. ‖ *l.* 13. isceleris *V* 7. ille — insaniam *des.* *V* 2. tenendus est] *ita* *R.* *V* 6. *Pith.;* est *post add. al. man.* *E* 2; est *deest cett.* *l.* 14. hac] hanc *V* 3—6. isponte *V* 7. ‖ *l.* 15. gess.] iesserunt *V* 3. poterunt] *ita* *R* 2. *E* 2. *V* 1. 2. 6; potuerint *R* 1. *V* 7; potuerunt *V* 3. ‖ *l.* 16. coniuge] *ita* *R.* *E;* coniux *V* 1; coniunx *V* 2; coniugi *cett.* dote *E.* *V* 1—6. perceptam *R* 2. *V* 7. suarumque] dodarumque *R* 1. retenta] re ta *R* 1. ‖ *l.* 17. voluerit *E* 1. *V* 1—6. indubitata] illi *add.* *V* 1. 5. 6.

III, 5, 5. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (15. 17. 19). — *l.* 18. FL. — REX] *des.* *E* 1. *V* 4. 19. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CNDS *R* 1. *V* 3; CDS *E* 2; CHDS *V* 1. 5; GLS (G) CHNDS *V* 2. 7; RCDS *V* 6; RCDUS *V* 15. 17. ‖ *l.* 19. De — torum *des.* *V* 4. paternorum *R* 1. fraternorum *R* 1, *ubi* torum *deest.* ‖ *l.* 20. Superiorem *E* 2. *V* 7. legem *E* 2. *V* 7. ‖ *l.* 21. constat] est *V* 4; esse c. *Pith.* isceleris *R* 1. *V* 7. paternum torum] torum paternorum *R* 1. fraternorum *R* 1. *l.* 22. eam] etiam *E* 1. *V* 4. 5; *deest* *V* 3.

1) *Cf. infra III,* 5, 7. 2) *Supra III,* 5, 1.

III, 5, 5. *Recc. Erv.*] scierit patrem suum aut fratrem vel semel adulterasse, seu sit libera sive ancilla, nullus umquam propinquorum adulterare presumat; neque pater adulteratam a filio stupri feditate aliquatenus polluat. Quod si talia quisquam sciens facere fortasse presumserit, facultatem eius, si filios legitimos non abuerit, heredes, quos successio expectat, obtineant; ipse vero sub penitentia religatus, perennis exilii damnationem excipiat.

III, 5, 6. *Nov.*]

FLAVIUS GLORIOSUS EGICA REX.

De speciali viduarum fraudulentia conpescenda.

Solet[1] quarundam infelicium viduarum astutia fraudem devotioni admiscere et permixta vestium simultate transgressionis sibi, cum voluerint, aditum reservare. Agunt enim tempore luctus sui, ut religiosa veste forte se induant et postea, transgressionis meditantes insaniam, replicatos abintus clavos suis tunicis insuant, quos induisse se sub tali fraudium argumentatione contendant, sicque per hoc visum intuentium fallant, quia aliut in eis publice videre non possunt, quam quod foris patula omnibus cognitione monstratur. Quapropter, ut omnis de cetero simultatis amputetur occasio, id tenendum presentis legis sanctione decernimus, ut abinceps quecumque vidua sto se fraudium argumento excusare voluerit, ut abintus aliut replicet aliutque ostendat in superficie tunice, hoc illi religionis deputetur in signo, quo se transgressionis delitisci nisa est argumento. Quia non quod illa ad transgressionem sibi usurpet, sed quod intuentium fides clamat, hec certa, hec vera religionis adprobanda sunt signa. Iam vero vidua, que deinceps tali se voluerit obiectione defendere vel excusatione celare, non solum quia precise

III, 5, 5. *l.* 1. scierit] sciret *R* 1; iscierit *V* 7. seu — adulterare *des.* *E* 1. || *l.* 2. adulteratam] adultera *R* 1; adulterata *E* 2. || *l.* 3. istupri *R* 2. *V* 7. quisquam] quisque *E* 1. *V* 1. 3—6. || *l.* 4. heredes autem *R* 1. || *l.* 5. expectat] spectat *R* 2. obtineat *E.* || *l.* 6. excipiant *R* 1.

III, 5, 6. *Codd.* *E* 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7 (*inde ab secunda contextus voce incipiens:* rundam infelicium). (8. 15. 17. 19). — *l.* 7. FL. — REX] *des.* *V* 4; IN NOMINE DOMINI *praemittunt* *V* 2. 6; ANTIQUA *add.* *V* 8; ANTIQUA *V* 15. 19. GLOR. *deest* *V* 5. 6. 8. EGIGA *V* 1. 2. 6. 8. REX *deest* *V* 8. || *l.* 8. hispeciali vid. et fr. *E* 2. || *l.* 9. corundam *E* 2. || *l.* 10. permista *E* 2. simultate] *ita* *V* 1. 2. 4. 5. 7; simulate *E* 2. *V* 3. 6. 8; simulatione *V* 17 *in marg.* transgr.] regressionis *V* 2. boluerint *E* 2. || *l.* 11. reservare] servare *V* 3; reserare *V* 17. *Pith.* religiosam vestem fortasse induant *V* 3. veste] beste *E* 2. || *l.* 12. replicantes *V* 3. clavos] *ita* *V* 1—8. 15; clabos *E* 2; clausis *Mad.* || *l.* 13. insuant] *ita* *E* 2. *V* 2. 3. 6. 15; insiant *V* 7; insinuant *V* 1. 4. 5. 8. induisse se] *ita* *E* 2; indui se *V* 1. 2; induisse *cett.* sub tali] subtili *V* 2. 7. *Mad.* fraudium] *ita* *E* 2. *V* 1. 2. 3; fraude vel *V* 7; fraudum *alii.* argumentatione — fraudium (*l.* 18) *des.* *V* 1. || *l.* 14. visum intuentium fallant] *ita* *E* 2. *V* 7; v. i. fallunt *V* 2. 3; intuentium fallunt o c u l o s *V* 5. 8. *Pith.;* i. oculos fascinant *V* 4; visum intuentium fallunt oculis *V* 6. quia] quod induisse quia *V* 6; quod induisse qui *V* 7. aliud *plerique codd. V, et ita infra.* || *l.* 15. videre] vindere *E* 2. || *l.* 16. simultatis] simulatis *V* 3. 6; simulationis *V* 8. || *l.* 17. praesenti sanctione legis *Pith.* sancsione *E* 2. habinceps *E* 2. sto] *ita* *E* 2. *V* 7; isto *cett.* || *l.* 18. fraudium] *ita* *E* 2. *V* 2. 6. 7; fraudum *alii.* boluerit *E* 2, *et ita infra.* || *l.* 19. illi] illis *E* 2. deputetur — transgressionis *des.* *V* 7. in signo] insignio *V* 15. quo se] *ita* *V* 2; quos *E* 2; set *V* 3; quod ex *V* 5. 6; quo ex *cett.* || *l.* 20. delitisci nisa] delitis cinisa *V* 3; delitesci nisa *V* 2, *ubi litterae* tesci nisa *ab alia manu scriptae videntur;* delictis cinisa *E* 2. *V* 7; delictis a d m i s s a v e l a d n i s a (adnixa *V* 1) *cett.* quod *deest* *E* 2. || *l.* 21. sivi *E* 2. usurpet set] *ita* *E* 2. *V* 7; usurpat sed *cett.* hec certa] exerta *E* 2; et certa *V* 3. hec vera] et vera *V* 2. 7. || *l.* 22. religionis tunicae *V* 15. comprobanda *V* 4. || *l.* 23. quia] quasi *Pith.;* *deest* *V* 2.

1) *Auctor ante oculos habuit canonem* 4. *Concilii Toletani X.*

Nov.] vocis huius sustinebit iacturam, sed et, transgressionis omnimode nexibus inligata, constituta canonum et legum non effugiat damna. **III, 5, 6.**

Nov.] FLAVIUS EGICA REX. **III, 5, 7.**

De sodomitis, qua debeant ultionis sententia perculi.

Ortodoxe[1] fidei ratione conpellimur, legalem censuram inonestis exibere moribus et continentie freno restringere carnis lapsibus inplicatos. Nam tunc potius genti ac patrie nostre clementi pietate consulimus, cum et pravorum funditus scelera extirpare curamus et in male actis vitiorum terminum ponimus. Illius sane facinus detestande libidinis abrogare contendimus, quibus masculi masculos inlicita stupri actione inmundis sordibus maculare non metuunt, tantique se flagitii quoinquinationibus polluunt, quanto ea et divinis adversa cultibus et contraria castitati conspicimus. At vero, licet huiusmodi lapsus et sacre scripture auctoritas[2] et mundane sanctionis[3] proibeat omnino censura, novelle tamen legis necesse est abrogari sententia, ne, dum emendatio opportuna differtur, peioribus crescere vitiis dinoscatur. Et ideo huius legis edicto decernimus, ut quiscumque amodo vel deinceps, seu de religiosis, sive ex laicis, cuiuslibet etatis aut generis homo prescripto fuerit scelere quibuscumque indiciis manifeste detectus, mox iubente principe vel quolibet iudice insistente non solum castrationem virium perferat, sed insuper illam in se iacturam excipiat ultionis, quam pro his causis nuper, in anno videlicet tertio regni nostri[4], sacerdotalis decreti promulgata sententia[5] evidenti prescriptione depromsit.

III, 5, 6. *l.* 1. vocis d a m n a huius *Mad.* uius sustinevit *E* 2. sed et] *ita V* 3. 4. 5. 7; set *E* 2; sed *cett.* omnimode] se *add. V* 1. 6; in se *add. Mad.* inligata] *ita V* 3. 7. 8; inlibata *E* 2; illigata *V* 1. 2. 4. 5. 6; ligata *Mad.; implicata V* 15. ‖ *l.* 2. legum] regum *Mad.*

III, 5, 7. *Codd. E* 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (14. 15. 17. 19). — *l.* 3. FL. — REX] *des. V* 2. 5. 6. 17. 19; Idem *V* 1; AN. *V* 4; ANTIQUA *add. V* 15. EGICA] *ita E* 2. *V* 3; GLRS EGICA *V* 7; EGIGA *V* 17; RCDUS *V* 15. 17 (*in marg.*). ‖ *l.* 4. deveant *E* 2. perculi] percuti *V* 3. 4. 5. *l.* 5. Ortodoxa *V* 2; Ortodoxo *V* 3. rationem *V* 7. conpellitur *V* 3. 15. legalem] *ita V* 1. 5. 17; legali *E* 2. *V* 7; legale *V* 4; r e g a l e m *V* 2; regales *V* 3. 15; legalem *corr.* regalem *V* 6. censura *V* 3. 4. 15. inhonestis *V* 1. 2. 5. 6. 7; onestis *V* 3; honestis *V* 15. exibere] exivere *E* 2; exhibere *V* 1. 4. 5. 6; exiberi *V* 3; exhiberi *V* 15; *deest V* 2. ‖ *l.* 6. continens *E* 2. lapsis *E* 2; lapsu *V* 2. *Mad.* inplicatis *E* 2. *l.* 7. hac *E* 2; et *V* 1. clementie pietatem *V* 3. praborum *E* 2. ‖ *l.* 8. curamus] causamur *E* 2; conamur *V* 2. male hactis *V* 7; malis actibus *V* 2; malefactis *V* 3. 4. 5. *Mad.* ‖ *l.* 9. Illius] *ita E* 2. *V* 2. 7; Illud *cett.* facinus] facimus *E* 2. lividinis *E* 2. *V* 7. quibus] qua *V* 4. 5. *Mad.* ‖ *l.* 10. actione] hactione *E* 2; et *add. V* 4. 5. *Mad.* sordibus] cordibus *V* 3. ‖ *l.* 11. tantoque *V* 2. quoinquinationibus] *ita E* 2. *V* 6; quodinquinationem *V* 3; coinquinationibus *cett.* polluant *E* 2; polluat *V* 3. et in divinis *V* 7. ‖ *l.* 12. conspicunt *V* 3. Ad bero *E* 2; Ad vero *V* 7. uiusmodi *E* 2. lapsum *V* 2. ‖ *l.* 13. sanctionihis *E* 2. prohibeat *V* 1—6. omnino] omni *E* 2. ‖ *l.* 14. nobelle tamen legi *E* 2. ‖ *l.* 15. peioribus — dinoscatur *des. E* 2. crescere *deest V* 3. dinoscantur *V* 1; dinoscitur *V* 2. legis *deest E* 2. *l.* 16. quicumque *V* 2. amodo] modo *E* 2. ex] etiam ex *V* 6; etiam *V* 7. ‖ *l.* 17. si in praescribto *V* 2. quicumque *E* 2. ‖ *l.* 18. principem *E* 2. ‖ *l.* 19. virium] birium *E* 2; virilium *V* 14; *deest V* 4. perferat — illam *des. V* 3. set *E* 2; set het *V* 7. excipiat] expiat *E* 2. ‖ *l.* 20. his] ipsis *V* 2. regno nostro *E* 2. ‖ *l.* 21. evidentis *V* 2. perscriptione *V* 5. *Mad.;* descriptione *V* 15. 17. *Pith.* depromisit *V* 2; depromit *V* 4. 5. *Mad.;* permisit *V* 15.

1) *Novella certe post annum* 3. *Egicani regis (cf. n.* 4*) data est ad supplendam legem Chindasvindi III,* 5, 4. 2) *Cf. Lev.* 18, 22*;* 20, 13. 3) *Supra III,* 5, 4. 4) 689—690 (*Nov.* 24). 5) *Credideris haec referenda esse ad can.* 3. *Concilii Toletani XVI, qui constituit:* ut qui . . . contra naturam masculi in masculos hanc turpitudinem operaverint: si quidem episcopus, presbiter aut diaconus fuerit, de proprii honoris gradu deiectus perpetui exilii manebit damnatione perculsus; si vero cuiuslibet ordinis, gradus sive personae, et alterius colluvionis noxiis implicati,

Recc. Erv.] VI. TITULUS: DE DIVORTIIS NUPTIARUM ET DISCIDIO SPONSORUM.

III, 6, 1. ***Recc. Erv.*]** I. ANTIQUA.

Si mulier viri sui iuste vel iniuste divortium patiatur.

Mulierem[1] ingenuam a viro suo repudiatam nullus sibi in coniugio adsociare presumat, nisi* aut scriptis aut coram testibus divortium inter eos fuisse factum evidenter agnoscat. Quod si aliter** facere quicumque presumserit, mox comes civitatis vel vicarius aut territorii iudex tale nefas conmissum agnoverit, si nobiles fuerint fortasse persone, quos iudex distringere aut separare non possit, nostris id auditibus confestim publicare non differat, ut severitatem legis, quam merentur, excipiant. Nam si minoris loci persone sunt, iudex eos continuo separare nequaquam moretur; ita ut tam mulier, que se alteri extra volumtatem mariti prioris in coniugium copulavit, quam etiam ille, qui eam sibi adsumere uxorem presumsit, in potestate tradantur anterioris mariti, ut quod de eis facere voluerit sui sit incunctanter arbitrii; si tamen causam inter priorem maritum et uxorem adhuc inaudita manere constiterit, aut si hisdem maritus alteri se mulieri in matrimonio non coniuncxerit. Certe si maritus uxorem iniuste reliquerit, et donationem dotis amittat, quam ei contulerat, eidem mulieri procul dubio profuturam[2], et de rebus eiusdem mulieris nihil se habiturum esse cognoscat. Sed quidquid etiam de facultatem mulieris vel alienasse vel defraudasse

*) *Verba:* nisi — agnoscat *praebent R. E* 1. *V* 4. 7. 8. 14. 15. *Mad., omittunt E* 2. *V* 1. 2. 3. 5. 6. *Pith.*

**) aliter *praebent R. E* 1, *omittunt E* 2. *V* 1—7. *Pith.*

TIT. VI. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. — *l.* 1. ISPONSORUM *R* 1.
Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2.
III, 6, 1. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 14. 15. 17. 19). — *l.* 5. ANTIQUA] *ita R. V* 1. 6. 7. 15. 17; NOVITER EMENDATA *V* 2. 3. 8; ANTIQUA NOV EM *V* 4; *deest E* 1. *V* 5. 19; FLS CNDS REX *E* 2. ‖ *l.* 7. reppudiatam *R* 1; repudiata *R* 2. sibi s c i e n s in *V* 4. 8. coniugium *R* 2. *V* 4. 5. 6. 8. adsociare] sociare *V* 1. 4. 15. 17. ‖ *l.* 8. scriptis] *ita R* 1. *E* 1. *V* 4. 8. 14. 15; iscriptis *V* 7; scripturis *R* 2. *Mad.* inter eos *des. V* 4. ‖ *l.* 9. quicumque] quis *R* 2; quaecumque *E* 1; quisque *Mad.; deest V* 4. mox] mox ut *V* 2. 5; quoque ut *al. man. post add. V* 6. ‖ *l.* 10. vel vicarius] i l l i u s *V* 4. nobilis fuerit *R* 1. ‖ *l.* 11. aut separare *des. R* 1. id *deest R* 1. ‖ *l.* 12. excipiant] accipiant *V* 4. 5. ‖ *l.* 13. morentur *R* 1. ‖ *l.* 14. alteri] *ita E* 1. *V* 2. 3. 4. 7. *Mad.;* halteri *R* 1; adulteri *R* 2; adulterii *E* 2; adulterio *V* 1. 5. coniugio *E* 2. *V* 2. copulabit *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 15. presumserit *R* 1; presumsit *corr. al. man.* presumserit *E* 2; presumat *V* 2. potestatem *E* 1. ‖ *l.* 16. quod] quid *V* 2. 6. eis] *ita R* 1. *E* 1. *V* 2. 6. 7; iis *V* 1; is *E* 2; his *cett.* ‖ *l.* 17. causa *E* 1. *V* 1—5. 7. inauditam *E. V* 1. 6. 7. constiterit] contigerit *V* 7. ‖ *l.* 18. hisdem] *ita R* 1. *V* 7; isdem *R* 2. *E* 1. *V* 2. 6; idem *cett.* matrimonium *R* 2. *E* 1. *V* 4. 5. non] se *R* 1; *deest E* 2. *V* 5. *Mad.* coniuncxerit] *ita R* 1; coniuncxerint *R* 2; coniuxerit *E* 1; coniuncserit *E* 2; coniunxit *V* 4; coniunxerit *cett.* ‖ *l.* 19. admittat *E* 1. *V* 7. *l.* 20. et de — habiturum *des. V* 3. se] sibi *E* 1. ‖ *l.* 21. esse *deest R* 1. facultate *E* 1. *V* 1. ipsius mulieris *E* 1. *V* 1. 2. 6. fraudasse *E. V* 1—6.

illius legis, quae de talibus est edita (*cf. supra III,* 5, 4), nihilominus ferientur sententia atque ab omni Christianorum sint alieni caterva, et insuper centenis verberibus correpti ac turpiter decalvati exilio mancipentur perpetuo *etc. Illud tamen concilium anno sexto demum regis celebratum est.* 1) *De hac et sequenti lege cf. praeter Dahn, 'Studien' p.* 120 *sq., London, Quaestiones de historia iuris familiae Visigoth. p.* 45 *sq., Geffcken, 'Gesch. der Ehescheidung' p.* 38 *sqq., quae ipse disserui 'N. Arch.' XXIV, p.* 619 *sqq.* 2) *Cf. Cod. Theod. III,* 16, 1*:* Si absque his criminibus liberam eiecerit, omnem dotem restituere debet; *cf. III,* 16, 2.

Recc. Erv.] dinoscitur, ad integrum distringente iudice mulieri restituat. Quod si mulier sub metu viri consistens, quocumque argumento persuasa sive decepta, aliquam de suis rebus in nomine illius viri, qui eam reliquid, scripturam conscripserit, huiusmodi scriptura nullam omnimodo firmitatem habebit, sed universa, que per eandem scripturam mulier dederat, iuri suo perenniter vindicabit. **III, 6, 1.**

Recc. Erv.] II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **III, 6, 2.**

Ne inter coniuges divortium fiat.

Si[1] alienam coniugem violare res sine crimine non est, quanto magis illa contemnere, quam sponte sua unusquisque possidendam sortitus est? Quia ergo plerosque tam precipites habet vel rerum ambitio vel effrenata libido, ut quadam fraude, coniugibus suis spretis, alias videantur uxores adpetere, constitutionis huius est perenniter forma servanda: ut nullus[2] virorum, excepta manifesta fornicationis causa, uxorem suam aliquando relinquat[3] et neque per testem neque per scripturam seu sub quocumque argumento facere divortium inter se et suam coniugem audeat. Sed si adulteram maritus dixerit fortasse redarguendam, iuxta legem aliam[4], eius publice scelere conprobato, a iudice sibi traditam, faciendi de ea quod voluerit sit illi potestas. Certe si conversionis ad Deum volumtas extiterit, communem adsensum viri scilicet et mulieris sacerdos evidenter agnoscat, ut nullam postmodum cuilibet eorum ad coniugalem aliam copulam revertendi excusatio intercedat. Quod si aliter quisque uxorem suam spernens quacumque calliditate scripturam ab ea, sibi suisque volumtatibus profuturam, exigerit, non solum talem vinculum quandoque reppertum nihil omnino firmitatis habebit, sed et eadem mulier tam facultatem suam quam dotem ab ipso

III, 6, 1. *l.* 2. viri sui *V* 1. 6. persuasa sive] persuasionem *V* 3. sive] vel *E* 2. *V* 4. 5. 6. aliqua *R* 1. || *l.* 3. in nomine] *ita R. E* 2. *V* 1. 2. 6. 7; in *deest cett.* viri] mariti *V* 2. reliquid] *ita R. E* 2; reliquit *E* 1. *V* 1. 2. 6; relinquid *V* 7; relinquit *cett.* scriptura *R* 1. *E* 1. conscripserit h. scriptura *des. V* 3, *post add. al. man. E* 2. || *l.* 4. omnimodo] omnino *V* 2. 3. 6. 7. || *l.* 5. vendicabit *V* 1. 2.

III, 6, 2. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 14. 15). — *l.* 6. FL. — REX] *des. E* 1; NOVITER EMENDATA *add. V* 5. 6; NOBMENDA *add. E* 2; NOVITER *add. V* 3; ANTIQUA *V* 7. CHINDASVINDUS] *ita R* 2; CNDS *R* 1. *E* 2; CINDSNDS *V* 3; CHDS *V* 1. 4. 5; GLS CHNDSDUS *V* 2. || *l.* 8. res] *deest V* 6. *Pith.*; rex *E* 2. illam *E* 1. *V.* contemnere] contendere *R* 1. || *l.* 9. suo *R* 2. possidendum *R* 1. || *l.* 10. effrenata] etfrenata *E* 2; defrenata *V* 1. coniugibus] iugibus *R* 1. *l.* 11. suis — adpetere *des. R* 1. spretis] precisis *R* 2. uxores adpetere] habere uxores *E* 2. || *l.* 14. suam *deest V* 1. Sed] et *R* 1. || *l.* 15. adulterium *R* 1. || *l.* 16. iscelere *R* 1. *V* 7. sibi *deest R* 1. traditam *deest V* 6. *Pith.* || *l.* 17. conversationis *V* 1. 7. ad Deum] ad eum *V* 3; ad dominum *V* 7. *Pith.*; et eum *Pith. in marg.* adsensum] ad consensum *V* 5. *Mad.* || *l.* 18. sacerdos] hec sacerdos *E* 2; ħ *V* 2. nullam] *ita R. E* 2; nullum *V* 7; nulla *cett.* postmodum] post *V* 4. cuilibet] cuiuslibet *V* 1. cuilibet — revertendi] ad coniugalem copulam cuiuslibet etas revertendi *V* 4. || *l.* 20. in quacumque *R* 2; quamcumque *V* 6. *Pith.* calliditatem *Pith.* scripturarum *E* 1. *V* 2. 6. *Pith.* || *l.* 21. exigerit] *ita R;* agerit *V* 3; exegerit *cett.* talem] *ita R* 1. *E* 2; tale *cett.* quandoque] rebus profuturumque *add. V* 3. repertum fuerit *V* 1. 6. *Pith.* nihil omnino] nihil homino *E* 2; nihil hominus *V* 1. 2. || *l.* 22. firmitate *R* 1; firmitatem *V* 1. 4. 6. sed et] *ita E* 1; sed ex *R* 1; set *E* 2; sed *R* 2. *V.* facultate *R* 1. dotem] etiam quam praedictum est *add. Mad., quae verba omnibus codicibus supra enumeratis desunt.*

1) *Haec Chindasvindi lex antiquiori substituta esse videtur; v. 'N. Arch.' l. c.* 2) *Cf. L. Burg.* 34*:* nulli virorum liceat de altero crimine uxorem suam dimittere. 3) *Cf. Matth.* 5, 32*; Conc. Tolet. XII. can.* 8. *Suspicamur in lege antiqua, cui haec substituta est, tres illas legitimas causas scriptas fuisse, ex quibus secundum L. Rom. Vis. C. Th. III,* 16, 1. *Interpr. marito uxorem dimittere licuit, scilicet vel adulteram vel maleficam vel conciliatricem. Easdem fere enim ex Codice Euriciano recepisse videntur et Edictum Theoderici c.* 54 *et Lex Burg.* 34 *et Lex Rom. Burg.* 21. 4) *III,* 4, 3.

III, 6, 2. *Recc. Erv.*] viro acceptam sibi in omnibus vindicabit. Et si quid aliut facultatis eiusdem pessimi viri fuerit, cunctis eorum filiis ad integrum pertinebit. Quod si aut conmunes filii aut eiusdem viri ex coniugio precedenti non fuerint, universam viri facultatem mulier, que per nequitiam illius a coniugio resoluta est, incunctanter poterit obtinere, et hanc accusationem, si mulierem constiterit fortasse defunctam, eius filii in cuiuscumque voluerint proponendi iudicio licentiam habituri sunt, ut, repperto tali crimine, vir utique huius sceleris stius legis multetur sententia. Et omnibus filiis, seu ex eodem pari coniugio, sive ex precedenti ipsius viri, ut diximus, procreatis, equaliter facultas eius obtinenda patescat. Certe si nec communes filii nec ex priori ipsius viri coniugio geniti suprestes extiterint, et ea forsitam mulier, que relicta est, ex priori digno coniugio filios videatur habere, ipsis procul dubio licitum erit maternam vocem adserere, ut, eorum instantia cum fuerit iusta presentem legem scelerati persona damnata, facultatem eius indubitanter obtineant. Iam vero, si predictarum personarum, vel viri vel mulieris, secundum prefatum ordinem filii deesse noscuntur, contemte mulieris hereditatem tunc recte propinquis eius capiendi licitum erit, si, despectum propinque vindicaturi, spernentis viri presumtionem legaliter condemnandam inst
iterint. Maritus autem, qui vel divortii vel securitatis a coniuge scripturam quamlibet exegerit, seu fortasse non exigens, contemta tamen uxorem, aliam sibi uxorem adsumserit, ducentis publice verberibus flagellatus ac turpiter decalvatione fedatus, aut perpetuo condemnetur exilio, aut si donare illum cuicumque principis potestas elegerit, in suo consistat arbitrio. Sed et mulier, que, sciens aut occasione qualibet agnoscens virum habere suprestem uxorem, eius vanitati consenserit, ut ipsi se in coniugio copulet*, illi protinus mulieri tradenda est, que contemta ab eodem marito, quem illa sortita est, esse dinoscitur; ita ut, vita tantum concessa, faciendi de ea quod elegerit sit illi libertas. Certe si post mulieris obitum filiorum eius adsertione tale nefas fuerit conprobatum, aut si filii desunt, a propinquis heredibus extiterit huius rei negotium prosecutum, ipsis similiter prevaricatrix mulier tradatur in potestatem, ut eodem iudicio, quo mulier contemta debuerat, de persona eius absque mortis interitum

*) *V* 2 *add.:* vel adulterio misceat; *V* 4. 8 *add.:* aut adulterio polluat.

III, 6, 2. *l.* 2. si aut] aut si *E* 2; si *V* 1. 3. ‖ *l.* 5. hanc] hac *E* 2; in hanc *V* 3. 7. accusationem] causationem *E* 2; causationem vel accusationem *V* 1. 4. 5. 6. 8. mulier *R* 1. ‖ *l.* 6. in iudicio *V* 3. sunt] sint *R* 1. ut et *R* 2. ‖ *l.* 7. isceleris *R* 1. stius] *ita R* 1. *E* 2. *V* 7; istius *cett.* sententiam *R* 1. ‖ *l.* 9. si nec] si ne *R* 1. prioris *R* 1. ‖ *l.* 10. geniti] genuitatis *E* 1. suprestes] *ita V* 6; supresentes *R* 1, *ubi litteras* entes *alia manus post addidit;* subprestes *R* 2; seuprestes *E* 1; supprestes *E* 2. *V* 3. 7; superstites *V* 1. 2. 4. 5. ‖ *l.* 11. digno] dignitatis *E* 1; dignitatem *V* 3; dignitate *V* 7. *l.* 12. iusta] *ita R* 1. *E* 2; = iuxta, *quod praebent cett.* personam *R* 1. *V* 3. ‖ *l.* 13. si] *ita R. E. V* 1. 2. 3. 6. 7; si *omittit hoc loco Mad.* ‖ *l.* 14. vel viri] huius viri *V* 1. 2. 4. si filii *Mad.* contente *R* 1. *l.* 15. dispectum *R* 2. ‖ *l.* 16. propinque mulieris *V* 3; propinqui *E. V* 7. vindicatur *R* 1. *V* 3. condemnandam] contempnendam *V* 1; condampnandam *V* 6; u l c i s c e n d a m *V* 2. institerit *E* 1; instatuerint *E* 2; instituerunt *V* 1. ‖ *l.* 17. iscripturam *R* 1; scribturam *R* 2. exigerit *R* 1. ‖ *l.* 18. contemta — adsumserit] contempnens tamen uxorem sibi aut mulierculam assumpserit *V* 4. tamen uxorem] *ita R* 1. *E* 1. *V* 4. 7; tamen uxore *cett.* sibi uxorem] uxorem *deest V* 7. adsumpserit] induxerit *V* 3. *l.* 19. turpi *V* 2. calvatione *R* 1. ‖ *l.* 20. helegerit *R* 1. ‖ 21. occasionem *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 22. suprestem] *ita R* 1; superstem *E* 1; subprestem *R* 2; supprestem *R* 2. *V* 2. 3. 6. 7. *Mad.;* superstitem *V* 1. 4. 5. ut ipsi] aut ipsi *V* 3. 4. 5. *Mad.* coniugio] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. 6; coniugium *cett.* copulet] copulent *R* 2. *l.* 23. contemta] contemta se *E* 2. *V* 3. 7; contemptā est *E* 1. maritum *E* 2. *V* 3; marito v e l a d u l t e r o *V* 2. ‖ *l.* 24. esse dinoscitur] esse dinescitur *R* 1; e v i d e n t e r d o c u e r i t *V* 7. vitam t. concessam *R* 1; vita t. concesse *R* 2. eam *R* 1. elegerit] *ita R. E. V* 1. 3. 5. 6. 7; v o l u e r i t *V* 2. 4. *Mad.* *l.* 26. a] ad *R* 1. *E* 2; aut *R* 2. ‖ *l.* 27. persecutum *V* 2. *Pith.* ipsisimiliter *E* 1. *V* 7. potestate *V* 1. 2. 7. ‖ *l.* 28. quo] quod *V* 2. 6. interitum] *ita R. V* 7; interitu *cett.*

***Recc. Erv.*]** sententiam ferant. Sane quia per mulieres etiam huius rei interdum fieri solet scandalum, ut favorem regum vel iudicum viros proprios spernere videantur, ideo si quecumque mulier sive principis opem aut quocumque ingenio seu cuiuslibet auxilio intenderit inter se et virum suum divortium fieri, III, 6, 2.

***Recc.*]** in eiusdem viri continuo potestate redacta, eadem qua superius maritum pena constringit vel que de rebus eorum est sententia constituta iscelerate mulieris damnetur temeritas;

Erv.*]** vel** ad alterius viri coniugium transire consenserit, in eiusdem legitimi viri sui cum omnibus rebus suis potestate redacta, eadem qua superius maritum pena constringit vel que de rebus eorum est sententia constituta scelerate mulieris damnetur temeritas. Similis quoque et de viris forma servabitur, qui uxorem alterius vel sponsam sibi in coniugium sociare presumpserit;

***Recc. Erv.*]** ea tantum condicione retenta, ut, si mulieris maritus masculorum concubitor adprobatur, aut eandem suam uxorem, ea nolente, adulteranda cuicumque viro dedisse vel permisisse convincitur[1], quia tale nefas fieri nequaquam inter christianos oportet, nubendi mulieri alteri viro, si volumtas eius extiterit, nullatenus inlicitum erit. Nam si in coniugio positis, uxorem videlicet et marito, maritum forte constiterit iuste cuilibet servum addictum, si noluerit mulier manere illum in coniugali secum consortio, tam diu se noverit caste vite freno manere constrictam nec nubendi alteri viro concedi sibi licentiam, donec eius maritus, de quo dictum est, debitam extreme vite sortem exolvat.

**) *V* 4. 8: seu fortasse non intendens, contemnens tamen virum ad alterius viri coniugium aut adulterium transire *etc.*

***) *V* 4. 8: qui scientes aut occasione qualibet agnoscentes mulierem habere superstitem virum uxorem alterius *etc.*

III, 6, 2. *l.* 1. ferantur *E* 1; ferat *V* 1. 2. 4. 5. 6. ‖ *l.* 2. ut] aut *R* 1. favorem] *ita R* 1. *E* 1. 2; favore *cett.* ideo si] ideo *R* 2; ideoque si *V* 1. ‖ *l.* 3. opem] *ita R. E* 1; ope *E* 2. *V.* auxilio] auxio *R* 1; ausilio *E* 2.

Recc.] *Codd. R. V* 7. — *l.* 5. legitimi viri *V* 7. continuo] *ita R;* sui cum hominibus rebus suis *V* 7. ‖ *l.* 6. qua] quo *R* 2; quae *V* 7. *l.* 8. iscelerate] *ita R* 1. *V* 7; scelerate *R* 2.

Erv.] *Codd. E. V (excepto V 7).* — *l.* 5. ad *deest E.* ‖ *l.* 7. cum *deest E* 1. potestatem *V* 3—6. *l.* 8. qua] *ita E* 1; que *cett.* maritus *E* 1. constrinxerit *V* 1. ‖ *l.* 9. eorum] eius *V* 15. ‖ *l.* 10. exelerate *E* 2. ‖ *l.* 12. sponsam alterius *E* 2. *V* 2. in coniugium] in coniugio *V* 2; coniugio aut adulterio *V* 4. ‖ *l.* 13. sociare] copulare *V* 6. presumpserint *V* 6. *Pith.*

l. 14. ea tantum] et tanta *E* 2; hac tantum *V* 7; ea tamen *V* 4. 15. ‖ *l.* 15. eandem] eadem *R* 2. *E.* adulterandam *E. V.* ‖ *l.* 16. permesisse *R* 1; permississe *R* 2. convincitur] contingitur *V* 3. ‖ *l.* 17. mulieri] mulier *R* 2. *E.* ‖ *l.* 18. uxorem] *ita R. V* 7; uxori *E* 1; uxore *cett.* maritum f.] fortasse maritum *V* 2. forte] *ita R. V* 6. 7; fortasse *cett.* ‖ *l.* 19. addicatum *R* 1; addicitum *E* 1. voluerit *E* 1. manere vel habere *V* 1. 4. 5. 6. *Pith.* in *deest R* 1. secum] se *R* 1. ‖ *l.* 20. casto *V* 2. constricta *R* 1. *l.* 21. licentia *R* 1. debita *R* 1. ‖ *l.* 22. sortem] *deest R* 1; mortem *E* 2. *V* 1. 2. 6. exolvat] persolvat *V* 2. ‖ *l.* 25. agnoscentes *deest V* 4.

1) *Cf. Iustiniani Nov.* 117, *c.* 9, § 3 *(Auth.):* Si maritus uxoris castitati insidiatus aliis eam adulterandam temptaverit tradere.

III, 6, 3. ***Recc. Erv.*]** III. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne inter sponsos discidium fiat.

Equali placet transgressum damnatione multari, quod inlesum equali constabat dignitate manere. Igitur iuxta presentem superiorem legem[1] et de viris et de mulieribus sponsatis tam in personis quam in rebus forma servanda est, qui post arrarum[2] traditionem, aut facta secundum leges definitionis sponsione, coniugale fedus contemnentes aliis se personis in coniugium copulaverint, seu sine pari consensu aut egritudinis fortasse manifesto periculo ad religionis propositum calliditate magis, quam devotione conversionis adspirare presumserint.

III, 6, 3. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (17. 19). — *l.* 1. FL. — REX *des. E* 1. *V* 19. GL. RECC.] CHDS *V* 1. 5. 6. 17. RECCESSVINDUS] *ita R* 2; RECΘDS *R* 1; RECDS *E* 2. *V* 7; RCSDS *V* 2; RCHDS *V* 4. *l.* 2. isponsos *R* 1. *V* 7. *l.* 3. damnationem *E* 2. *V* 7. constabat] constat *V* 7; praestabat *E* 1. *Pith.* ‖ *l.* 4. superiorem *deest R* 2. *V* 4. et de viris et de] de viris et *R* 1. *V* 6. *Pith.;* de viris et de *V* 1. ‖ *l.* 5. isponsatis *R* 1. servanda est] servetur *V* 4. ‖ *l.* 6. facta] *ita R. V* 2; facte *E* 1. *V* 7; factas *E* 2; factam *cett.* legis *E* 2. difinitionis *R* 2; diffinitione *V* 2. sponsione] *ita R* 1. *E;* isponsitionem *V* 7; disponsionis *V* 2; sponsionem *cett.* ‖ *l.* 9. conversationis *E* 2. *V* 1. 2. 4. 5. 6. pres. adsp. *R* 2. *E* 1. adspirasse *R* 1. presumserint] superiori lege coercendi sunt in omnibus *add. Mad.:* superiorem legem praecipimus permanere *add. V* 17. *Pith.*

1) *Proprie non nisi ad legem III,* 6, 2 *remittitur. Legislator tamen videtur ad III,* 6, 1 *quoque remittere voluisse.* 2) *Cf. III,* 1, 3. 4.

Recc. Erv.] DE ORIGINE NATURALI.

LIBER QUARTUS.

I. TITULUS: DE GRADIBUS.

Recc. Erv.] I. ANTIQUA. **IV, 1, 1.**

De primi gradus natura.

L. Rom. Vis. Paul. IV, 10, 1. Primo gradu continentur superiori linea: pater, mater; inferiori: filius, filia; quibus nulle alie persone iunguntur.

Recc. Erv.] II. **IV, 1, 2.**

De secundi gradus adfinitate.

ib. IV, 10, 2. Secundo gradu continentur superiori linea: avus, avia; inferiori: nepus, neptis; transversa: frater et soror. Que persone duplicantur; avus enim et avia tam ex patre quam ex matre, nepos, neptis tam ex filio quam ex filia, frater et soror tam ex patre quam ex matre accipiuntur. Que persone sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia eorum, que in quoquo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur.

ib. Interpr. Et ste persone in secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi, et paternus et maternus. Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati. Frater et soror ex transverso veniunt, id est frater patris aut frater matris, qui aut patruus aut avunculus nominantur; qui et ipsi hoc ordine duplicantur.

LIB. IV. TIT. I. *Lemmata. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. — *l.* 1. DE ORIG. — GRADIBUS *des. V* 4. ORIGENE *E* 2. NATURALIBUS *R* 1. ‖ *l.* 3. I. — GRADIBUS *des. E* 1. DE GRADIBUS *des. V* 1.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2.

IV, 1, 1—7. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 7. (8. 14. 15).

IV, 1, 1. *l.* 13. inferiori] linea *add. E* 1.

IV, 1, 2. *l.* 15. II] ANTIQUA *add. E* 2. *V* 7. ‖ *l.* 17. transverso *V* 1. 2. 4. 5; ex transverso *V* 14. 15. ‖ *l.* 18. et *deest R* 2. *V* 3. ‖ *l.* 20. pro substantiam *V* 3; per substantiam *V* 1. 2. 5. 8. eorum] *ita R* 1. *E. V* 2; earum *R* 2. *V* 1. 3. 7. quoquo] *ita R* 1. *E* 1; quoque *E* 2; quo *R* 2. *V* 2. 7. *l.* 21. duplacantur *R* 1. ‖ *l.* 22. ste] *ita R* 1. *E* 2; iste *cett.* ideo *deest R* 1. ‖ *l.* 24 trasverso *R* 1.

IV, 1, 6. *Recc. Erv.*] III.

De tertii gradus parentela.

L. Rom. Vis. Paul. IV, 10, 3. Tertio gradu veniunt supra: proavus, proavia; infra: pronepos, proneptis; ex oblico: fratris sororisque filius, filia, patruus et amita, id est patris frater et soror, avunculus et matertera, id est matris frater et soror.

IV, 1, 4. *Recc. Erv.*] IIII.

De quarti gradus consanguinitate.

ib. IV, 10, 4. Quarto gradu veniunt supra: abavus, abavia; infra: abnepos, abneptis; ex oblico: fratris et sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est patrui filius filiave, consubrinus et consubrina, id est avunculi et matertere filius, filia, amitinus, amitina, id est amite filius, filia, itemque consubrini, qui ex duobus sororibus nascuntur. Quibus adcrescit patruus magnus, amita magna, id est avi paterni frater et soror, avunculus magnus, matertera magna, id est avie, tam paterne, quam materne frater et soror.

ib. Interpr. Hic plus exponi opus non est, quam lectio ista declarat.

IV, 1, 5. *Recc. Erv.*] V.

De quinti gradus origine.

ib. IV, 10, 5. Quinto gradu veniunt supra quidem: atavus, atavia; infra: adnepos, adneptis; ex oblico: fratris et sororis pronepos, proneptis, fratres patrueles, sorores patrueles, amitini, amitine, consubrini, consubrine filius, filia, proprius subrinus, subrina, id est patrui magni, amite magne, avunculi magni, matertere magne filius, filia. His adcrescunt propatruus, proamita, hi sunt proavi paterni frater et soror, proavunculus, promatertera, hi sunt proavie paterne materneque frater et soror proavique materni.

ib. Interpr. Hec species nec aliis gradibus, quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.

IV, 1, 6. *Recc. Erv.*] VI.

De sexti gradus extremitate.

ib. IV, 10, 6. Sextu gradu veniunt supra: tritavus, tritavia; infra: trinepos, trineptis; ex oblico: fratris et sororis abnepus, abneptis, fratres patrueles, sorores patrueles, amitini, amitine consubrini, consubrine, patrui magni, amite magne, avunculi magni, matertere magne nepos, neptis, proprioris subrini filius, filia, qui consubrini appellantur. Quibus ex latere adcrescunt: propatrui, proamite, proavunculi, promatertere filius, filia, adpatruus, adamita, hi sunt abavi paterni frater et soror, abavunculus, abmatertera, hi sunt abavie paterne materneque frater et soror abavique materni.

ib. IV, 10, 7. Interpr. Hec quoque explanari amplius non possunt, quam auctor ipse disseruit.

IV, 1, 7. *Recc. Erv.*] VII.

De personis septimi generis, que legibus non tenentur.

ib. IV, 10, 7. Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur;

IV, 1, 3. *l.* 3. pronepos et *E. V* 1. 3. 7. ‖ *l.* 4. et soror *des. R* 1.

IV, 1, 4. *l.* 8. Quartu *R* 1. ‖ *l.* 9. patruelis] fratruelis *R* 1. ‖ *l.* 11. duobus] *ita R. E;* duabus *V.* *l.* 12. magnus] manus *R* 1. ‖ *l.* 14. Hic] In hoc *R* 2; In *E* 1; Hinc *V* 2; Huc *V* 3; Haec *L. Rom.* lectio] legum *V* 3; lex *L. Rom.* ista] sta *al. m. corr.* ista *E* 2.

IV, 1, 5. *l.* 15. V] ANTIQUA *add. E* 2. ‖ *l.* 16. gradu *deest R* 1; grado *R* 2. adnepos] nepos *al. m. corr.* adnepos *E* 2; nepos *V* 3; abnepos *V* 1. *L. Rom.* apneptis *al. m, corr.* adn. *E* 2; abneptis *V* 1. *L. Rom.* ‖ *l.* 18. sorores patrueles *des.* R 1. amitine amitini *R* 1. ‖ *l.* 19. proprius] *ita codd.* suprinus *R* 1. amite] amitine *R* 2. *E.* ‖ *l.* 20. hii sunt proavii *E.* paterni] materni *R. E* 2. *Epit. Aeg.;* paterni maternę *E* 1. ‖ *l.* 21. hii *E.* ‖ *l.* 22. quam scr. est *des. V* 1. 5.

IV, 1, 6. *l.* 26. abnepus] *ita R* 1. *E;* abnepos *cett.* ‖ *l.* 27. proprioris] *ita R* 2. *E. V* 7; propriores *R* 1; proprii *cett.* filius — consubrini *al. m. post add. E* 2, *des. V* 3. ‖ *l.* 28. qui — matertera filius, filia *des. R* 1. ‖ *l.* 29. adpatruus] abpatruus *V* 1. 2. 5. abavunculus — soror *des. R* 2. ‖ *l.* 30. Hii *E.* abavie p. materneque] avie paterneque *R* 1. ‖ *l.* 30. materni] paterni *R* 1. ‖ l. 31. autor *R* 1.

IV, 1, 7. *l.* 32. VII] ANTIQUA *add. E* 2. ‖ *l.* 33. tenentur] *ita* R 1. *E. V* 1. 5. 7; continetur *R* 2; continentur *cett.* | *l.* 32. Septimi gradus *E* 2. *V* 2. non *deest R* 1.

Recc. Erv.] sed ex transversa linea continentur fratris sororisve adnepotes, adneptes, consubrini, consubrine filii filieque. **IV, 1, 7.**

L. Rom. Vis. Paul. IV, 10, 8. Successionis autem idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum natura nec nomina inveniri nec vita succedentibus propagari potest.

Recc. Erv.]

II. TITULUS: DE SUCCESSIONIBUS.

I. Ut sorores cum fratribus equaliter in parentum hereditate succedant.

II. Quod in hereditatis successione filii primi sunt.

III. Si aut de superiori aut de inferiori genere directi ordinis persone defuerint, tunc a latere venientes facultatis accipiant portiones.

IIII. Qui succedere possunt in eorum facultatibus, qui nec scriptis nec testibus suam alligant volumtatem.

V. De successione fratrum et sororum sive illorum, qui de diversis parentibus generantur.

VI. Si his, qui moritur, avus relinquat aut avias.

VII. Si his, qui moritur, sorores relinquat patris aut matris.

VIII. Si his, qui moritur, filios fratris vel sororis relinquere videatur.

VIIII. Quod in omnem hereditatem femina accipi debeat.

X. Item, ut in omnem hereditatem femina accipi debeat; et quod, qui gradu alterum precedit, ille successionem vicinior capiat.

XI. De successionem mariti et uxoris.

XII. De hereditate clericorum et monacorum.

XIII. Ut post mortem matris filii in patris potestate consistant; et quid de rebus filiorum agere conveniat patrem.

XIIII. Si mater in viduitate permanserit, equalem inter filios capiat portionem; et quid de rebus filiorum agere conveniat matrem.

XV. Ne uxor sibi vindicet quod maritus cum servis eius adquississe constiterit.

XVI. De his, que vir et uxor in coniugio constituti conquirere potuerunt.

XVII. De parvulo, qualiter hereditatem capere possit.

XVIII. Qualiter hereditatem parvuli parentes adsequi possint.

XVIIII. De postumis.

XX. Ut qui filios non reliquerit faciendi de rebus suis quod voluerit habeat potestatem.

IV, 1, 7. *l.* 1. adnepotes adneptes] *ita R;* adnepos adneptes *E* 2; adnepotis adnepta *E* 1; abnepos abneptis *V.* || *l.* 4. propagari] *ita codd.;* prorogari *L. Rom.*

Lib. IV. TIT. II. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. *Index capitulorum. Codd.* R 1. 2. *E* 1. 2. *l.* 9. facultates *R. E* 2. accipiant] capiant *R* 2. *E* 2. portionis *R* 1; portionem *R* 2. || *l.* 14. avus] *ita R;* avos *E.* aut] *ita R* 2. *E* 1; et *R* 1; vel *E* 2. || *l.* 16. relinquere videatur] relinquat *R* 1. || *l.* 17. feminam *R* 1. || *l.* 18. Item] *deest R* 2; Ita *E* 2. ut *deest R* 1. omne *R* 1. qui] que *R* 1. || *l.* 19. precedi *R* 1. || *l.* 20. successione *R* 2. *E* 1. || *l.* 22. morte *R* 1. *E* 2. matris] mariti *R* 1. patris] matris *R* 1. et — patrem *des. R* 2. || *l.* 23. patrem] *ita E;* matrem *R* 1. || *l.* 24. equale *R* 1. || *l.* 25. matrem *deest R* 2; matre *E* 2. || *l.* 26. maritus] *ita R* 1. *E* 2; maritum *E* 1. maritus — eius] cum mariti servis *R* 2. || *l.* 27. que] qui *R* 2. *E* 2. potuerint *E.* || *l.* 28. De — possit *des. E* 2. || *l.* 31. relinquerit *E.*

IV, 2, 1. *Recc. Erv.*] I. ANTIQUA.

Ut sorores cum fratribus equaliter in parentum hereditatem succedant.

cf. Cod. Eur. 320. Si[1] pater vel mater intestati discesserint, sorores cum fratribus in omni parentum facultate absque aliquo obiectu equali divisione succedant.

IV, 2, 2. *Recc. Erv.*] II. ANTIQUA.

Quod in hereditatis successione filii primi sunt.

— *Cod. Eur.* 336. In hereditate illius, qui moritur, si intestatus discesserit, filii primi sunt. Si filii desunt, nepotibus debetur hereditas. Si nec nepotes fuerint, pronepotes ad hereditatem vocantur. Si vero qui moritur nec filios nec nepotes seu patrem vel matrem relinquid, tunc avus aut avia hereditatem sibimet vindicabit.

IV, 2, 3. *Recc.*] III. ANTIQUA.

Si aut de superiori aut de inferiori genere directi ordinis persone defuerint, tunc a latere venientes facultatis accipiant portiones.

= *Cod. Eur.* 336. Quando supradicte persone desunt, que aut de superiori aut de inferiori genere discreto ordine veniunt, tunc ille persone, que sunt a latere constitute, requirantur, ut hereditatem accipiant. Nam ille persone, que sunt a longinquioribus constitute, nihil se extiment illis prioribus posse repetere.

Erv.] III.

Si aut de superiori aut de inferiori genere directi ordinis persone defuerint, tunc a latere venientes facultatis accipiant portiones.

Quando supradicte persone desunt, que aut de superiori aut de inferiori genere discreto ordine veniunt, tunc ille persone, que sunt a latere constitute, requirantur, ut hereditatem accipiant defuncti, qui intestatus discesserit. Nam ille persone, que sunt a longinquioribus constitute, nihil se extiment illis prioribus posse repetere.

IV, 2, 1. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 17. 19). — *l.* 1. ANTIQUA] *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 3. 5; ANT NVT EM *V* 2. || *l.* 2. hereditatem] *ita R* 1. *V* 6; hereditate *cett.* || *l.* 3. tunc sorores *E* 2. *V* 1. 2. 4. 6. || facultatem *E* 2. *V* 3. 7; hereditate *V* 6. *Mad.*

IV, 2, 2. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 17. 19). — *l.* 5. ANTIQUA] *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 2. 5; NOB MDA *add. E* 2; NOBITER EMENDATA *add. V* 3; NOV EMD *add. in marg. V* 17. *l.* 6. hereditate *E* 1. *V* 7. || *l.* 7. In — primi sunt *des. R* 1. || *l.* 9. vocantur] vocentur *E* 2. *V* 5. 6; *deest R* 2. *V* 3. nepotes nec pronepotes nec patrem nec matrem *V* 2. relinquit *E* 1. *V* 1—6. sibi *V* 3. 6. *l.* 10. vendicabit *V* 1; vindicabunt *R* 2. *E* 2. *V* 6; vendicabunt *V* 2.

IV, 2, 3. *Codd. R* 1. 2. — *l.* 11. ANTIQUA *deest R* 2. || *l.* 15. capiant portionem *R* 2. || *l.* 16. que] qui *R* 2. || *l.* 18. hordinem *R* 2.

IV, 2, 3. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 17. 19). — *l.* 11. III] ANTIQUA *add. V* 7. 17 *(in marg.).* 19; ANTIQUA NOVITER *add. V* 3; ANTIQUA NOVA *add. V* 8; NOV EMN *add. V* 6. *l.* 13. directi] discreti *V* 2. 4. || *l.* 14. venientis *E* 1. accipiant] capiant *E* 1. *V* 1. 2. 7; habeant *V* 6. *l.* 15. portionem *E* 1. || *l.* 18. que] qui *E* 2. *l.* 19. ut] et *E* 2. accipiant] capiant *V* 2. || *l.* 20. decesserit *V* 1. || *l.* 22. existiment *E* 1. *V* 1. 6.

1) *Lex substituta est antiquiori Codicis Euriciani c.* 320, *cuius fragmenta supra p.* 20 *sq. edidimus. Ex nostra lege apparet, antea filias cum fratribus minime aequali iure in res parentum successisse; quod etiam ipsa fragmenta antiquioris legis testari videntur. Aliter J. Ficker 'Erbenfolge' IV, p.* 43 *sqq. Cf. quae exposui 'N. Arch.' XXVI, p.* 95 *sqq.*

Recc. Erv.] IIII. ANTIQUA. IV, 2, 4.

Qui succedere possunt in eorum facultatibus, qui nec scriptis nec testibus suam alligant volumtatem.

De successionibus eorum, qui sic moriuntur, ut nec donationem nec ullum faciant testamentum nec presentibus testibus suam ordinent volumtatem, qui gradu illis proximi fuerint, eorum obtinebunt hereditatem.

Recc.] V. IV, 2, 5.

FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De successione fratrum et sororum sive illorum, qui de diversis parentibus generantur.

Qui[1] fratres tantummodo et sorores relinquid, in eius hereditate fratres et sorores equaliter succedant; si tamen unius patris et matris filii esse videantur. Nam si de alio patre vel de alia matre alii esse noscuntur, unusquisque fratris sui aut sororis, qui ex uno patre vel ex una matre sunt geniti, sequantur hereditatem.

Erv.] V.

De successione fratrum et sororum sive illorum, qui de diversis parentibus generantur.

Qui fratres tantummodo et sorores relinquid, in eius hereditate fratres et sorores equaliter succedant; si tamen unius patris et matris filii esse videantur. Nam si de alio patre vel de alia matre alii esse noscuntur, unusquisque fratris sui aut sororis, qui ex uno patre vel ex una matre sunt geniti, sequantur hereditatem. Filii[2] tamen, qui ex diversis patribus et una matre sunt geniti, ad capiendam maternam facultatem equali successione deveniant. Similiter quoque et hi, qui de diversis matribus et uno patre oriuntur, divisionis ordinem teneant.

Recc. Erv.] VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. IV, 2, 6.

Si his, qui moritur, avos relinquat aut avias.

= *Cod. Eur.* 328. Quotiens[3] ⌜qui moritur, si avum paternum aut maternum relinquat, tam ad avum paternum quam ad avum maternum[2] hereditas mortui universa pertineat. Si autem

IV, 2, 4. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8). — *l.* 1. ANTIQUA *deest* *R* 2. *E.* *V* 1. 2. 5. *l.* 3. adligant] *ita* *R* 1; alligant *cett.* ‖ *l.* 5. illis] illius *R* 2. *E.* ‖ *l.* 6. hereditatem] facultatem *R* 1.

IV, 2, 5. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. — *l.* 8. FL. — REX *des.* *E* 1. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CINDS *R* 1. ‖ *l.* 9. et sororum *des.* *R* 2. ‖ *l.* 12. relinquerit *E* 1. ‖ *l.* 14. patris et matris] partis *R* 2. *l.* 16. vel] et *R* 1.

IV, 2, 5. *Codd.* *E* 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 14. 17. 19). — *l.* 7. V] FLS CHDS (CDS *E* 2, CIDS *V* 6, CHNDS *V* 17) REX *add.* *E* 2. *V* 1. 5. 6. 7. 8. 14. 17; FLS CINDASVINDUS REX. NOVITER EMENDATA *add.* *V* 3. 19. ‖ *l.* 12. relinquid] *ita* *E* 2. *V* 7; relinquit *cett.* ‖ *l.* 13. hereditatem *V* 1. 2. 7. ‖ *l.* 17. vel] aut *Pith.* ‖ *l.* 19. patribus] parentibus *V* 3. *Mad.* ‖ *l.* 20. capiendam] accipiendam *V* 1. 6. ‖ *l.* 22. de *deest* *V* 1. 7.

IV, 2, 6. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 14. 17). — *l.* 25. Fl. — REX *des.* *E* 1. *V* 2. 4. GLOR. *deest* *E* 2. *V* 3. 6. RECCESSVINDUS] *ita* *R* 2; RECCΘDS *R* 1; RCCDS *V* 7; RCDS *V* 5. 6; RCSNDS *V* 3; RCHDS *V* 1; CHNDS *E* 2. ‖ *l.* 26. his] is *E* 1. *V* 3. 4. 5. his — relinquat] hi qui moriuntur avus relinquant *R* 2. ‖ *l.* 28. si avum — relinquat] avos relinquit ex patre et ex matre *V* 4. aut] *ita* *R* 1. *V* 2; aū *E* 2; et *cett.* ‖ *l.* 29. avum] avium *R* 1.

1) *De hac lege cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 99 *sqq.* 2) *Cf. Ervigii addit. ad IV,* 5, 4. 3) *Ut Reccessvindus de solis conquisitis bonis hic constituisse fatetur, ita etiam Eurici c.* 328, *cui haec lex substituta est, non nisi ad conquisita pertinuisse videtur. Cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 101 *sq.*

IV, 2, 6. *Recc. Erv.*] qui moritur avum paternum et aviam maternam reliquerit, equales capiant portiones[1]. Ita quoque erit, si paternam et maternam aviam qui moritur relinquere videatur. Et hec quidem equitas portionis de illis rebus erit, que mortuus conquisisse cognoscitur. De illis vero rebus, que ab avis vel parentibus habuit, ad avos directa linea revocabunt[1].

IV, 2, 7. *Recc.*] VII. ANTIQUA.

Si his, qui moritur, sorores relinquat patris aut matris.

= *Cod. Eur.* 329. Qui moritur si tantumodo amitam, hoc est patris sororem, et matertera, hoc est matris sororem, relinquid, equali iure succedant in hereditate defuncti[2].

Erv.] VII.

Si his, qui moritur, sorores relinquat patris aut matris.

Qui moritur si tantummodo amitam, hoc est patris sororem, et materteram, hoc est matris sororem, relinquid, et intestatum eum obisse contingerit, equali iure succedant in hereditate defuncti *.

*) *V* 1. 2. 5. 6. 17. *Pith. add.*: qui intestatus decesserit.

IV, 2, 8. *Recc. Erv.*] VIII. ANTIQUA.

Si his, qui moritur, filios fratris vel sororis relinquere videatur.

cf. Cod. Eur. 331. Qui[3] moritur si fratres et sorores non reliquerit et filios fratrum vel sororum reliquerit, si ex uno fratre sit unus filius, et ex alio fratre vel sorore forsitan plures, omnem hereditatem defuncti percipiant et equali per capita dividant portionem.

IV, 2, 6. *l.* 1. relinquerit *R* 2. *E* 1. *V* 6. || *l.* 2. paternam et maternam] avum maternum et paternam *V* 1. vidētur *R* 1. || *l.* 3. que] *ita R* 2. *V* 7; quae *E* 1; quem *R* 1. *E* 2; quas *V.* || *l.* 4. rebus vero illis *V* 2. que] *ita R. E* 2. *V* 2; quae *E* 1; quas *cett.* revocabit *V* 1. 2. 4. 5; revocabitur hereditas mortui *V* 6. 17. *Pith.*

IV, 2, 7. *Codd. R* 1. 2. *l.* 5. ANTIQUA *deest R* 2. || *l.* 8. tantummodo *R* 2. || *l.* 9. materteram *R* 2.

IV, 2, 7. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 17). *l.* 5. VIII] ANTIQUA *add. E* 2. *V* 7. 17; AN. FLS CHDS REX *add. V* 4. || *l.* 7. matris] vel sororis relinquere videatur *add. E* 1. || *l.* 8. Qui] Hii qui *V* 7; Qui *corr. al. m.* Quotiens qui *E* 2. tantumodo *E* 2. || *l.* 10. relinquid] *ita E* 2. *V* 7; relinquit *cett.* intestatam eam *E* 1. obisse] movisse *E* 1. || *l.* 13. discesserit *V* 2. 5. 6. 17.

IV, 2, 8. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. 7. (8). *l.* 15. ANTIQUA] *deest E* 1. *V* 2; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *V* 3; FLAVIUS CHINDASVINTHUS REX *R* 2; FLS CHDS REX *V* 4; FLAVIUS RECHAREUS REX *V* 1; FLS RCDS REX *V* 5. || *l.* 16. his] is *E* 1. *V* 2. *rell.* || *l.* 17. et] vel *E* 1; aut *V* 1. 4. relinquerit *R* 2. *E* 1. *V* 1. 7. fratrum] fratris *R* 1. || *l.* 18. relinquerit *E* 1. *V* 7. et *deest E* 2. *V* 5. || *l.* 19. percipiant] capiant *E* 2. *V* 1. 2. 4. 6. equali] *ita R. E* 1. *V* 6; tali *R* 2; equaliter *cett.* portionem] *ita R. E* 1. *V* 6; portionen *V* 7; portiones *cett.*

1) *Avis ius statuitur, quod dicimus, revolutionis vel recadentiae.* 2) *In hoc solo casu ius recadentiae excludi videtur; cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 102 *sqq.* 3) *Auctor ante oculos habuisse videtur verba Gai, Instit. III,* 16: Quod si defuncti nullus frater extet, [sed] sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet; sed quaesitum est, si dispari forte numero sint nati, ut ex uno unus vel duo, ex altero tres vel quattuor, utrum in stirpes dividenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est, an potius in capita; iam dudum tamen placuit in capita dividendam esse hereditatem.

***Recc. Erv.*]** VIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **IV, 2, 9.**

Quod in omnem hereditatem femina accipi debeat.

cf. Cod. Eur. 332? Femina[1] ad hereditatem patris aut matris, avorum vel aviarum, tam paternorum quam maternarum, et ad hereditatem fratrum vel sororum sive ad has hereditates, que a patruo vel filio patrui, fratris etiam filio vel sororis relinquantur, equaliter cum fratribus veniant. Nam iustum omnino est, ut, quos propinquitas nature consociat, hereditarie successionis ordo non dividat.

***Recc. Erv.*]** X. ANTIQUA. **IV, 2, 10.**

Item, ut in omnem hereditatem femina accipi debeat; et quod, qui gradum alterum precedit, ille successionem vicinior capiat.

Has[2] hereditates, que[3] a materno genere venientibus, sive avunculis sive consubrinis seu materteris, relincuntur, etiam femine cum illis, qui in uno propinquitatis gradu equales sunt, equaliter partiantur. Nam omnem hereditatem qui gradum alterum precedit obtineat.

***Recc. Erv.*]** XI. ANTIQUA. **IV, 2, 11.**

De successione mariti et uxoris.

= Cod. Eur. 334. Maritus[4] et uxor tunc sibi hereditario iure succedant, quando nulla adfinitas usque ad septimum gradum de propinquis eorum vel parentibus inveniri poterit.

***Recc. Erv.*]** XII. ANTIQUA. **IV, 2, 12.**

De hereditate clericorum et monacorum.

= Cod. Eur. 335. Clerici[5] vel monaci sive sanctimoniales, qui usque ad septimum gradum non

IV, 2, 9. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. 7. (17). — *l.* 1. Fl. — REX *des. E* 1. CHINDASVINDUS] *ita R* 2; CNDS *R* 1. *V* 7; CINDS *V* 3; CHNDS *E* 2. *V* 1. 7; CHDS *V* 1. 4. 5. 6; GLS CHNDS *V* 2. ‖ *l.* 3. avorum] aviorum *R* 1. *E* 2. paternorum *corr.* paternarum *V* 6. ‖ *l.* 4. maternarum] *ita R. E. V* 2. 7. 17; m. *corr.* maternorum *V* 6; maternarum *cett.* et *deest E* 2. *V* 6. 7. 17. has] alias *E* 1; has *corr.* alias *E* 2. ‖ *l.* 5. vel filio] *ita R* 1. *E* 1. *V* 7; vel ad filio *R* 2; vel a filio *V* 17. fratres *E* 1; fratres vel sorores *V* 1. etiam filio *corr.* etiam filii *R* 1. relinquantur] *ita R* 1. *E* 1. *V* 17; relinquatur *R* 2; relinquuntur *cett.* ‖ *l.* 6. veniant] *ita R. E* 1. *V* 2. 6. 7. 17; conveniant *V* 1; veniat *cett.*

IV, 2, 10. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. 7. (8. 15. 17). — *l.* 8. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 3. 6. 7. 8. 15. 17; *deest cett.* ‖ *l.* 9. Item] Ita *E* 2. et quod] eo quod *R* 1. ‖ *l.* 10. gradum] *ita R* 1. *E* 2; gradu *cett.* altero *V* 7. accipiat *E* 2. ‖ *l.* 11. a *deest E* 1. *V* 7. ‖ *l.* 12. relincuntur] *ita R* 1. *E* 2. *V* 7; relinquantur *R* 2. relinquuntur *cett.* feminis *R* 1. in *deest R* 2. ‖ *l.* 13. partiantur] dividantur *V* 1. gradum] *ita R* 1. *E* 2; gradu *cett.* ‖ *l.* 14. precedunt obtineant *R* 1.

IV, 2, 11. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. 7. (17). — *l.* 15. ANTIQUA *deest R* 2. *E. V* 1. 2. ‖ *l.* 17. nulla adf.] persona nulla adfinitatis *E* 1. ‖ *l.* 18. invenire *R* 2. *V* 1. 3. 7. poterit] *ita R* 1. *V* 1. 7; potest *V* 2. 4; potuerint *E* 1; potuerit *cett.*

IV, 2, 12. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 15. 17. 19). — *l.* 19. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 6. 8. 15. 17; *deest cett.* ‖ *l.* 20. hereditatem *R* 1. ‖ *l.* 21. sive *deest R* 2. sanctęmoniales *E* 1.

1) *Lex supplemento data esse videtur legi antiquiori sequenti IV,* 2, 10. *Cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 105 *sq.* 2) *Ex hac lege efficitur feminas in aliis hereditatibus nequaquam aequali iure cum masculis usas esse. Cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 104 *sq.* 3) *Intelligenda sunt haec verba: 'quae relinquuntur iis, qui a materno genere veniunt'. Agitur ergo de iure recadentiae.* 4) *Cf. supra p.* 26, *n.* 2 *et 'N. Arch.' XXVI, p.* 107 *sqq.* 5) *Cf. supra p.* 27, *n.* 1 *et 'N. Arch.' XXVI, p.* 109 *sq.*

IV, 2, 12. *Recc. Erv.*] relinquerint heredes et sic moriuntur, ut nihil de suis facultatibus ordinent, ecclesia sivi, cui servierunt, eorum substantiam vindicabit.

IV, 2, 13. *Recc.*] XIII. ANTIQUA.

Ut post mortem matris filii in patris potestate consistant; et quid de rebus filiorum agere conveniat patrem.

Matre[1] mortua filii in patris potestate consistant. Quod ⌜si marito supreste uxor forsitam moriatur, filii, qui sunt ex eodem coniugio procreati, in patris potestate consistant, et res eorum, si novercam non superduxerit, ea condicione possideat, ut nihil exinde aut vendere aut evertere aut quocumque pacto alienare presumat, sed omnia filiis suis integra et intemerata conservet. Fructos tamen omnes cum filiis suis pro suo iure percipiat et una cum ipsis filiis suis communibus consumat expensis. Cum vero filius ducit uxorem, aut filia maritum acceperit, statim a patre de rebus maternis suam recipiat portionem, ita ut usufructuario iure patri tertia relinquatur. Pater autem tam filio quam filie, cum XX annos etatis inpleverint, mediam

= *Cod. Eur.* 321.

Erv.] XIII.

Ut post mortem matris filii in patris potestate consistant; et quid de rebus filiorum agere conveniat patrem.

⌜Matre[2] mortua filii in patris potestate consistant. Quod si marito suppreste uxor forsitan moriatur, filii, qui sunt ex eodem coniugio procreati, in patris potestate consistant, et res eorum, si novercam non superduxerit, ea conditione possideat, ut nihil exinde aut vendere aut evertere aut quocumque pacto alienare presumat, sed omnia filiis suis integra et intemerata conservet. Fructus tamen omnes cum filiis suis pro suo iure percipiat et una cum ipsis filiis suis communibus consumat expensis.⌝ Quod si pater novercam superduxerit, ⌜quia valde indignum est, ut filii eius, patris potestate vel gubernatione relicta, in alterius tuitione deveniant, filios suos pater ille, qui novercam duxerit, non relinquat; sed filios et res eorum iuxta superiore modum tuitionis ordine regat; ita tamen, ut inventarium de rebus filiorum suorum manu sua conscriptum coram

Ant. *Nov.*

IV, 2, 12. *l.* 1. relinquerınt] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1; relinquerit *R* 2; reliquerit *E* 2; reliquerint *cett.* *l.* 2. sivi] *ita R* 1. *E* 2; sive *E* 1; sibi *cett.* deservierunt *V* 4. 5; deservierint *V* 2. substantia *R* 2. *E* 2. vendicabit *V* 1. 2.

IV, 2, 13. *Codd. R* 1. 2. — *l.* 3. ANTIQUA *deest R* 2. ‖ *l.* 7. patrem] matrem *R* 1. ‖ *l.* 8. mortui *R* 2. ‖ *l.* 9. suppreste *R* 2. ‖ *l.* 10. forsitan *R* 2. ex] de *R* 2. ‖ *l.* 12. noverca *R* 2. ‖ *l.* 13. ea] hec *R* 1. ‖ *l.* 14. hevertere *R* 1. ‖ *l.* 15. pactu *R* 1. *l.* 17. conservet] restituat *R* 1. ‖ *l.* 20. ducat *R* 2. *l.* 21. aut] et *R* 1. istatim *R* 1. ‖ *l.* 22. recipiat] *ita Eur.*; accipiat *R* 1; recipiant *R* 2. ‖ *l.* 25. XX] XXX *R* 1; viginti *R* 2.

IV, 2, 13. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 14. 15). — *l.* 3. XIII] ANTIQUA *add. V* 6. 8; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *add. V* 15. *l.* 4. matris] patris *V* 4. 8. patris] matris *V* 4. 8. *l.* 5. et quid] vel quid *E* 1. ‖ *l.* 6. filiorum] eorum *V* 1. ‖ *l.* 8. Matre mortua filii in patris] Patre mortuo filii in matris *V* 1. 4. 5. 6. 8 *Pith.* ‖ *l.* 9. subpreste *E* 2; superstes *E* 1; supprestite *V* 15; suppreste *corr.* superstite *V* 6; superstite *V* 1. 2. 5. forsitam *E* 2. ‖ *l.* 10. ex] de *E* 1. *V* 1. 3. 6. ‖ *l.* 11. consistant] persistant *E* 1. *V* 3. *Mad.* ‖ *l.* 12. superduxerit] perduxerit *E* 2. *Mad.* ‖ *l.* 14. pactum *E* 2. *l.* 16. omnis *E* 1. ‖ *l.* 21. tuitionem *V.* ‖ *l.* 22. sed et filios *E* 1. ‖ *l.* 23. earum *E* 1. superiorem *V.* *l.* 25. filiorum suorum] eorum (*al. m. post add.*) filiorum *E* 2.

1) *Reccessvindus legem Codicis Euriciani integram, in principio et ad calcem auctam recepit. Post primam libri legum editionem a Reccessvindo factam, sed ante codicem revisum ab Ervigio rege a.* 681. *publicatum novella IV,* 2, 13* *data est, quae huic legi derogavit. Quam legem novellam Ervigius in codicem revisum non recepit; antiquiorem legem potius retinuit, ex novella autem correxit. Cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 110—119. 2) *In margine notavimus, quae ex antiqua lege et quae ex novella sumpta sint.*

***Recc.*]** ex eadem, quam unumquemque contigerit de rebus maternis, restituat portionem, etiam si nullis fuerint nuptiis copulati. Medietatem vero, dum advixerit, pater sibi vindicet, filiis post obitum relinquendam. Qui[1] autem novercam superduxerit, omnes facultates maternas filiis mox reformet; ne, dum filii cum rebus suis ad domum transeunt alienam, noverce sue vexentur iniuriis. Eadem quoque et * de nepotibus forma servetur.⌉ Quod si pater de his rebus aliquid everterit aut super tempus, quod constitutum est, res filiorum tenere presumserit, omnia de rebus eius illis filiis, de cuius matre res esse videntur, et reddenda sunt et omnismodis sarcienda.

***Erv.*]** iudice vel heredibus defuncte mulieris strenue faciat, et tali se placiti cautione in heredum illorum nomine constringat, quibus tutela ipsa pertinere, si pater defuisset, legitime poterat, ut nihil de rebus filiorum suorum evertat, sed filiorum suorum vitam sollicito voto vel actu salvare intendat, et res eorum absque aliqua perditionis diminutione tuendas accipiat; si tamen voluerit. Quod si pater ipse, qui novercam duxerit, tuitionem filiorum suscipere noluerit, tunc a iudice propinquior ex matre tutor eligendus est, qui tuitionem pupillorum accipiat⌉. ⌈Cum vero filius ducit uxorem, aut filia maritum acceperit, statim a patre de rebus maternis suam percipiat portionem, ita ut usufructuario iure patri tertia relinquatur. Pater autem tam filio quam filie, cum XX annos etatis inpleverint, mediam ex eadem, quam unumquemque contigerit de rebus maternis, restituat portionem, etiam si nullis fuerint nuptiis copulati. Medietatem vero, dum advixerit, pater sibi vindicet, filiis post obitum relinquendam*. Eadem quoque et de nepotibus forma servetur. Quod si pater de his rebus ali- **IV, 2, 13.** *Ant.*

*) *V* 1. 2. 4. 5. 6. 8. 14. *Pith. addunt:* Qui autem novercam superduxerit, omnes facultates maternas filiis mox reformet; ne, dum filii cum rebus suis ad domum transeunt alienam, noverce sue vexentur iniuriis.

IV, 2, 13. *l.* 1. quam] quem *R* 1. contigerit *deest R* 2. ‖ *l.* 4. vixerit *R* 2. ‖ *l.* 5. hobitum *R* 1. *l.* 12. aut si *R* 2. ‖ *l.* 13. quod *deest R* 1. ‖ *l.* 16. reddende *R* 1; redenda *R* 2.

IV, 2, 13. *l.* 5. sed] set *E* 2; sed et *E* 1. *V* 2. 3. *rell.* ‖ *l.* 6. vita *E* 1. *V* 1. ‖ *l.* 7. perdictionis *E* 2; praedictionis *V* 2. ‖ *l.* 8. deminutione *E* 1. si tamen voluerit] *ita E* 2 *(al. man.). V* 4. 8. 14. *Pith.; des. cett.* *l.* 9. superduxerit *V* 3. ‖ *l.* 11. eligendus est] *ita V* 1. 6; est *deest E* 2; est eligendus *E* 1. *V* 2. *alii.* ‖ *l.* 13. ducit] *ita E* 1; duxerit *cett.* ‖ *l.* 14. percipiat] accipiant *E* 1; recipiat *V* 3. ‖ *l.* 15. patri] patris *V* 2. 3. tertia] tertia pars predicta *V* 6. *l.* 17. inpleverint etatis *E* 2. *V.* ‖ *l.* 21. advixerit] vixerit *E* 2. *V* 1. 4. vendicet *V* 1. 2. ‖ *l.* 22. relinquenda *E* 1.

1) *Haec verba docent, secundum legem Visigothorum antiquam patrem, qui post mortem uxoris alteram duxerat, tutelam filiorum ex priori coniugio procreatorum amisisse, aeque atque de viduis alteri nubentibus constitutum erat; cf. IV,* 3, 3. *Filii illi 'transierunt cum rebus suis ad domum alienam', scilicet ad domum tutoris ex propinquis matris eorum, ut videtur, constituti. Quod re vera iuris fuisse apertius demonstrant leges huic iuri derogantes, scilicet novella IV,* 2, 13* *et ipsius legis huius forma Ervigiana. Cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 112 *sqq.*

IV, 2, 13. *Erv.*] quid everterit aut super tempus, quod constitutum est, res filiorum tenere presumserit, omnia de rebus eius illis filiis, de cuius matre res esse videntur, et reddenda sunt et omnismodis sarcienda.[1]

IV, 2, 13*. *Nov. ad Recc.*] Ut post mortem matris filii in potestate patris maneant tuendi, etiam si novercam pater superduxerit; et quid de rebus filiorum conveniat patri secundum superioris legis modum.

In[1] lege anteriore[2] sancitum est, ut matre mortua, si pater non duxerit novercam, filii in patris potestate cum rebus maternis tuendi maneant usque ad tempus nuptiarum, et usufructuario cum filiis suis de ipsa rescula pro suo iure percipiat, et una cum ipsis filiis suis communibus consumat expensis; dum vero ad nuptias venerint vel XX annos impleverint aetatis, mediam ex eadem, quam unumquemque contigerit de rebus maternis, pater restituat portionem et medietatem in sua habeat potestate, dum advixerit, et nihil exinde vendere aut donare vel evertere praesumat, filiis ex eodem coniugio natis integram et intemeratam post obitum relinquendam. Si certe pater novercam superduxerit, ita decretum est in eadem lege, ut filii accepta a patre omni materna hereditate ad alienam transeant potestatem tuendi cum omni facultate, spreta patris cura vel tuitione. Quia valde indigne et horrende nostra perspexit clementia esse factum, dum obliti sunt Salomonem dicentem: 'Quare[3] seduceris, fili mi, ab aliena, et foveris sinum alterius?' et iterum: 'Qui[4] subtrahit aliquid a patre suo et matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps homicide est', et iterum: 'Oculus[5] qui subsannat patrem et despicit partum matris sue, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant illum filii aquile', necnon et illud: 'Melius[6] est enim, ut filii tui te rogent, quam te respicere ad manus filiorum tuorum': idcirco nimium incongruum et indignum forte perspexit talia fieri nostra gloria, dum absque rationis dogmate talia decreverunt dispendia, ut ipsi lucrum de rescula filiorum alienorum habeant, qui nullam cum eis nutriendis habuerunt penuriam; sed patri generant damna, qui debuerat perfrui filiorum gaudiis. Deo igitur an-

IV, 2, 13. *l.* 1. aut] *ita E* 1. *V* 1. 2. 6; aut si *cett.* || *l.* 4. sarcienda] sorcienda *E* 1; sartienda *E* 2.

IV, 2, 13*. *Codd. V* 17. (18. 19); *decurtatam legem praebet V* 15. — *l.* 5. *Inscriptionem praebet V* 17: De eadem re. NOV EMENDATA ANTIQUA. Ut] Item ut *V* 15. 19. || *l.* 7. patri] pater *V* 15. secundum — modum] iuxta superiorem legem *V* 15. 19. || *l.* 8. lege] etenim *add. V* 18. 19; enim *add. V* 15. || *l.* 9. omnibus rebus *V* 15. || *l.* 10. de ipsa rescula — cum filiis suis *des. V* 17. 19. *l.* 11. communes sumant expensas *V* 17. || *l.* 13. quam] quae *V* 17. pater *deest V* 17. rest. port.] constituat portionem *V* 17; restituat rationem *V* 15. || *l.* 14. medietatem usufructuario *V* 17. || *l.* 16. post obitum] postmodum *V* 17. || *l.* 17. est *deest V* 15. acceptam a patre omnem maternam hereditatem *V* 15. *l.* 19. indignum et horrendum *V* 15. || *l.* 20. Salomone dicente *V* 17. || *l.* 21. sinum] signum *V* 15. *l.* 22. subtrahit se vel aliquid *V* 15. et matre] vel m. *V* 15. || *l.* 23. subsonat *V* 17. || *l.* 24. partum] patrem *V* 17. || *l.* 26. et incongruum et indigne *V* 15. || *l.* 28. dogma *V* 15. || *l.* 29. cum eis n. habuerunt] eum nutriendi habeant *V* 15. || *l.* 30. damnum *V* 15. debuerat — gaudiis] debuerunt per filiorum gaudium *V* 15. annuente] nitente *V* 15.

1) *De hac lege a Wambano rege, ut videtur, data cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 115 *sq.* 118 *sq.* 2) *IV,* 2, 13 *Recc.* 3) *Prov.* 5, 20. 4) *Ibid.* 28, 24. 5) *Ibid.* 30, 17. 6) *Ecclesiasticus* 33, 22.

Nov. ad Recc.] nuente contra huius seriem legis, sacrarum scripturarum nostra gloria recolente, illud obicimus, quod hymnidicus ille predixit David: 'Sicut[1] pater miseretur filiorum, sic misertus est Dominus timentibus eum'; de quo etiam et Salomon dicit: 'Filius[2] sapiens doctrina patris'. Et iterum: 'Fili[3], suscipe senectam patris tui, et ne contristes eum in vita illius'. Et iterum: 'Qui[4] diligit filium suum, frequentat illi flagellum, ut letetur in novissimo eius. Qui docet filium suum, laudabitur in illo, et in medio domesticorum glorificabitur in illo. Qui docet filium suum, in celum mittit inimicos et in medio amicorum glorificabitur in illo. Mortuus est pater illius, et quasi non est mortuus, simile enim relinquit post se. In vita sua vidit, et letatus est in illo, et in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem domus contra inimicos et amicis reddentem gratiam'. Dum igitur hec talia meminit nostra excellentissima gloria, que a Domino per ora vatum suorum fuerant promulgata, nostra ratum duxit serenitas tantis obtemperare preceptis. Domino ordinante huic addere nitimur legi, ut, spretis que digne non sunt posita, innectamus, que omnia a Domino patuerint ordinata. Unde omnes ad regni nostri ditionem pertinentes commonemus per huius nostri seriem decreti, ut deinceps, sicut fas est iustitie et sacra scriptura docet, huius novelle sanctionis custodiatur forma et disciplina, ut post mortem uxoris quisquis ille superduxerit novercam, filii, qui de eodem coniugio nati esse noscuntur, in patris potestate et gubernatione permaneant cum omnibus rebus maternis; quia valde indignum est, ut filii, patris gubernatione vel potestate relicta, in alterius tuitionem deveniant; sed instituimus, ut pater, dum novercam duxerit, filios suos una cum peculio materno iuxta superiorem legis modum tuitionis ordine regat. Ita tamen ordinamus, ut inventarium de rebus filiorum suorum manu sua conscriptum coram iudice vel heredibus defuncte mulieris strenue et fideliter faciat. Talis vero placiti cautio in heredum suorum nomine conscribatur, quibus tutela ipsa pertinere videtur legitime, si pater defuisset, ut nihil de filiorum suorum rebus pater evertat, sed filiorum vitam sollicito voto vel actu salvare intendat, et res eorum absque aliqua diminutione perditionis tuendas accipiat; si tamen voluerit. Quod si pater ipse, qui novercam duxerit, tuitionem filiorum suscipere noluerit, tunc a iudice* propinquior ex patris genere tutor eligendus est, qui tuitionem ipsorum accipiat pupillorum. ⌜Cum vero filius uxorem duxerit aut filia maritum acceperit, statim a patre de rebus maternis suam percipiat portionem, ita ut usu- *IV,2,13.Recc.*

*) *Pro verbis* propinquior — presumpserit (*l.* 33), *quae exhibent* *V* 17. 18. 19, *et quae sequitur versio Castiliana, in* *V* 15 *haec tantummodo leguntur:* tutor requirendus est, quomodo lege superiore dicitur.

IV, 2, 13*. *l.* 1. secundum sacrarum *V* 15. ‖ *l.* 2. praedixit] dixit *V* 15. ‖ *l.* 4. et S.] et *deest* *V* 15. dicit] dixit *V* 15. ‖ *l.* 8. *lege:* zelum. ‖ *l.* 10. videbit *V* 15. ‖ *l.* 12. amicis] amici *codd.* *l.* 14. fuerunt *V* 15. ratum] statim *V* 17. ‖ *l.* 15. legi] legem *V* 15. spretis] superius *V* 17. ‖ *l.* 16. innectimus quod omnibus a Domino patuit *V* 15. ‖ *l.* 17. omnes] omnibus *V* 15. pertinentibus *V* 15. *l.* 18. fas *deest* *V* 15. ‖ *l.* 19. forma disciplinae *V* 15. ‖ *l.* 20. esse noscuntur] sunt *V* 15. ‖ *l.* 21. potestatem et gubernationem *V* 15. rebus *deest* *V* 15. ‖ *l.* 22. vel potestate *des.* *V* 17. ‖ *l.* 23. inst. ut] ut inst. *V* 15. ‖ *l.* 25. in ordine *V* 17; ordinem *V* 15. ‖ *l.* 26. conscribat *V* 15. ‖ *l.* 28. quibus — videtur] ad quorum tutelam pertinere videntur *V* 17. ‖ *l.* 29. ut] et *V* 17. de] de ipsis *V* 15. everteret *V* 15. ‖ *l.* 30. salvare] salutari *V* 17. ‖ *l.* 31. si tamen voluerit *des.* *V* 15. ‖ *l.* 32. filiorum] ipsorum *V* 17.

1) *Psalm.* 102, 13. 2) *Prov.* 13, 1. 3) *Ecclesiasticus* 3, 14. 4) *Ibid.* 30, 1—6.

IV, 2, 13*. ***Nov. ad Recc.***] fructuario iure patri tertia relinquatur. Pater autem tam filio quam filie, cum XX annos inpleverint etatis, mediam ex eadem, quam unumquemque contigerit de rebus maternis, restituat portionem, etiam si nullis fuerint nuptiis copulati. Medietatem vero, dum vixerit, pater sibi vindicet, filiis post suum obitum relinquendam integram et intemeratam. Eadem quoque et de nepotibus forma servari conceditur. Quod si vero pater de ipsis rebus aliquid evertere presumpserit aut super tempus, quod constitutum est, ipsas res filiis dare neglexerit aut tenere presumpserit, quecumque eis ex portione evenire potuerat, omnia de rebus eius patris ipsis filiis, quorum maternam hereditatem everterit, et reddenda sunt per iudicis instantiam et omnibus modis ad integrun sarcienda.⌉

IV, 2, 14. ***Recc. Erv.***] XIIII. ANTIQUA.

Si mater in viduitate permanserit, equalem inter filios capiat portionem; et quid de rebus filiorum agere conveniat matrem.

= *Cod. Eur.* 322. ⌈Mater[1], si in viduitate permanserit, equalem inter filios suos, id est qualem unusquisque ex filiis, usufructuariam de facultate mariti habeat portionem; quam usque ad tempus vite sue usufructuario iure possideat. Ceterum nec donare nec vindere nec uni ex filiis conferre presumat. Quod si eam filii portionem ipsam matrem evertere seu per neclegentiam sive per odium forte prespexerint, ad comitem civitatis aut ad iudicem referre non differant, ut matrem sua contestatione conmoneant, ne res, quas usufructuarias accepit, evertat. Nam usumfructum, quem ipsa fuerat perceptura, dare cui voluerit, filio vel filie, non vetetur.⌉ Sed et quod de ipso usu sibi debito iuste conquirere potuerit, faciat quodcumque illi omnismodis iustissime placuerit. *ibid.* ⌈Verum si ex ea usufructuaria portione aliquid probatur eversum, filiis post mortem matris de eius facultatibus sarciatur. Post obitum vero matris portio, quam mater acceperat, ad filios equaliter revertatur, quia non possunt de paternam hereditatem fraudari. Quod si mater ad alias nuptias forte transierit, ex ea die usufructuariam portionem, quam de bonis mariti fuerat consecuta, filii inter reliquas res paternas, qui ex eo nati sunt coniugio, vindicabunt.⌉

IV, 2, 14. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5). 6. 7. (15. 17. 19). — *l.* 11. ANTIQUA *deest* *R* 2. *E.* *V* 1. 2. || *l.* 14. Mater si] Mulier si post mortem mariti *V* 15. 19. || *l.* 15. filiis suis *R* 2. *V* 1. usufructuariam] *ita Eur.* *R* 2. *E* 1. *V* 15; usufructuario *R* 1. *E* 2. *V* 1—5; usufructuario iure *cett.* *l.* 17. vendere *E* 1. *V.* ipsam *deest* *V* 1. 6. || *l.* 18. necligentiam *R* 2. *V* 7; neglegentiam *E* 2. *V* 6; negligentiam *alii.* hodium *R* 1. prespexerint] *ita* *R* 1. *E* 2; presumserint *R* 2; prospexerint *V* 3; perspexerint *cett.* a comite civitatis aut iudices reformare *E* 2. || *l.* 19. suam *E.* *V* 1—7. 15. 17. contestationem *V* 3. 4. || *l.* 20. usufructuarias] usufructuario *R* 2; in usu fructuario *V* 1. 2. 4 *et e corr.* *V* 6. usumfructum] usufructu *R* 1; usu fructuario *R* 2; usum fructuarium *V* 12 *et e corr.* *V* 6. || *l.* 22. omnimodis *E* 1. *V* 1. 3. 4. 7. || *l.* 23. usufructuario *E* 2. portionem *R* 2. *E* 2. filii *E* 1. || *l.* 24. mortem] obitum *V* 2. sarciantur *E* 2. *V* 2; sorciantur *E* 1. hobitum *R* 1. || *l.* 25. paternam hereditatem] *ita* *R* 1. *E* 2; paterna hereditate *cett.* || *l.* 26. forte] fortasse *V* 1. 3. 4; *deest* *R* 2. || *l.* 28. ex] de *R* 2. vendicabunt *V* 1. 2.

1) *Cf. supra p.* 22 *sq. et* 'N. *Arch.*' *XXVI. p.* 119 *sqq.*

Recc. Erv.] XV. ANTIQUA. **IV, 2, 15.**

Ne uxor sibi vindicet quod maritum cum servis eius adquisisse constiterit.

= *Cod. Eur.* 323. ⌈Maritus[1] si cum servis uxoris sue⌉ aliquid[2] adquisierit vel ⌈in expeditione aliquid lucri fuerit consecutus, nihil exinde uxor a viro suo presumat repetere, nec ipso vivente nec post eius obitum; sed vir, qui uxorem suam secundum sanctam scripturam habet in potestate, similiter et in servis eius potestatem habebit, et omnia, que cum servis uxoris vel suis in expeditione adquisivit, in sua potestate permaneant; pro eadem scilicet rationem, quia, si ipsi servi, dum cum domino suo in expeditione conversabantur, aliquid admisissent forte damnosum, ille, qui eos secum duxerat, et ei aliquid fecerant augmenti, ipse pro eis et responsum daturus esset et conpositionem, si culpaviles fuissent inventi. Unde bene iubetur, ut sicut lucrum, ita et damnum ad se dominus noverit pertinendum.⌉

Recc. Erv.] XVI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **IV, 2, 16.**

De his, que vir et uxor in coniugio constituti conquirere potuerint.

Dum[3] cuiuscumque dignitatis aut mediocritatis mariti persona uxori fuerit nobiliter adque conpetenter adiuncta, et pariter viventes aliquid augmentaverint vel in quibuscumque rebus quippiam profligasse visi fuerint, adque proveniat, ut unus ex his maioris rei et facultatis dominus sit, de omnibus augmentis et profligationibus pariter conquisitis tantam partem unusquisque obtineat, quantum eius facultatem fuisse omnis sibi debita vel habita possessio manifestat; ita ut, si equales habundantie domini sunt, pro parvis rebus contentionis intemperantia non adsumant; quia difficile est, ut in tanta equitate facultas eorum possit equari, ne in quocumque videatur una pars alteri superesse. Nam si evidenter unius facultas alterius possibilitatem transgredi videatur, ut superius dictum est, iuxta quantitatem debite possessionis erit et divisio portionis, quam sibi post uniuscuiusque mortem vindicabit persona suprestis, et aut

IV, 2, 15. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 15. 17. 19). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 6. 7. 8. 17; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *V* 15. 19; *deest cett.* ‖ *l.* 3. constiterit] contigerit *R* 1. ‖ *l.* 4. expeditionem *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 5. consecutus] convexatus *R* 1. ‖ *l.* 6. viventem *R* 1. hobitum *R* 1. ‖ *l.* 8. uxoris sue *V* 1. 2. 5. expeditionem *Eur.* *R* 2. per eandem *V* 6. ‖ *l.* 9. iscilicet *E* 2. *V* 7. rationem] *ita* *R. E. V* 6. 7; ratione *cett.* ‖ *l.* 11. aumenti *R* 1. esset] est sed *R* 1. ‖ *l.* 12. culpaviles] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 7; culpabiles *cett.*

IV, 2, 16. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (15. 17). — *l.* 14. FL. — REX] *des.* *R* 3. *E* 1. *V* 3; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *V* 15. GLOR. *deest* *V* 4. RECCESSVINDUS] *ita* *R* 2; RECC⊖DS *R* 1; RECESVINDUS *V* 7; RCDS *V* 5. 6; RCS *V* 2; RCTS *E* 2; RCHDS *V* 4; RECAREUS *V* 1. ‖ *l.* 16. Dum] Cum *V* 1. uxoris *R* 1. *V* 1. 3; et uxoris *V* 6. ‖ *l.* 17. aumentaverint *R* 1. *l.* 18. fuerint] sunt *R* 1. proveniant *E* 2. *V* 1. ut *deest* *R* 1. ‖ *l.* 19. his] eis *E* 2. *V* 3. 4. 5. 7. aumentis *R* 1. et] *deest* *R* 1; aut *V* 1. 2. ‖ *l.* 20. tantum partem uniusquisque *R* 1. obtineat] contineat *V* 1. 4. 6. quantam *E* 1. *V.* facultatis *E* 2. ‖ *l.* 21. omnis] *ita* *R. E. V* 7; omnismodis *vel* omnimodis *cett.* equales] *ita* *R* 1. *V* 2. 6; equalis *cett.* habundantie] *ita* *R. E* 2; abundantie *alii.* ‖ *l.* 22. intemperantiam *R* 3. *E. V.* adsument *R* 1. ‖ *l.* 23. in *deest* *R* 1. tante *R* 1. quocumque] que *R* 1; quacumque *R* 2; quodcumque *E* 1. *V* 7. ‖ *l.* 24. alterum *R* 1. ‖ *l.* 26. uniuscuiuscumque *E* 1. *V* 1. 3. 4. 5. vindicavit *E;* vendicabit *V* 1. 2. suprestis] *ita* *R* 1; supprestis *R* 2. *E* 2. *V* 3. 4. 7; supersites *R* 3; superstes *E* 1. *V* 1. 2. 5. 6. et aut] aut *V* 2. 6; et *R* 2; et aut per *R* 1; et ut *E* 2.

1) *Cf. R. Schroeder, 'Gesch. d. ehel. Güterrechts' I, p.* 136 *et 'N. Arch.' XXVI, p.* 122. 2) *Verba:* aliquid adquisierit vel *in lege Euriciana melius desunt.* 3) *Haec lex, de rebus a coniugibus conquisitis vel conlaboratis lata, substituta est antiquiori de eadem re constituenti, cuius vestigia praebet c.* 325 *Codicis Euriciani. Cf. quae disserui 'N. Arch.' XXVI, p.* 122 *sq.*

IV, 2, 16. ***Recc. Erv.***] filiis suis aut propriis relinquet heredibus, aut certe de ea facere quod voluerit licentiam obtinebit. Eadem quoque hordinationis forma tam in viris quam in uxoribus erit omnismodis observanda. De illis autem rebus, quibus in amborum nomine inveniuntur scripture confecte, iuxta condicionem ipsius scripture pertineat illis et divisio rei et possessio iuris. Quod vero maritus aut de extraneorum lucris aut in expeditione publica conquisivit aut de principis vel patroni adque amicorum conlatione promeruit, filii vel heredes eius ad integrum vindicabunt; aut quod exinde voluerit iudicare licenter illi erit plenam potestatem habere. Similis et de mulieribus condicio erit, si quorumcumque munere videantur aliquid percipisse.

IV, 2, 17. ***Recc.***] XVII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. ***Erv. deest.***

De parvulo, qualiter hereditatem capere possit.

Interdum[1] rem dubiam, nisi ratiocinationis disceptatio deducat in lucem, frequenter hanc ambiguitas precipitat in errorem. Contendunt namque plurimi, si genitus infans non longe defunctus hereditatis parentum possit iura sortiri; quorum litibus hos ponit ratio modus. Nature origo ita condita manet talique usu decurrit, ne his, qui nascitur, prius aliut quam se suscipientem adsumat* herem, ut de tenebris genitalibus prodiens illarum rerum sentiat tactum, quarum hunc partibus constat esse concretum. Quo ergo ordine libere capiet hereditatem terrene possessionis, qui vix extreme capuit primordia lucis? Quique sortitus vix est usum elementorum, quibus concretus est, quomodo sortietur bona rerum, ad quarum dominium natus non est? Quemque non hereditabit producta lux celi, qualiter morte contractum inprobisa ditabit portio mundi? Quave etiam ratione adgreditur viventium iura, cui vicinius fuit, mortem adisse quam vitam? Sicque naufragus in medio lucis

*) *R* 2. *Mad. pro* adsumat herem *praebent:* capiat lucem.

IV, 2, 16. *l.* 1. relinquet] *ita R* 2. *V* 2; relinquende *R* 1; relinquent *E* 2; relinquat *cett.* ea] qua *R* 1; re *V* 3; re qua *V* 7; hoc quid *R* 3. ‖ *l.* 2. obtinebit] habebit *Mad.* hordinationis] *ita R* 1. 2; ordin. *cett.* ‖ *l.* 3. omnismodis] *ita R* 1. *E. V* 6. 7; omnimodis *R* 3. *V* 1. 2. *alii;* omnis *R* 2. de quibus *R* 2. ‖ *l.* 4. nomen *R* 1. ipsius quoque *V* 1. ‖ *l.* 6. vel patroni] aut patroni *V* 1. 2. ‖ *l.* 7. sibi vindicabunt *V* 4. *Mad.;* vendicabunt *V* 1. 2. ‖ *l.* 8. voluerit] *ita R. E* 1. *V* 1. 2. 6; voluerint *cett.* iudicare] vindicare *R* 1. licentia *R* 2. *V* 15. illi] *ita R* 1. 3. *V* 1. 2. 6. 7; illis *cett.* et — erit] et erit de m. conditio *V* 4. 5. *Mad.* de] in *E. V* 2; in *al. man. corr.* de *V* 6; *deest R* 3. *V* 3. mulieri *V* 3. ‖ *l.* 9. percipisse] *ita R* 1. *E* 2; percepisse *cett.*

IV, 2, 17. *Codd. R* 1. 2. *E* 1 *(ad calcem add.). V* 1. 2. 4. 5. 6. 7. (8. 15). — *l.* 10. FL. — REX] *des. V* 4; FLS GLS CNDS REX *V* 1; FLS CHDS ANTIQUA *V* 8. RECC.] RECCΘDS *R* 1; RECCESDS *R* 2; RCDS *V* 2. 5. 6; RECESVINDUS *V* 7. ‖ *l.* 11. hereditate *R* 1. cap. poss.] accipere debeat *V* 6. *l.* 12. dubia *R* 1. ‖ *l.* 13. luce *R* 1. precipitat *deest R* 1. errore *R* 1; herrorem *R* 2. ‖ *l.* 14. plurimi si genitus] plurimis ingenitus *R* 1. ‖ *l.* 15. hos ponit] postponit *R* 1. modus] *ita R* 1; modis *corr.* modus *R* 2; modos *cett.* ‖ *l.* 16. decurrit] recurrit *V* 1; recurrat *V* 4. ‖ *l.* 17. aliut] *ita R* 1. *V* 7; aliud *cett.* adsumant *R* 1. herem] *ita* (*pro* aerem) *R* 1; aerem *V* 15; heredem *E* 1. *V* 1. 2. 5. 6; eredem *V* 7; heredes *V* 4. ‖ *l.* 18. sentiat] sentiant *R* 1; sententia *R* 2. tactum] tantum *R* 1. constant *R* 1. *l.* 19. liber *R* 1. capiat *V* 4. 5. terrene] terre *R* 1. ‖ *l.* 20. capuit] *ita R. V* 6. 7; coepit *E* 1; cepit *cett.* *l.* 21. concretu *R* 1. ‖ *l.* 22. hereditavit *E* 1. *V* 1; hereditant *V* 2. ‖ *l.* 23. mortis *V* 2. 4. 5. 6 *(e corr.).* contractu *V* 4. inprovisa *E. V.* ‖ *l.* 24. Quavę *R* 1; Qua vero *V* 7. adgreditur] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1; adgredietur *cett.* vicinus *R.* ‖ *l.* 25. fuit] sui *R* 1. Sique *R* 1. medio] medię *R;* me *V* 7.

1) *Hoc caput non tam legem continere videtur, quam prooemium legi sequenti Chindasvindi a Reccessvindo praemissum; cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 124.

Recc.] angustias mox genitales exiit, mox fatales relapsus est in tenebras. Ut ergo et proximis parentibus ad successionem huius aditus reseretur, et ipsa defuncti vita conprobetur, si vere clara sit vita, adque hanc ipsam licet parvi temporis vitam comitetur eterne participatio vite, non aliter in utroque sexu hereditatem capiet qui nascitur, nisi post nativitatis ortum et sacri baptismatis gratiam consequatur et decem dierum spatiis vixisse probetur[1]: ut successoris patris vel matris persona, que per hunc parvulum terrene cupit hereditatis adquirere commoda, ante morituro eterne mansionis preparet vitam et ita demum adsequatur vivens cum rebus labentibus terram. Sicque salutari conmercio, dum hereditat ille celum, hereditet iste solum; dum illi providentur celestia, isti permittantur adire terrena; dumque adsequitur ille vitalia, conquirat iste caduca: ut, etsi defunctus terrenum ius non potuit possidere, terreno saltim emtum iure celeste lucrum valeat obtinere.

Erv. deest. **IV, 2, 17.**

IV, 2, 18.

***Recc.*]** XVIII.

FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Qualiter hereditatem parvuli parentes adsequi possunt.

Patre[2] defuncto, si filius filiave decem diebus vivens et baptizatus ab hac vita discesserit, quidquid ei de facultate patris conpetere poterat, mater sibi debeat vindicare. Idemque matre defuncta non aliter

***Erv.*]** XVII.

Qualiter hereditatem parvuli parentes adsequi possunt.

Patre[3] defuncto, si filius filiave decem sive amplius vel infra diebus vivens et baptizatus ab hac vita discesserit, quidquid ei de facultate patris conpetere poterat, mater sibi debeat vindicare. Idemque matre defuncta non aliter defuncti

IV, 2, 17. *l.* 1. genitalis *R* 2. *V* 7. fatalis *R* 1; fatalibus *V* 1. 6. lapsus *V* 1. 4. tenebris *R* 1. *V* 6. ‖ *l.* 2. ergo] ex ergo *R* 1. et] ex *R* 1. *V* 7; *deest V* 2. 6. proximis] primis *R* 1. reservetur *R* 2. ‖ *l.* 3. clara sit] clarest *V* 1; sit clara *V* 5. ‖ *l.* 4. comitetur] qui mittetur *R* 1. ‖ *l.* 5. capiat *V* 1. 2. 4. 5. 6. nascetur *R* 2. *E* 1. *V* 4. ‖ *l.* 6. gratia *R* 1. ‖ *l.* 8. cupit] capit *R* 2. *V* 4. ‖ *l.* 9. ęterne *R* 1. adsequitur *V* 4. 7. ‖ *l.* 10. salutari] saluari *R* 1. ‖ *l.* 11. hereditet] hereditate *R* 1. solum] seculum *V* 1. 5. 6. 8; seclum *V* 4. providentur] adire *add. V* 4. 5. *Mad.* permittatur *R* 1. *E* 1. ‖ *l.* 13. caducam *R* 1. terrena *V* 6. *Pith.* ius] huius *V* 1. 4. 5. 6; eius *E* 1. terreno] *ita R* 2. *E* 1. *V* 2. 6; terrenos *V* 7; terrenū *R* 1; terrenus *cett.* ‖ *l.* 14. emtum iure] *ita R* 1; empto iure *V* 2. 5. 6; iure emeto *V* 4; et uiuere *V* 7; tuere *R* 2; quem ritu iure *E* 1; comparato iure *Pith.;* ille *Mad.* celestem *V* 1. 5. 7.

IV, 2, 18. *Codd. R* 1. 2. — *l.* 16. CHINDASVINDUS] *ita R* 2; CNDS *R* 1. ‖ *l.* 19. si *deest R* 2. filiavę *R* 2. ‖ *l.* 21. quidquid] quid *R* 1. *l.* 22. potuerat *R* 1. sivi *R* 1. ‖ *l.* 23. Ideoque *R* 1; Itemque *R* 2.

IV, 2, 18. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8. 14. 15. 17). — *l.* 15. XVII] FLS CDS (CHDS *V* 6; CHDAS *V* 7) REX *add. E* 2. *V* 6. 7. 17; FLS GLS RCDS *add. V* 2; FLS RCDS (RCHDS *V* 4; RECAREUS *V* 1) REX *V* 1. 4. 5; NOV. *praeterea add. V* 4. ‖ *l.* 18. adsequi p.] adquirere possint *V* 2. ‖ *l.* 19. si *deest V* 3. filiavel *E* 2. *V* 7. decem] diebus vivens et baticatus *al. man. post add. E* 2. sive amplius vel infra *des. V* 7. *l.* 20. et *deest V* 1. 4. 5; et baptizatus *des. E* 2. *V* 3. ‖ *l.* 21. hac] ac *E* 2. *V* 7. ‖ *l.* 22. sivi *E* 2. vendicare *V* 1. 2. ‖ *l.* 23. Idemque] *ita E. V* 1. 2. 6. 7; Itemque *alii.*

1) *Cf. infra c.* 18. 2) *Haec lex a Chindasvindo rege antiquiori substituta est, quae exstat c.* 327 *Codicis Euriciani. Legis illius a Leovigildo recensitae formam laudare videtur idem Chindasvindus in IV,* 5, 4 *verbis:* iuxta legem aliam. *Quomodo ex lege antiqua Eurici haec Chindasvindi orta esse videatur, exposui 'N. Arch.' XXVI, p.* 132 *sq.* 3) *De forma legis huius Ervigiana cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 126.

IV, 2, 18. ***Recc.*]** defuncti filii portionem pater obtineat, nisi natum filium filiamvel decem diebus vixisse et fuisse baptizatus[1] edoceat; ita ut pater vel mater, quibus ista successio conpetit, si filios non reliquerint, integram et intemeratam eandem luctuosam hereditatem dividendam omnibus nepotibus derelinquat. Nec meliorandi quemcumque nepotum amplius quam decimam partem huius rei habeant potestatem[2]. Nam si ecclesiis vel libertis seu cuilibet largiri de eadem facultatem voluerint, de quinta tantum partem secundum superiorem legem[3] potestatem habebunt. Sin autem nec filii nec nepotes nec pronepotes suprestes extiterint, alii parentes, qui gradu proximiores fuerint, predictam facultatem procul dubio consequantur; ea conditione servata, ut nepotes ex filio vel filia, qui patre vel matre supreste mortui fuerint, integram de rebus avi vel avie, quam fuerant pater eorum aut mater, si vixissent, habituri, percipiant portionem[4]. Quod si filius,

***Erv.*]** filii portionem pater obtineat, nisi natum filium filiamve decem diebus sive amplius vel infra vixisse et fuisse baptizatus edoceat; ita ut pater aut mater, quibus ista successio conpetit, si filios non relinquerint, integram et intemeratam eandem luctuosam hereditatem dividendam omnibus nepotibus derelinquant. Nec meliorandi quemcumque nepotum amplius quam de tertiam partem huius rei habeant potestatem. Nam si ecclesiis vel libertis seu cuilibet largiri de eadem facultatem voluerint, de quinta tantum parte secundum superiorem legem potestatem habebunt. Sin autem nec filii nec nepotes neque pronepotes supprestes extiterint, quod de eadem facultate facere vel iudicare voluerint, habeant potestatem. Quod si intestati discesserint, tunc alii parentes defuncti patris vel matris, qui gradu proximiores fuerint, predictam facultatem procul dubio consequantur; ita ut mortuo filio, si pater, qui filii defuncti successionem capuerit, intestatus discesserit, heredibus patris ex lege propinquioribus eadem facultas pertineat. Similiter et si mater

IV, 2, 18. *l.* 2. natum] tantum *R* 2. filiamvac *R* 2. || *l.* 3. baptidiatus *R* 1; baptizatos *R* 2. *l.* 4. vel] aut *R* 2. || *l.* 6. temeratam tam *R* 1. eandem] eadem *R* 2. || *l.* 8. derelinquat] *ita R* 1. 2. quecumque *R* 2. || *l.* 10. abeant *R* 2. || *l.* 12. facultatem *deest R* 1. noluerint *R* 1. || *l.* 14. nec filii *des. R* 2. || *l.* 15. pronepronepotes *R* 1. subprestes *R* 2. || *l.* 16. gradum *R* 1. || *l.* 20. suppreste *R* 2. integra *R* 1.

V, 2, 5. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 17. 18). — *l.* 1. ANTIQUA] *deest R* 2. 3. *E* 1. 2. *V* 3. 4. 5; EMENDATA *add. V* 17. ‖ *l.* 2. fuerit] *bis scr. R* 1; fuisset *V* 1. ‖ *l.* 6. sibi] illis *V* 2. ‖ *l.* 8. secundum vol. testat. *des. R. V* 7. 18. bolumtatem *E* 2. ‖ *l.* 10. supprestis *R* 2. *V* 2. 3. 4; subprestis *E* 2; superest *R* 3; superestis *E* 1; superstis *V* 1. 5. ad *deest R* 1. ‖ *l.* 12. fuerit *R* 1.

V, 2, 6. *Codd. R* 1. 2. — *l.* 16. CNDS *R* 1; CHINDASVINTHUS *R* 2. ‖ *l.* 19. in presenti tradite] *sic R* 1. 2. sint *R* 2. ‖ *l.* 21. ut *deest R* 1. donator *R* 2. ‖ *l.* 22. pro id — aput illum *des. R* 1.

V, 2, 6. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 7. (8. 14. 15. 17. 18). — *l.* 15. VI] FLS CHDS REX *add. V* 1. 4; FLABIUS CHNDSDS REX *add. V* 7; FLS RCTS REX *add. E* 2; FLS GLS RCSDS REX *add. V* 2; ANTIQUA *add. V* 15; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *add. V* 8. ‖ *l.* 19. presenti] *ita E* 1. *V* 1—5. 7. 8. 14. 15. 17. 18. 20. *Pith.*; presente *E* 2; presentia testium *Mad.* sint *E* 2. *l.* 21. ut] aut *E* 2; *deest V* 5. quod *deest V* 1. 4. 8. donatur] donator *E* 1. *V* 1. 2. 4. 5. 8. positus *V* 1. 2. 4. 5. 8. ‖ *l.* 22. id] *ita E. V* 2. 7; eo *cett. l.* 23. aput] *ita E* 2. *V* 7; apud *cett.* ‖ *l.* 24. scripturam *E* 1. donatoris] *ita E. V* 1. 4. 7. 8. 14. 15. 17. 18. *Pith.*; vel donatio donatoris *V* 2; donationis *V* 3. 5. *Mad.*

1) *Lex ab Eurico data, a Leovigildo secundum legem IV, 2, 4 correcta est. Leovigildus addidit verba* si filios non habuerit *et* Ceterum si filios — pertinebit. *Cf. Brunner l. c.; 'N. Arch.' XXVI l. c.* 2) *Cf. p.* 211, *n.* 3. 3) *Cf. Dahn, 'Studien' p.* 76. 4) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. III,* 1, 4. *Interpr.:* Quaecumque persona . . . si villam . . . vendiderit et forsitan postea opponere velit, quod minus pretii acceperit, quam res valebat, quia forte agrum, quem vendidit, longe positus ignorasse se dicat, non ideo venditio poterit revocari.

V, 2, 6. *Recc.*] donatoris habetur, in cuius nomine conscripta dinoscitur. Hoc tantum observandum est, ut, si donator dixerit, nec dedisse nec direxisse scripturam, sed sublatam sibi fuisse, tunc ille, cui res donate sunt, per testem convincat, ab ipso donatore eandem aut traditam sibi aut directam vel ex eius volumtate in potestate sua redactam, et dum probaberit, stabilis habeatur. Quod si probare neclexerit, invalida remanebit; si tamen qui donabit voluerit. Illut sane addi placuit, ut, si quisque scripturam de suis rebus in quibuslibet personis ediderit, si eam vivendo illi, in cuius nomine scripta est, non tradiderit, quamlibet tradita non sit, tamen, dum post eius obitum repperta fuerit, ille sibi eam vindicabit cum omnibus rebus, que ibi conscripte sunt, in cuius nomine donator eam fieri voluisse cognoscitur. Quoniam iustum omnino est, ut talis scriptura robor plenitudinis habeat, quam vivens donator ita salvabit, ut nequaquam videatur aliquatenus inmutata. Quod si ipsum, cui res donate fuerant, fatalis casus ab hac vita subduxerit, antequam rem sibi donatam caperet, ad donatorem vel ad heredes donatoris res ipsa pertineat. Qui[1] vero sub hac occasione

Erv.] conscripta esse dinoscitur. Hoc tantum observandum est, ut, si donator dixerit, nec dedisse nec direxisse scripturam, sed sublatam sibi fuisse, tunc ille, cui res donate sunt, per testem convincat, ab ipso donatore eandem aut traditam sibi aut directam vel ex eius voluntate in potestatem suam redactam, et dum probaverit, stabilis habeatur. Quod si probare neglexerit, tunc ille, qui scripturam fecit, iuraturus est, quia eandem scripturam neque per se dedisset neque direxisset, nec per voluntatem suam factum esse, ut eadem scriptura in manus eius veniret, a quo eam videtur repetere, et sic invalida remanebit; si tamen qui donabit voluerit. Illut sane addi placuit, ut, si quisque scripturam de suis rebus in quibuslibet personis ediderit, si eam vivendo illi, in cuius nomine scripta est, non tradiderit, quamlibet tradita non sit, tamen, dum post eius obitum reperta fuerit, ille sibi eam vindicabit cum omnibus rebus, que ibi conscripte sunt, in cuius nomine donator eam fieri voluisse cognoscitur. Quoniam iustum omnino est, ut talis scriptura robur plenitudinis habeat, quam vivens donator ita salvavit, ut nequaquam videatur aliquatenus inmutata. Nam si scripturam ipsam vel rem conditor, dum viveret, nullo modo tradidit, sed aput se retinuit, et voluntatem suam in postmodum inmutavit, illut

V, 2, 6. *l.* 1. nomine conscripta] nomen scriptura *R* 2. ‖ *l.* 4. iscripturam *R* 1. ‖ *l.* 6. donatorem *R* 2. ‖ *l.* 8. vel ex — redactam *des.* *R* 1. *l.* 9. redacta *R* 2; *deest* *R* 1. provaberit *R* 2. abeatur *R* 2. ‖ *l.* 12. si voluerit *R* 2. ‖ *l.* 13. quisque] quicumque *R* 2. ‖ *l.* 15. iscripta *R* 1. *l.* 19. que] qui *R* 2. nomen eam donator *R* 2. *l.* 22. abeat *R* 2. ‖ *l.* 23. salvavit *R* 2. ‖ *l.* 26. ac *R* 2. ‖ *l.* 28. donatoris heredes *R* 2.

V, 2, 6. *l.* 1. conscripta esse dinoscitur] scripta edetur *al. m. corr.* c. e. d. *E* 2; esse *deest* *V* 7. *l.* 4. ille vir cui *Mad.* ‖ *l.* 5. eandem rem *V* 1. 2. 4. 5. 8. ‖ *l.* 6. ex *deest* *V* 1. 2. ‖ *l.* 7. potestate sua *V* 1. 2. suam red.] suarum dictam *E* 1. probaberit *E* 2. *V* 7. ‖ *l.* 9. fecit] *ita* *E* 1. *V* 1. 3. 7; fecerit *cett.* iuratus *E* 1. ‖ *l.* 11. nec] neque *E* 2. *V* 1. 2. ‖ *l.* 12. esset *V* 1. 2. 18. eandem scripturam *E* 2. *V* 2; eam scripturam *V* 7. ‖ *l.* 13. manu *V* 7. ‖ *l.* 15. donavit *V* 1. Illut] *ita* *E* 2. *V* 7; Illud *cett.* *l.* 18. scripta] scriptura *E*; iscriptura *V* 7. ‖ *l.* 21. sibi eam] si eam *E* 1. vendicabit *V* 1. 2. conscripte] scripte *Mad.* ‖ *l.* 22. donator] dator *V* 1. ‖ *l.* 23. cognoscitur] agnoscitur *V* 1. 2. ‖ *l.* 24. plenitudinem *E* 2. ‖ *l.* 25. salvavit] serbabit *E* 2; servavit *V* 2. *l.* 27. conditor eius *E* 2. *V* 4. 5. *Mad.* ‖ *l.* 29. in *deest* *V* 1. 2. illut] *ita* *E* 2. *V* 7; illud *cett.*

1) *Res sub retentione usus fructus donatae secundum Legem Romanam Vis. C. Th. VIII,* 5, 2 *sine traditione in proprietatem accipientis transierunt, cum secundum Interpretationem legis illius 'reservatio ususfructus pro traditione haberetur'; cf. H. Brunner, 'Rechtsgesch. der röm. u. german. Urkunde' p.* 117 *sq. Aliter Chindasvindus tales donationes revocabiles esse voluit, ut erant secundum leges Romanas donationes mortis causa (cf. Puchta, 'Institutionen'* § 205*).*

***Recc.*]** largitur, ut eandem rem ipse, qui donat, usufructuario iure possideat, et ita post eius mortem ad illum, cui donaverit, res donata pertineat, quia similitudo est testamenti, habebit licentiam inmutandi volumtatem suam, quando voluerit, etiam si in nullo lesum fuisse se dixerit. Ille vero, qui falsa donatione circumventus aliquid in utilitatem donatoris expendit, aut ab ipso donatore recipiat aut ab eius heredibus, ne iniuste damna sustineat, qui lucrum se habere de inani promissione putabat.

***Erv.*]** potius firmissimum erit, quod post testationem non tradite scripture definisse cognoscitur. Quod si ipsum, cui res donate fuerant, fatalis casus ab hac vita subduxerit, antequam rem sibi donatam caperet, ad donatorem vel ad heredes donatoris res ipsa pertineat. Qui vero sub hac occasione largitur, ut eandem rem ipse, qui donat, usufructuario iure possideat, et ita post eius mortem ad illum, cui donaverit, res donata pertineat, quia similitudo est testamenti, habebit licentiam inmutandi voluntatem suam, quando voluerit, etiam si in nullo lesum fuisse se dixerit. Ille vero, qui falsa donatione circumventus aliquid in utilitatem donatoris expendit, aut ab ipso donatore recipiat aut ab eius heredibus, ne iniuste damna sustineat, qui lucrum se habere de inani promissione putabat. Certe si quisquis ille rem donatam, sive per traditionem condite scripture sive per consignationem vel traditionem rerum, in iure suo perceperit, et conplacuerit ei, ut donator rem ipsam per voluntatem eius, qui eam donatam percepit, possideat, iam si in postmodum fortasse contigerit, ut ipse, qui rem donatam perceperat, vivente donatore moriens ab hac vita discedat: quicquid de re sibi donata iudicare voluerit, licentiam habeat. Quod si intestatus discesserit, non ad donatorem, sed ad heredes eius, qui rem donatam percepit, res eadem sine dubio pertinebit. **V, 2, 6.**

***Recc. Erv.*]** VII. ANTIQUA. **V, 2, 7.**

De rebus inter maritum et uxorem invicem datis.

cf. Cod. Eur. 307. Maritus[1] si uxori sue aliquid donaverit, de hoc, quod ipsa sibi habere voluerit,

V, 2, 6. *l.* 4. quia] qui *R* 1. || *l.* 9. utilitate *R* 2. expendidit *R* 2. || *l.* 10. recipiat] percipiat *R* 2. || *l.* 12. abere *R* 2.

V, 2, 6. *l.* 4. fatali *E* 1. subduxerit *corr.* subtraxerit *E* 2. || *l.* 8. donat] donatus *E* 1; donat *al. m. corr.* ordinabit *E* 2. sic ita *V* 1. || *l.* 13. falsam donationem *E* 2. || *l.* 14. utilitate *E* 2. expenderit *E* 2. *V* 1. 4. 5. ipso pro donatore *E* 2. *l.* 16. dampnum *V* 2. || *l.* 18. traditione *E* 1. *l.* 20. in iure suo] iure suo *E* 2; in ius suum *V* 8. et conplacuerit — percepit *des.* *V* 7. *l.* 21. donator rem] donatorem *E* 1. || *l.* 24. ut ipsi *E* 1; ut si ipse *V* 2.

V, 2, 7. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (17. 18. 20). — *l.* 32. ANTIQUA *deest* *R* 2. 3. *E* 1. *V* 1. 4. 5. 20. || *l.* 34. uxori — ipsa *des.* *V* 3. ipsam *E* 2. sibi *deest* *R* 2. 3. *E*. *V* 2. 7. 17. 18.

1) *Donationes inter coniuges post primum matrimonii annum leges Visigothorum concedebant; v. III,* 1, 5 *(p.* 129*); cf. V,* 2, 4. 5.

V, 2, 7. *Recc. Erv.*] scriptura manus sue suscriptione vel signo confirmet, ita ut duo aut tres testes ingenui suscriptores vel signa facientes accedant: et sic volumtas ipsius habeat firmitatem. Similis et de uxoris volumtate, que in maritum conferre voluerit, donationis hec forma servetur, si tamen violenter a viris non fuerit exacta donatio[1]; servata legum in omnibus sanctione, que in decernendis facultatibus dinoscitur ordinata consistere.

Recc. Erv.] III. TITULUS: DE PATRONORUM DONATIONIBUS.

V, 3, 1. *Recc. Erv.*] I. ANTIQUA.

Si his, qui in patrocinio constitutus est, vel filii eius patronum aut filios patroni relinquant.

= *Cod. Eur.* 310. ⸢Si[2] quis⸣ ei, quem in patrocinio habuerit, ⸢arma dederit vel aliquid donaverit, aput ipsum que sunt donata permaneant. Si vero alium sibi patronum elegerit, habeat licentiam, cui se voluerit conmendare; quoniam ingenuo homini non potest proiberi, quia in sua potestate consistit; sed reddat omnia patrono, quem deseruit. Similis et circa filios patroni vel filios⸣ eius, qui in patrocinio fuit, ⸢forma servetur: ut, si tam ipse⸣, qui in patrocinio fuit, quam filii eius filiis patroni ⸢obsequi voluerint, donata possideant. Si vero patroni filios vel nepotes⸣ ipsis nolentibus ⸢crediderint relinquendos, reddant universa, que parentibus eorum a patrono donata sunt⸣. Quicumque autem in patrocinio constitutus sub patrono ⸢aliquid adquisierit, medietas ex omnibus in patroni vel filiorum eius potestate consistat; alia vero medietatem idem buccellarius, qui adquisibit, obtineat. Quod si buccellarius filiam tantummodo

V. 2, 7. *l.* 1. scripturam *R* 3. *E* 1. *V.* manus sue] manuę *R* 1; manu sue *E* 2. *V* 7. suscriptione] *ita R;* suscriptionem *E* 2; subscriptionem *V* 7; subscriptione *cett.* signum *R* 2. aut tres] vel tres *R* 3. *V* 2. 18. ‖ *l.* 2. suscriptores] *ita R. V* 7; sub iscriptores *E* 2; subscriptores *cett.* suscriptores — accedant] praesentes fiant *R* 3. facienda *V* 7. ‖ *l.* 3. que] qui *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 5. sanctionem *R* 2. *V* 7. discernendis *V* 1. 2. 18. ‖ *l.* 6. hordinata *R* 2. *V* 7. consistere] conserbet *E* 2.

TIT. III. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 7.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. *l.* 8. his] quis *E* 2. filiis *R* 1. eius] eius aput *R* 2. patrono *R* 1; patronam *E* 1. filios] filius *E* 1. ‖ *l.* 9. relinquat *E.* ‖ *l.* 10. in *deest R* 1. *l.* 12. patronitio *R* 2. ‖ *l.* 13. patronitio *R* 2.

V, 3, 1. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (17. 18). — *l.* 14. ANTIQUA *deest R* 2. 3. *E. V* 1. 3. 4. 5. ‖ *l.* 15. Si his — relinquant *des. R* 3. is *V plerique.* patronitio *R* 2. aut patronum *R* 2; aut patronam *E* 1; si aut patronum (*ubi* si aut *al. m. post add.*) *E* 2. ‖ *l.* 16. relinquat *R* 1. *l.* 18. helegerit *R* 1; eligerit *E* 2. ‖ *l.* 19. quoniam] que *E* 2. homini] omnino *R* 2. ‖ *l.* 20. proibere *R* 2. *V* 7. quia] qui *R* 1. 3. sed *deest E* 1. patrono] patro *R* 1. deseruit] servit *R* 2. *l.* 21. vel] et *V* 1. 4. 5. ‖ *l.* 22. filiis] *deest R* 2; filius *E* 1; filios *V* 7. obsequi] obsequium *R* 2; obsequii *E* 1. ‖ *l.* 23. donata] data *E* 2. possideant] possideat. Si vero patroni obsequi voluerint donata possideat *R* 1. filius *E* 1. ‖ *l.* 24. parentibus] a p. *E* 1; patribus *R* 2. ‖ *l.* 26. filiorum] filios *E* 2. eius] ipsius *R* 3. *E* 1. *V* 1. 2. 3. 7. 17. 18. aliam *R* 3. *E* 1. *V.* ‖ *l.* 27. bucellarius *hic et infra E* 2. *V.* adquisivit *E* 1. *V.*

1) *Cf. V.* 2, 1. 2) *De diversitate huius formae legis ab Euriciana cf. E. Gaupp, 'Germanist. Abhandlungen' p.* 38 *sq.: 'N. Arch.' XXIII. p.* 436.

Recc. Erv.] reliquerit⌝ et filium non reliquerit, ⌜ipsam in potestate patroni manere iubemus; sic tamen, ut ipse patronus equalem provideat, qui eam sibi possit in matrimonium sociare⌝; et quidquid patri vel matri eius fuerat datum, ad eam pertineat. ⌜Quod si ipsa sibi contra voluntatem patroni⌝ inferiorem ⌜forte elegerit, quidquid patri eius a patrono fuerit donatum vel a parentibus patroni, patrono vel heredibus eius restituatur⌝. **V, 3, 1.**

Recc. Erv.] II. ANTIQUA. **V, 3, 2.**

De armis, que dantur saionibus in patrocinio constitutis, et de adquisitionibus eorum.

= *Cod. Eur.* 311. [Arma, que saionibus pro obsequio donantur, nulla ratione a donatore repetantur; sed illa, que, dum saio est, adquisivit, in patroni potestate consistant.

Recc. Erv.] III. ANTIQUA. **V, 3, 3.**

De rebus in patrocinio conquisitis vel a patrono conlatis.

Sicut supra[1] dictum est, si quis cum aliquo patrocinii causa consistat, et aliquid, dum cum eo habitat, adquisierit, si ei infidelis inveniatur vel eum derelinquere voluerit, medietas adquisite rei patrono tradatur; aliam vero medietatem qui adquisivit obtineat, et quidquid ei ipse donavit, recipiat.

Recc. Erv.] IIII. ANTIQUA. **V, 3, 4.**

De rebus in patrocinio acceptis et conquisitis.

Ita ut supra[2] premissum est, quicumque patronum suum reliquerit et ad alium se forte contulerit, ille, cui se commendaverit, det ei terram; nam patronus, quem reliquerit, et terram et que ei dedit obtineat.

Recc. Erv.] IIII. TITULUS: DE CONMUTATIONIBUS ET VENDITIONIBUS.

I. Ut ita valeat commutatio, sicut et emtio.
II. Ut, si non fuerit idoneus venditor, fideiussor detur.

V, 3, 1. *l.* 1. dereliquerit *E* 1; relinquerit *E* 2. et filium] et filios *R* 2; et filium non rel. *des. E* 2. *V* 2. 17. manere iubemus] iubemus esse *R* 2. ‖ *l.* 2. sic — ipse] si tamen ipse *V* 1. 4. *l.* 3. matrimonium] *ita R* 1. *Eur.;* matrimonio *cett.* sociari *R* 1; copulari *R* 3. datum] donatum *Mad. l.* 4. inferiorem se *E* 2. *V* 2. forte] fortem *R* 1; *deest E* 2; forte maritum elegerit *V* 1—5. ‖ *l.* 5. eius] vel matri *add. V* 4. 8. fuerit] *ita R* 1. 2. *V* 7; fuerat *cett.* ‖ *l.* 6. restituat *R* 3. *E* 2. *V* 17. 18.

V, 3, 2. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (17. 19). — *l.* 7. ANTIQUA *deest R* 2. 3. *V* 1. 4. ‖ *l.* 10. a saionibus *E* 1. obsequium *R* 2. ad donatore *E* 1. *V* 7. ‖ *l.* 11. est *deest R* 2. consistat *R* 2. *E* 2.

V, 3, 3. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14. 15. 17. 18). — *l.* 12. ANTIQUA *deest R* 2. 3. *V* 1. 3. 4. ‖ *l.* 14. Sicut supra dictum est *al. m. post add. E* 2. supra] superius *V* 1. 2. 5. 17. aliquo] alio *E* 2. *V* 2. patronii *R* 2. *V* 18; patrocinio *E* 2. ‖ *l.* 15. ei] et *R* 1. vel si *E* 2. *V* 2. relinquere *V* 2. 7. 18. ‖ *l.* 16. alia *R* 2. adquisivit] *ita R. E. V* 1—8. 14. 15. 17. 18; laboravit *Mad.* ‖ *l.* 17. ipse] *ita R* 1. 3. *E. V* 1—8. 14. 15; *deest R* 2; patronus *Mad.* donaverit *R* 1.

V, 3, 4. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2 *(repetitum in margine E* 2*). *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14). — *l.* 18. ANTIQUA *deest R* 3. *E* 1. *V* 1. 2. 3. 4. ‖ *l.* 20. Ita ut s. pr. est *des. E* 2. ad alium tendens *E* 1. 2. *V* 1. 4. ‖ *l.* 21. se forte] se fortas e *E* 2. *V* 4. 8. 14; fortasse se *V* 2. contullerit *E* 2*. *V* 7. det] donet *E* 1. 2. *V* 3. 5. ‖ *l.* 22. reliquerit] *ita R* 2. *E* 2. *V* 1. 2; relinquerit *R* 1; reliquit *E* 1; relinquit *cett.* et terram *des. E* 2*. que] quod *E* 2. *V* 3. 4. 5. dederit *R* 2. obtineat] pro una distinctione servata *add. V* 5.

TIT. IV. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 7. — *l.* 23. VINDICTIONIBUS *E* 2. *Index capitulorum. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 25. vinditor *R* 2.

1) *V,* 3, 1. 2) *Ibidem.*

V, 4, 1. ***Recc. Erv.*]** I. ANTIQUA.

Ut ita valeat commutatio, sicut et emtio.

= *Cod. Eur.* 293. ⌜Commutatio⌝, si non fuerit per vim et metum extorta, ⌜talem qualem et emtio habeat firmitatem⌝.

V, 4, 2. ***Recc. Erv.*]** II. ANTIQUA.

Ut, si non fuerit idoneus venditor, fideiussor detur.

= *Cod. Eur.* 295. ⌜Si venditor non sit idoneus⌝, ingenuum ⌜fideiussorem dare debebit emtori⌝, et emtio habeat firmitatem.

V, 4, 3. ***Recc. Erv.*]** III. ANTIQUA.

Ne valeat violenter facta venditio.

= *Cod. Eur.* 286. ⌜Venditio per scripturam facta plenam habeat firmitatem⌝. Ceterum, ⌜si etiam

l. 1. venditio] donatio *E* 2. ‖ *l.* 4. vindite *E* 2. ‖ *l.* 5. vendidisse *E* 1. ‖ *l.* 6. vindere *E* 2. *l.* 7. contemtione *R* 2. *E* 2. bindere *E* 2. ‖ *l.* 8. venundari *E*. ‖ *l.* 10. dominio] dñо (= domino) *E* 2. ‖ *l.* 12. vinditis *R* 1. ‖ *l.* 14. querat] requirat *R* 1. ‖ *l.* 17. crimen *E* 1. quoc.] cocumque *R* 1. ‖ *l.* 18. curialibus *R* 1. *E* 1. ‖ *l.* 19. debuerunt *R* 2; debuerint *E* 1. ‖ *l.* 20. obtinere *R* 1. *l.* 21. ac] hac *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 22. Quo] Quod *R* 2. *E*. preses *R* 1. pretium *R* 1.

V, 4, 1. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (14. 20). — *l.* 23. ANTIQUA *deest* *R* 2. 3. *E* 2. *V* 1. 3. 4. 14. 20.

V, 4, 2. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (14. 19. 20). — *l.* 27. ANTIQUA *deest* *R* 2. 3. *V* 1. 3. 4. 14. 20. ‖ *l.* 29. sit] *ita* *R*. *V* 3. 7. 19; fuerit *cett.* ingenuum] idoneum *R* 2; *deest* *V* 7. ‖ *l.* 30. ita habeat *V* 1. 3. 4. 5.

V, 4, 3. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14. 15. 17. 18. 19. 20). — *l.* 31. ANTIQUA *deest* *R* 2. 3. *V* 1. 3. 4. 14. 20. ‖ *l.* 32. venditio] donatio *E* 2. ‖ *l.* 33. Vindictio *E* 2. scripturam] scriptura *R* 1.

Recc. Erv.] scriptura facta non fuerit, et datum pretium⌉ presentibus ⌈testibus conprobetur, et⌉ plenum ⌈habeat emtio⌉ roborem. ⌈Venditio⌉ vero, ⌈si fuerit violenter⌉ et per ⌈metum extorta, nulla valeat ratione⌉. **V, 4, 3.**

Recc. Erv.] IIII. ANTIQUA EMENDATA. **V, 4, 4.**

Si arris datis pretium non fuerit inpletum.

= *Cod. Eur.* 297. ⌈Qui [1] arras pro quacumque re acceperit⌉, id ⌈cogatur inplere, quod placuit. Emtor vero, si⌉ per egritudinem aut gravem necessitatem, que vitari non potuerunt, ⌈ad constitutum non occurrerit diem⌉, quem voluerit pro se dirigat, qui pretium tempore definito perconpleat. Quod si constituto die nec ipse successerit nec pro se dirigere voluerit, ⌈arras tantummodo recipiat, quas dedit, et res definita non valeat⌉.

Recc. Erv.] V. ANTIQUA. **V, 4, 5.**

Si pars pretii data non fuerit.

= *Cod. Eur.* 296. ⌈Si pars pretii data est et pars promissa*, non propter hoc vindicio facta rumpatur; sed si emtor ad placitum tempus non exibuerit pretii reliquam portionem, pro pretii partem, quam debet, solvat usuras; nisi hoc forte convenerit, ut res⌉ emta venditori debeat reformari.

*) *V* 1. 2. 3. 4. 5. *Pith. Mad. addunt:* non adimpletur.

Recc. Erv.] VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **V, 4, 6.**

Si fraus in pretio rei vendite fiat.

Si in contractu vinditionis minus pretium datum fuerit, et per fraudem aut etiam contra volumtatem vendentis amplius datum pretium nuntietur, quantum de iusto pretio fraudatum est, tantum duplum emtor restituat venditori.

Recc. Erv.] VII. ANTIQUA. **V, 4, 7.**

Si dicat quis, rem suam vili pretio vindidisse.

= *Cod. Eur.* 294. [Vinditionis hec forma servetur, ut seu res aliquas vel terras seu mancipia vel

V, 4, 3. *l.* 1. et ad datum *E* 1. conprobetur] *ita R. E. V* 1—8. 14. 15. 17—20; conroboretur *Mad.* || *l.* 2. et plenum] et *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 2. 3. robur *V* 2—5. 18. Vinditio *R* 1; Vindictio *E* 2. et per] vel per *V* 4. 8.

V, 4, 4. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14. 17). — *l.* 4. ANTIQUA EMENDATA] *ita R* 1; ANTIQUA *E* 1. *V* 1. 5. 7; *des. R* 2. 3. *E* 2. *V* 1. 3. 4. 14. || *l.* 6. arras pro quac.] arris datis quocumque *V* 7. placuit] placuit emtori *V* 7; promisit *V* 4. || *l.* 7. potuerint *E* 2; poterit *V* 1. 5; poterat *V* 2. || *l.* 8. quem] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1; que *R* 2; quemcumque *cett.* pretio *E* 2. *l.* 9. si ad constitutum diem *V* 1. 4. 5. 8. 17. *Pith.*

V, 4, 5. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (14). — *l.* 11. ANTIQUA *deest R* 2. 3. *V* 1. 3. 4. 14. || *l.* 13. vindicio] *ita R;* vindictio *E* 2; venditio *cett.* *l.* 14. set *E* 2; et *E* 1. reliquam — pretii *des. R* 2. || *l.* 15. partem] *ita R* 1. 3. *E* 2. *V* 7; parte *cett.* || *l.* 17. adimplebitur *V* 2.

V, 4, 6. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 15. 17. 18. 20). — *l.* 18. FL. — REX *des. R* 3. *E* 1. *V* 2. 3. 4. 8. 20. GLOR. *deest V* 1. 5. RECC.] RECCESSVINTHUS *R* 2; RECCEDS *R* 1; RECDS *E* 2; RCDS *V* 5; RCNDS *V* 7; RECAREUS *V* 1. || *l.* 20. vinditionis] *ita R;* venditoris *E* 2; venditionis *cett.* datum — pretium *des. R* 2. || *l.* 21. vendentis] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1—7. 15. 17. 18; venditis *E* 2. *Mad.* quanto *R* 2. || *l.* 22. venditori] emtori *R* 1.

V, 4, 7. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14). — *l.* 23. ANTIQUA *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 4. 8. 14. || *l.* 24. vendidisse *E. V.* || *l.* 25. Vinditionis] *ita R;* Vindictionis *E* 2; Venditionis *cett.* aliquas] *ita R* 2. *E. V* 7; alias *R* 1; aliqua *cett.* vel terras seu] *ita R* 1. *E* 1; vel terras sive *V* 7; sive terras vel *E* 2; vel terre sive *V* 1. 2; sive terre vel *cett.*

1) *Cf. Cod. Eur. c.* 297 *et L. Baiuv.* 16, 10, *supra p.* 14, *praeterea III,* 1, 3 *et p.* 124, *n.* 1.

V, 4, 7. ***Recc. Erv.***] quodlibet animalium genus venditur, nemo propterea firmitatem vinditionis inrumpat, eo quod dicat, rem suam vili pretio vindidisse*.

*) *V* 2 *add.:* Sue enim imputet culpe, qui rem suam vili pretio vendiderit.

V, 4, 8. ***Recc. Erv.***] VIII. ANTIQUA.

De his, qui aliena vendere vel donare presumserint.

= *Cod. Eur.* 289. ⌜Quotiens de vendita⌝ vel donata ⌜re contentio commovetur⌝, id est, ⌜si alienam⌝ fortasse rem vendere vel donare quemcumque ⌜constiterit, nullum⌝ emtori ⌜preiudicium⌝ fieri poterit. Sed ille, qui alienam rem ⌜vendere⌝ vel donare ⌜presumsit, duplam⌝ rei domino ⌜cogatur exolvere; emtori⌝ tamen ⌜quod accepit pretium redditurus⌝
Recc. des. | ***Erv.***] et penam, quam scriptura continet, impleturus.
Recc. Erv.] ⌜Et quidquid in profectum conparate rei emtor⌝ vel qui donatum accepit ⌜studio sue utilitatis adiecerat, a locorum iudicibus extimetur, adque ei, qui laborasse cognoscitur, a venditore⌝ vel a donatore ⌜iuris alieni satisfactio iusta reddatur⌝. Similis scilicet et de mancipiis vel omnibus rebus adque brutis animalibus ordo servetur.

V, 4, 9. ***Recc. Erv.***] VIIII. ANTIQUA.

Quod rem in contentione positam non liceat vindere vel donare.

= *Cod. Eur.* 298. ⌜Rem in contentione positam⌝, id est, quam alter aut repetere cepit aut recipere rationabiliter poterat, ⌜non liceat nec donare nec vindere⌝ nec aliquo loco transferre.

V, 4, 10. ***Recc.***] X. ANTIQUA.	***Erv.***] X.
Si se permiserit ingenuus vendere.	Si se permittat ingenuus venundari.
= *Cod. Eur.* 300. Quicumque ingenuus[1] se vindi permiserit et pretium cum venditore partitus est, ut circumveniret emtorem, pro-	Quicumque ingenuus se vendi permiserit et pretium cum venditore partitus est, ut circumveniret emptorem, proclamans postea nullatenus

V. 4. 7. *l.* 1. quodlibet] quolibet *E* 1. *V* 1. 2; qualibet *E* 2. vinditionis] *ita R;* vindictionis *E* 2; venditionis *cett.* | *l.* 2. vendidisse *E. V.*

V. 4. 8. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. — *l.* 4. ANTIQUA] *deest R* 2. *V* 1. 3. 4. 14. 20; ANTIQUA et NV *V* 2. ‖ *l.* 5. vindere *E* 2 *et ita infra.* ‖ *l.* 6. contemtio (contemptio) *E. V* 2. *alii et similiter infra.* ‖ *l.* 7. fortasse *deest R* 2. quaecumque *E* 1; quocumque *E* 2. preiudicio *R* 2. *E* 2. *l.* 8. Set *R* 2. *E* 2. alienam] fortasse *add. E. V* 1—5. vel] aut *V* 1. 7. 17. presumpserit *V* 1. duplum *R* 2; dupla *E* 1. ‖ *l.* 9. emtor *R* 2. *E* 2. acceperit *R* 1. ‖ *l.* 10. et penam — inpleturus *des. R.* poena *E* 1. scripturam *E* 2. ‖ *l.* 11. profectu *R* 2. *V.* conparate *deest R* 2. ‖ *l.* 12. hutilitatis *R* 1. adiecerit *V* 1. 7. estimetur *V* 1. 3. 4. 5. adque] *ita R* 1. *E* 2. *V* 7; atque *cett.; et ita infra.* ‖ *l.* 13. a don.] a *deest V* 1. 2. ‖ *l.* 14. vel de omnibus *E* 2. *V* 1—5.

V, 4, 9. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4, 5. 7. (8. 14. 20). — *l.* 15. ANTIQUA] *deest R* 2. *E* 2. *V* 1. 3. 4. 8. 14; NOVITER EMENDATA *V* 20. ‖ *l.* 16. posita *R* 2. vendere *R* 2. *E* 1. *V.* *l.* 17. posita *R* 2. *E* 2. repetere] petere *E. V* 1. 2. ‖ *l.* 18. potuerat *R* 1. nec don.] nec *deest R* 2. *V* 3. *aliis.* vendere *E* 1. *V.* in aliquo *V* 3. 4. 5.

V. 4. 10. *Codd. R* 1. 2. *V* 7. — *l.* 19. ANTIQUA *deest R* 2. *V* 7. ‖ *l.* 20. premiserit *R* 2. *l.* 21. vendi *R* 2. ‖ *l.* 23. ut c. emtorem] emtori *V* 7.

V, 4, 10. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. (8. 17. 20). — *l.* 19. X] ANTIQUA NOVITER EMENDATA *add. E* 2; ANT et NVT *add. V* 2. *l.* 20. permiserit *V* 1. venundari] benundare *E* 2. ‖ *l.* 23. circumveniat *E* 2. *V* 2. emptore proclamas *E* 1.

1) *De verbis legis Euricianae:* post annum vicisimum *hoc loco omissis cf. 'N. Arch.' XXIII, p.* 435 *sq.*

V, 4, 10.

Recc.] clamans postea nullatenus audiatur; sed in ea, qua voluit, servitute permaneat; quoniam non est dignus, ut liber sit, qui se volens subdidit servituti.

Erv.] audiatur; sed in ea, qua voluit, servitute permaneat; quoniam non est dignus, ut liber sit, qui se volens subdidit servituti. Et tamen si ipse, qui se vendiderit vel venundari permiserit, pretium, unde se redimat, habere potuerit, aut si parentes eius redemptionem pro eo ei, cui se vendidit, dare elegerint, reddito ad integrum pretio, quod pro venditi persona emptor accepit, ad ingenuitatis titulum ille, qui se vendiderit, poterit revocari.

Recc. Erv.] XI. ANTIQUA. V, 4, 11.

De viris ac mulieribus ingenuis a servo vel ingenuo venditis.

cf. Cod. Eur. 290. Si ingenuus ingenuum vendere vel donare presumserit, huiusmodi presumtorem iudex conprehendere non moretur; ita ut ingenuus ille, in statum suum redactus, centum auri solidos a presumtore percipiat; aut si non habuerit, unde conponat, C flagellis publice verberatus, in potestate eius serviturus tradatur, quem vendere aut donare presumserat. Servus autem in ingenuam personam talia facere fortasse presumens, conprehensus a iudice, ducentorum flagellorum hictibus publice verberetur et decalvatus turpiter eius perenniter servitio addicatur. Adque etiam de mulieribus ingenuis venditis vel donatis huius ordinis forma servetur.

Recc. Erv.] XII. ANTIQUA. V, 4, 12.

Non licere parentibus filios suos quocumque contractu alterius dominio subiugare.

= Cod. Eur. 299. [Parentibus filios suos vendere non liceat aut donare vel obpignorare. Nec ex illis aliquid iuri suo defendat ille, qui acceperit; sed magis pretium vel sepositionis commodum, quod dederat, perdat qui a parentibus filium conparavit.

V, 4, 10. *l.* 2. qua] quod *R* 2; qua voluit servitutem quam voluit *V* 7. || *l.* 3. qui] quia *V* 7.

V, 4, 10. *l.* 1. qua voluit servitute] *ita E* 1; servitute quam voluit *E* 2. *V* 2; quam voluit servitute *cett.* || *l.* 2. dignum *V* 1. || *l.* 6. redemptione *E* 1. || *l.* 7. ei *deest V* 2. 17. cui] *corr.* qui *E* 2; qui *V* 17. eligerint *E* 2. || *l.* 8. reddito adque integro pretio *E* 2; reddito integro pretio *V* 8. vendita persona *V* 1. || *l.* 9. emptor] venditor *V* 8. et ad *Mad.*; et ille ad ing. tit. qui *V* 20. || *l.* 10. vendiderat *V* 1. 2. 17; vendidit *V* 20.

V, 4, 11. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 7. (8. 14. 17. 18. 19. 20). — *l.* 12. ANTIQUA *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 3. 4. 14. 20. || *l.* 13. a] *deest R* 1; ad *R* 2. servis vel ingenuis *R* 2. *V* 7. *l.* 15. suum *deest R* 1. redactus] reductus *R* 2. *E* 1; reducatur et *V* 2. || *l.* 16. auri *deest R* 2. *V* 1. 4. 8. 18. 20. percipiat] accipiat *R* 2. *V* 18. aut si] quod si *R* 1. || *l.* 17. aut] vel *E* 2. || *l.* 18. autem] vero *V* 1. 17. in ing. pers.] ingenue persone *V* 1; si inienue persone *V* 2. presumens] presumserit *E* 2. *V* 2. 18. || *l.* 19. ictibus *E* 1. *V*. || *l.* 20. abdicatur *R* 1; adducatur *E* 1.

V, 4, 12. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 7. (8. 15. 16. 17. 20). — *l.* 22. ANTIQUA *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 4. 8. 20; ANT. NOVITER EMENDATA *V* 15. || *l.* 23. licere] liceat *R* 1; licet *V* 7. || *l.* 25. aut] vel *E* 1. *V* 1. 3. vel] aut *V* 1. 3. pignerare *R* 2; pinnorare *V* 3; obpignerare *E* 1. *V* 7. || *l.* 26. iuri suo] iuris *R* 2. magis] maius *R* 2. depositionis *E* 2. *V* 17 (*in margine*).

V, 4, 13. ***Recc. Erv.*]**

XIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De servorum venditis rebus.

Res iuris alieni sine domini volumtate ab eo, qui non habet distrahendi personam[1], alienari non patimur. Ideoque, cum promulgata sanctio iuris antiqui[2] non sine dominorum dispendio servorum venditiones in irritum preceperit devocari, providentiori decreto consulimus, si leges patrias ad equitatis regulam redigamus; sitque melius earum statuta corrigere, quam cum eis pariter oberrare. Quapropter, si quis servum vel ancillam alienam sciens, ab eis deinceps domum, agrum vel vineam seu mancipium sub quacumque definitionem perceperit, donatio siquidem vel sepositio de talibus personis contracta non valeat, ita ut nec datum commodum pro sepositione reddatur; venditio vero cum dispendio conparantis inrupta sic ad servi vel ancille dominum in integrum revocetur, ut emtor pretium ex omnibus perdat. Iuste enim quod per ambitionem dederat videtur amittere, qui suo dominio rem census alieni nititur adplicare. Predicte vero serviles persone si animalia quelibet bruta vendiderint seu res quascumque vel ornamenta distraxerint, que tamen, aut sui sint peculii, aut a dominis suis vel aliis negotiandi hoccasione distrahenda perceperint, ita perenniter firma subsistant, ut, si dominus eiusdem servi vel ancille, qui vendidit, rescindere venditionem ipsam voluerit, seu rem, que vendita est, non servi peculium, sed sui esse proprii dominii adseruerit, non aliter vinditio rescindatur, nisi ille, qui rescindendam venditionem proponit, aut per testes legitimos aut per sacramentum suum non servi peculium, sed suum proprium doceat esse, quod querit, et sine volumtate sua venditum fuisse, quod adquirere cupit. Et hoc quidem de vilibus et parvis rebus; nam de maioribus et necessariis in domini potestate erit infringere an stabilire negotium.

V, 4, 14. ***Recc. Erv.*]**

XIIII. ANTIQUA.

Si servus venditus in priorem dominum crimen obiciat.

= Cod. Eur. 288.

Si quis servum suum vendiderit, et ipse servus priori domino aliquod crimen obiecerit, ille, qui vendidit, recipiat quem vendiderat, pretium redditurus emtori, ut ipse in servo suo crimen, quod sibi[1] obiectum est, inquirere vel vindicare studeat.

V, 4, 13. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 7. (8. 14. 15. 16. 18. 19. 20). — *l.* 1. FL. — REX] *des.* *E* 1. *V* 3: ANTIQUA *V* 7: ANTIQUA *praemittit* *E* 2. *V* 19, *add.* *V* 15. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2: CNDS *R* 1; CIHIDS *E* 2: CHDS *V* 1. 4. 5; GLS CHNDSDS *V* 2; GLS RCDS *V* 4; RCDS *V* 15. || *l.* 2. vinditis *R* 1. || *l.* 3. persona *R* 2. || *l.* 4. alienari non patimur] *ita* *R.* *E.* *V* 1. 2. 7. 16; a. n. patitur *V* 3; non permittimus alienari *Mad.* || *l.* 5. vinditiones *R* 2; definitiones *E* 1. revocari *E* 1. providentiori] prudentiori *R* 1; providentiori nunc consulimus decreto *V* 2. *l.* 6. redigamus] redicamus *E* 1; reducamus *V* 2. 7. sitque melius] *ita* *R* 1. *V* 7. 14. 18; ita quia melius *V* 2; sicque melius *cett.* || *l.* 7. earum] eorum *(sc. patrum?)* *R* 1. *E.* *V* 7. 18. instituta *V* 2. *l.* 8. vel anc.] aut anc. *V* 1. vel vin.] vel *deest* *V* 1. || *l.* 9. definitionem] *ita* *R* 1. *V* 7; diffinitione *V* 2; definitione *cett.* perceperit] perceperat *E* 1; preceperat *R* 2. || *l.* 10. ut *deest* *R* 1. sepositionem *R* 2. || *l.* 12. domino *E.* enim] etenim *R* 1. || *l.* 13. videatur *R* 2. *E* 1. *V* 7. dño *R* 2. || *l.* 15. sint] sunt *R* 2. || *l.* 16. a *deest* *R* 2. *E* 1. *V* 3. hoccasionem *R* 2; occasione *E.* *V.* ita ut *R* 2. || *l.* 17. scindere *R* 2. || *l.* 18. vinditionem *R* 2. *E* 2. peculio *R* 2. || *l.* 19. domini *R* 2. *E.* *V* 1. 7. venditio *R* 2. *E* 1. *V.* || *l.* 23. infrangere *R* 2. *E* 2. an] *ita* *R* 2. *E.* *V* 1. 2. 3. 7; aut *cett.* istabilire *E* 2. *V* 7.

V, 4, 14. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 7. (14. 20). — *l.* 25. ANTIQUA *deest* *R* 2. *E* 2. *V* 1. 3. 4. 14. 20. || *l.* 27. aliquod] aliquo *R* 1. *V* 7. || *l.* 28. vendidit *E* 2. ut] et *R* 1. *l.* 29. istudeat *R* 1.

1) *Persona i. q. facultas, licentia: cf. Ducange s. v.* 2) *Legem istam, cui haec substituta est, praebet Codicis Euriciani c.* 287; *cf. supra p.* 11, *n.* 2.

Recc. Erv.] ⌜Id autem et de ancillis precipimus custodiri.⌝ Idem [1] tamen servus vel ancilla, seu venditi sive donati vel commutati, in priorum dominorum capite non torqueantur, neque credantur eis, si prioribus dominis crimen obiecerint. V, 4, 14.

Recc. Erv.] XV. ANTIQUA. V, 4, 15.

Ut servi venditi facultatem dominus querat.

= Cod. Eur. 291. ⌜Si quis servum suum vendiderit, eius nesciens facultatem, habebit inquirendi liberam potestatem⌝, ut ⌜sibi vindicet ille, qui vendidit, cum potuerit invenire⌝ rem servi venditi.

Recc. Erv.] XVI. ANTIQUA. V, 4, 16.

Si servus sit de suo peculio emtus.

= Cod. Eur. 292. Si servus de suo peculio fuerit emtus, et hoc dominus eius forte nescierit, de domini sui potestate non exeat; quia non pretium, sed res servi sui dominus, dum ignorat, accepit.

Recc. Erv.] XVII. ANTIQUA. V, 4, 17.

Ut nullus servum suum vendat invitus.

Sepissime [2] leges oriuntur ex causis, et cum aliquid insolite fraudis existit, necesse est contra notande calliditatis astutiam preceptum nove constitutionis opponi. Conperimus multorum servos vel ancillas ad ecclesiam quorumdam sollicitatione confugere et illic de iniusto dominorum imperio sepissime querellari, ut ita intercedentibus clericis religionis obtentu domino necessitatem vinditionis extorqueant. Hic etiam plerumque domino error inponitur, ut aut clericus aut quicumque alius se velut emtor interponat, pretium traditurus alienum, et sub huius argumentatione conludii interdum domino nesciente servus vendatur inimico, adque eveniat, ut in vicina forsitam loca constitutus, eum ille possideat, qui publice nullatenus ad contractum vinditionis accessit. Proinde hac profutura omnibus lege sancimus, ut nullus servum suum vendat invitus; sed clericus aut ecclesie custus, sicut in aliis legibus [3] continetur, excusatum a culpa domino servum amota dilatione restituat*. Satis enim videtur indignum, ut

*) *V* 3 *add.:* ipse quoque pro scelere servi redditurus petenti responsum.

V, 4, 14. *l.* 2. commodati *R* 2. || *l.* 3. credantur] *ita R. E;* credatur *V.* si in prioribus *E. V* 1.
V, 4, 15. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4). 5. 7. (17. 18). — *l.* 4. ANTIQUA *deest R* 2. *V* 1. 3. || *l.* 7. vendicet *V* 1. 2. 17. 18. vendidit cum potuerit] *ita R* 1. *E. V* 1. 2. 3. 5. 7. 17. 18; vendidit si pot. *R* 2; vendidit s e r v u m si potuerit *Mad.*
V, 4, 16. *Codd. R* 1. 2 (*non nisi rubricam praebens*). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5). 7. (8). — *l.* 9. ANTIQUA *deest R* 2. *V* 1. 3. 4. 8. || *l.* 11. Si servus — accepit *des. R* 2.
V, 4, 17. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14. 15. 17. 20). — *l.* 14. ANTIQUA] *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 3. 4. 5. 14. 17; ANT. NOVITER EMENDATA *V* 15. || *l.* 15. *Rubrica deest R* 2. || *l.* 16. extitit *R* 2. || *l.* 18. vel] sive *E* 1. || *l.* 20. venditionis *E* 1. *V.* Hic] *ita R. E* 1. *V* 3. 7; Hinc *E* 2. *V* 1. 2. 4. 5. 8. 17. 20; Sic *Mad.* || *l.* 21. plerumque] plerique *R* 1, *ubi verba* ut ita — necessitatem *ex praecedenti sententia repetita sequuntur.* || *l.* 22. traditurus] redditurus *al. man. corr.* traditurus *E* 2; redditurus *V* 3. 7. *Mad.;* daturus *V* 15. argumentationem *R* 1. || *l.* 23. deveniat *R* 1. loca] longa *E* 1. *V* 17. || *l.* 24. venditionis *E. V.* || *l.* 25. sanccimus *R* 2; sancsimus *E* 2; sanctimus *V* 1. *l.* 26. custus] *ita R* 1. *E. V* 7; custos *cett.*

1) *Haec Leovigildus addidisse videtur secundum L. Rom. Vis. Paul. V,* 18, 8*:* Servus in caput domini, a quo distractus est cuique aliquando servivit, in memoriam prioris dominii interrogari non potest. 2) *Haec lex novella a Leovigildo fortasse lata est.* 3) *IX,* 3, 3*; cf. IX,* 3, 4*; VI,* 5, 16.

V, 4, 17. ***Recc. Erv.***] in eo loco servi contumaciam rebellionis adsumant, ubi castigationis disciplina et obtemperandi predicantur exempla. Si quis itaque dominum suum in hunc inducit errorem, pretium qui per suppositam personam conparavit amittat; quod ille aut ipso commercii tempore, qui inducebatur, usurpet sue proprietati habiturus, aut si hoc, posteaquam fuerat inductus, agnoverit, iudicis exsecutione percipiat et servum nihilhominus sue vindicet potestati. Hic autem, qui se ministrum fraudulente vinditionis ingessit, alium paris meriti servum domino, cui instruxit insidias, reformare cogatur, et tam notande fraudis inprobitas precepti huius coerceatur obiectu.

V, 4, 18. ***Recc. Erv.***] XVIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si servus pro crimine quocumque contractu ad dominium transierit alterius.

Non pretermittendum est legali sanctione decernere, unde plerumque inpugnationis occasio videtur existere. Idcirco, si criminis reatu servus obnoxius ad alterum fortasse dominum donationis, vinditionis aut commutationis titulo transierit serviturus, hisdem prior dominus aut servum pro culpa tradere aut pro eo conponere conpellendus est. Nam qui talem servum conparasse dinoscitur, si respondere vel satisfacere pro crimine eius noluerit, hunc priori domino pretio recepto restituet. Ipse quoque pro scelere servi redditurus est petenti responsum, sub cuius dominio servum constiterit perpetrasse reatum.

V, 4, 19. ***Recc. Erv.***] XVIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De non alienandis privatorum et curialium rebus.

Si[1] cura rei familiaris omitti non debet, quanto magis utilitatis publice, quam semper exerceri vel augeri necesse est. Curiales igitur vel privati[2], qui caballos ponere[3] vel in arca publica functionem exolvere consueti sunt, numquam quidem

V, 4, 17. *l.* 3. per subposita persona *E.* quod si *V* 2. ‖ *l.* 4. in ipso *R* 1. qui] quo *V* 4. 5. 7. usurpet et *R* 1. ‖ *l.* 5. fuerit *E* 1. *V* 2. exsequutione *R* 1. et sic *V* 3. 4. *Mad.* ‖ *l.* 6. Hic] Is *V* 1. 17; His *V* 2. fraudulente] *ita R* 1. *V* 2; fraudolenter *R* 2; fraudulenter *cett.* venditionis *E* 1. *V.* *l.* 8. quoerceatur *R* 1.

V, 4, 18. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (15. 19). — *l.* 9. FL. — REX] *des. E* 1; ANTIQUA *add. V* 15; ANTIQUA *V* 3. 19. CHIND.] CNDS *R* 1. *V* 2. 7; CHINDASUINTHUS *R* 2; CIDS *E* 2; CHDS *V* 1. 5; RCHDS *V* 4. ‖ *l.* 10. aut quocumque *R* 2; qualicumque *V* 1. ‖ *l.* 13. videatur *E* 2. *V* 1. 7. reatum *R* 1. *E* 2. servus *deest V* 1. ‖ *l.* 14. venditionis *R* 2. *E* 1. hisdem] *ita R* 1. *V* 7; isdem *E* 2. *V* 1; idem *cett.* ‖ *l.* 16. pro eo vel crimine eius *V* 2. ‖ *l.* 17. restituet] *ita R* 1. *E* 1; restituat et *E* 2. *V* 1; restituat *cett.* ‖ *l.* 18. est *deest R* 2. *V* 7.

V, 4, 19. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 7. (8. 14. 15. 17. 19. 20). — *l.* 20. FL. — REX *des. E* 1. *V* 3. 14. 15. 19. 20. CHINDASVINDUS] *ita R* 2; CNDS *R* 1; CHDS *E* 2. *V* 1. 4. 5. 7; GLS CHNDSDS *V* 2. ‖ *l.* 21. curialibus *E* 1. ‖ *l.* 22. hutilitatis *R* 1. ‖ *l.* 23. pribati *R* 1. *E* 2; probati *V* 3. cavallos *V* 1. ‖ *l.* 24. archa *V* 1.

1) *Cf. ad hanc legem Dahn, 'Könige' VI², p. 308 sqq.* 2) *De curialibus cf. Dahn l. c. p.* 306 *sqq.; Helfferich, 'Westgothen-Recht' p.* 122 *sqq. — De privatis cf. Dahn l. c. p.* 314*; Hegel, 'Städteverf. in Italien' II, p.* 327 *sq; Isidori Etym. IX,* 4, 30*:* privati sunt extranei ab officiis publicis: est enim nomen magistratum habenti contrarium; et dicti privati, quod sint ab officiis curiae absoluti. *'Privati' legis nostrae, 'qui caballos ponere vel in arca publica functionem exolvere consueti sunt', tales fuisse videntur, qui fundos Romanorum publicis functionibus obnoxios possidebant. Aliter Helfferich p.* 124. 160 *sq.* 3) *Sc. ad cursum publicum. De cursu publico Romano a Gothis servato cf. Dahn l. c. p.* 285 *sq.*

Recc. Erv.] facultatem suam vendere vel donare vel commutatione aliqua debent alienare. Tamen si contigerit, aut volumtate aut necessitate, eos alicui, sive vinditione aut donatione seu commutatione, omnem suam facultatem dare, ille, qui acceperit, censum illius, a quo accepit, exolvere procurabit, et hanc ipsam summam census eiusdem scripture sue ordo per omnia continebit. Sed et qui medietatem facultatis talium personarum vel partem aliquam in mancipiis, terris, vineis domibusque perceperit, iuxta quantitatem accepte rei functionem publicam inpleturus est. Qui autem de talibus personis accipiens aut per scripturam illius, a quo accepit, non ostenderit, quid exinde functionis exolvat, aut vel uno forsitan anno reddere censionem ipsam distulerit, mox regis auditibus sive comitis aut iudicis huius rei actio innotuerit, possessor amisso pretio, vel si quid econtra dederat, id etiam, quod accepit, ex omnibus perdat; ita ut principis potestas, seu illi, qui dederat, reddere voluerit, sive alii fortasse, conferre licentiam habeat. Ipsis interim curialibus vel privatis inter se vendendi, donandi vel commutandi ita licitum erit, ut ille, qui acceperit, functionem rei accepte publicis utilitatibus inpendere non recuset. Nam plebeis [1] glebam suam alienandi nullam umquam potestas manebit; amissurus procul dubio pretium, vel si quid contigerit accepisse, quicumque post hanc legem vineas, terras domosque seu mancipia ab officii huius hominibus accipere quandoque presumserit*. **V, 4, 19.**

*) *E* 2. *V* 1. 4. 5 *addunt:* superior ordo servetur.

Recc. Erv.] **V, 4, 20.**

XX. ANTIQUA.

Si res ille vendantur aut donentur, que prius debuerint per iudicium obtineri.

cf. Cod. Eur. 312.

Si [2] quis rem, que est per iudicium repetenda, priusquam adversarium iudicialiter superaret, ita vendiderit vel donaverit alicui aut forsitan tradiderit occupandam, ut absque audientia iudicantis privetur dominium possessoris, ipse, qui possedit, per exsecutionem iudicis rem, que occupata fuerat, statim recipiat nec de eius postmodum repetitione contendat, etiam si bona sit causa petentis. Ille vero, qui hoc vendidit aut donabit vel occupari precepit, quod iuste vindicare nullatenus potuit,

V, 4, 19. *l.* 1. vel donare] aut donare *E* 1. *V* 1. 7. debeant *R* 2. *E. V* 1. 7. || *l.* 2. Tamen] Et tamen *V* 1. 17. alicui] aliqui *R* 1. vinditione *R* 2. || *l.* 3. seu] sive *E. V.* facultatulam *R* 2. *E* 1. *V* 3. 7. acceperit] accepit *V* 1. || *l.* 4. exolvere] *ita R* 1; exolvere *vel* exsolvere *etiam R* 2. *E. V* 1—5. 7. 8. 14. 15. 20; reddere *Mad.* || *l.* 5. Sed et] et *deest E* 2. *V* 1. || *l.* 6. percepit *V* 1. 3. *l.* 7. est *deest R* 1. Qui] Quin *R* 1. || *l.* 8. scriptura *R* 1. || *l.* 9. censionem ipsam] censum ipsum *E* 2. || *l.* 10. mox] *ita R. E. V* 1. 3; mox ut *cett.* || *l.* 11. admisso *R* 1. quid econtra] quidem contra *R* 2. *E* 2. || *l.* 13. interim] inter *V* 7; etiam *Mad.* inter se] integre *R* 1. || *l.* 15. hutilitatibus *R* 1. recuset] recusat *E* 1; cesset *R* 2. || *l.* 16. admissurus *R* 1. || *l.* 18. hominibus] omnibus *R* 1. *E* 2. *V* 7. || *l.* 19. superis *E* 2.

V, 4, 20. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14. 15. 17. 18. 20). — *l.* 20. ANTIQUA] *deest R* 2. *E. V* 1. 3. 4. 5. 14; F. RECESVINDUS *V* 20; FLS GLS R. REX. ANTIQUA *V* 15. *l.* 21. debuerint] *ita R* 1. *V* 7; debuerunt *R* 2. *E* 1; debuerant *E* 2. *V* 3. 4. 5; debuerat *V* 1. || *l.* 24. superaret] superet *E* 1. *V* 1. 5. 8. 17. || *l.* 25. iudicantis] iudicis *V* 1. 4. || *l.* 26. exsecutionem] excusationem *R* 2. statim *deest R* 2. || *l.* 27. hoc *deest R* 1. || *l.* 28. donabit] *ita R* 1. *E* 2. *V* 7; donavit *cett.* vindicare] vindicavit *E* 2.

1) *Plebei vocantur coloni glebae adscripti; cf. Hegel l. c.; Helfferich l. c. p.* 124. 160; *Dahn l. c. p.* 314. 2) *Quo modo differat haec Leovigildi, ut videtur, legis forma ab Euriciana exposuit E. Gaupp, 'Germanist. Abhandlungen' p.* 39 *sq.; cf. 'N. Arch.' XXIII, p.* 434 *sq.*

V, 4, 20. *Recc. Erv.*] eiusdem meriti rem aut pretium ei, a quo victus fuerit, repensare cogatur: quia rem, antequam vindicaret, fecit invadi.

V, 4, 21. *Recc. Erv.*] XXI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De mancipiis ab hostibus occupatis hac venditis.

Quecumque mancipia de regionibus nostris ab adversis hostibus extiterint occupata, si ab hominibus regni nostri repperiantur excussa, ille, qui ab oste abstulit, ex quo unumquodque mancipium valere iuste constiterit, tertiam partem pretii habeat et mancipia domino nihilhominus reddat. Quod [1] si venditum ab hostibus mancipium fuerit acceptum, cum iuramento manifestetur pretium datum; hac tunc ille, qui dedit, integrum pretium, et quantum mancipium melioravit acceptum, a domino recipiat moxque illi suum mancipium inexcusabiliter reddat.

V, 4, 22. *Recc. Erv.*] XXII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Quo presens liber debeat pretio conparari.

Ut omnis de cetero et inprobitas distrahentis et dispendium temperari possit emtoris, id presenti sanctione decernitur legis, scilicet, ut, cuicumque hunc codicem* constiterit venundari, non amplius quam

Recc.] sex *Erv.*] duodecim

Recc. Erv.] solidorum numerum accipere venditori vel dare licebit ementi. Si quis vero super hunc pretii numerum accipere vel dare presumserit, C flagellorum hictibus a iudice verberari se noverit.

*) *Mad. add.:* ad instar huius operis interioris exteriorisque editum.

V, 4, 20. *l.* 1. fuerat *E* 1. repensare] responsare *E* 1. *l.* 2. vindicaret] *ita R* 1. *E* 1. *V* 15. 17 (*in marg.*). 18; vinceret *cett.*

V, 4, 21. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (14. 15. 19). — *l.* 3. FL. — REX] *des. E;* ANTIQUA *add. V* 15. GLOR. *deest V* 3. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCESSVINTUS *R* 2; RECCAREUS *V* 1; RCDS *V* 5; RECCDS *V* 7; CINDS *V* 3; CHDS *V* 4. || *l.* 4. hac] *ita R. E* 2. *V* 7; ac *E* 1. *V* 1. *l.* 5. hoccupata *R* 1; hoccupati *V* 7. || *l.* 6. hominibus] ominibus *V* 7; omnibus *R* 2. *E* 2. oste] hoste *E* 1. *V.* || *l.* 7. unumquoque *R* 1. *E* 2. constiterit] in tali casu *add. V* 5. || *l.* 8. nihilhominus reddat] reformare compellat *V* 3; reformare cogatur *V* 8. hostibus] ostibus *E* 2; omnibus *E* 1. *l.* 9. iuramentum *R* 1. hac] *ita R* 2; hanc *E. V* 7; hac — pretium *des. R* 1; ac *cett.* *l.* 10. pretium integrum *E.* meliorabit *R* 2. *E. V* 7. *l.* 11. ille *R* 2.

V, 4, 22. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20). — *l.* 12. FL. — REX *des. E* 1. *V* 3. GLOR. *deest E* 2. *V* 1. 4. 5. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCDS *R* 2; RECDS *E* 2; RCHDS *V* 4; RCDS *V* 7; CHDS *V* 1. 5. || *l.* 13. Quo] Quod *E. V* 3. || *l.* 14. omnis] omni *R* 1; hominis *R* 2. et *deest R* 1. distrahendi *R* 2. *l.* 15. presentis *R* 1. *V* 7. legis huius *V* 17. 18. cuicumque] quicumque *R* 2. || *l.* 17. sex] *ita R.* duodecim] *ita E* 2. *V* 2. 5. 7; XII *E* 1. *V* 3. 4. 16—19; XXXX *V* 1; CCCC *Mad.* || *l.* 18. ementi] emtori *E* 2. *V* 1. 4. 17; auctoris *V* 7. || *l.* 19. ictibus *E* 1. *V plerique.* *l.* 21. ad — editum *des. omnibus codicibus supra notatis.*

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. V,* 5, 2. *Interpr.:* . . . si pretium pro captivo suo praedator acceperit, quod dedisse emtor probaverit, sine dubitatione recipiat; *L. Burg.* 56: Si quis servum alienum in Alamannia redemerit, aut pretium dominus reddat, aut servum habeat qui redemit; *ibid. extrav.* 21 *Statuta Ambariae. c.* 9: Quicumque mancipium alienum de Francis conparaverit, testibus idoneis hoc adprobet, quantum et quale pretium dederit . . . Quod si testes idonei taliter sacramenta dederint, quantum pretium dedit, tantum recipiat; nec pastum requirat, et mancipium cuius fuerat sine mora reddatur.

Recc. Erv.] V. TITULUS: DE COMMENDATIS ET COMMODATIS.

Recc. Erv.] I. ANTIQUA. **V, 5, 1.**

De animalibus in custodiam placita mercede susceptis.

= *Cod. Eur.* 278. Si ⌜quis caballum⌝ vel bovem ⌜aut quodlibet animalium genus placita mercede ad custodiendum susceperit, si id perierit, aliud eiusdem meriti ille, qui conmendata⌝ vel commodata ⌜suscepit, exolvat; si tamen mercedem fuerit pro custodia consecutus⌝ vel pro conducto. ⌜Quod si ille, qui nullum placitum pro mercedem susceperat, rem mortuam esse probaverit, nec ille mercedem⌝ accipiat, ⌜nec ab illo aliquid requiratur; ea tamen ratione, ut prebeat sacramentum ille, qui conmendata susceperat, quod non per suam culpam neque per neglegentiam animal morte consumtum sit⌝, et nihil cogatur exolvere. ⌜Eadem et de commodatis forma servetur⌝.

Recc. Erv.] II. ANTIQUA. **V, 5, 2.**

De animalibus in angariam prestitis.

= *Cod. Eur.* 279. ⌜Si quis alicui iumentum⌝ aut caballum vel aliud animal ⌜prestiterit, et per aliquam infirmitatem aput eum⌝, qui accepit, ⌜moriatur, sacramentum prebere debeat, quod non per suam culpam neque per neglegentiam morte consumtum sit, et nihil cogatur exolvere. Si autem nimium sedendo vel fasces carricando⌝ aut quocumque honere vel percussione ⌜mortuum fuerit, eiusdem meriti⌝ animal domino sine aliqua excusatione restituat. ⌜Si vero prestitum⌝ animal ⌜alicui aliquid debilitatis intulerit vel damni, ille conponat, qui eum aput se susceptum habuisse dinoscitur⌝.

TIT. V. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 7.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 5. husuris *R* 2, *et ita infra.* ‖ *l.* 6. naufragium *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 7. nescieti *R* 1. ‖ *l.* 9. usuris] quodcumque *add. E* 2. ‖ *l.* 10. frugium *E* 2 ‖ *l.* 11. comodate *E* 2.

V, 5, 1. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (14). — *l.* 12. ANTIQUA *deest R* 2. 3. *E* 1. *V* 1. 3. 4. 14. ‖ *l.* 13. De — susceptis *des. R* 2. custodia *E. V* 3. 4. *alii.* mercede *deest R* 1. ‖ *l.* 14. quolibet *R* 2. *E. V* 1. 7. ‖ *l.* 15. alium *R* 2. *E.* vel commodata] *al. man. post add. E* 2, *des. V* 3. ‖ *l.* 17. mercedem] *ita R* 1. 2; mercede *cett.* ‖ *l.* 18. accipiat] *ita R* 1. *E* 2; recipiat *R* 2. 3. *E* 1. *V.* illo] alio *R* 1. ‖ *l.* 20. necligentiam *R* 2, *et ita infra.* consumtus *R* 1. ‖ *l.* 21. Eadem] Similis *V* 1. 4. 5. comodatis *R* 1; commendatis *E* 1. *V* 7.

V, 5, 2. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (14. 15. 17. 20). — *l.* 22. ANTIQUA *deest R* 2. 3. *E* 2. *V* 1. 4. 14. 15. 20. ‖ *l.* 25. debeat] *ita R* 1; debebat *R* 2; debebit *R* 3. *E. V.* ‖ *l.* 26. suam negl. *E* 2. consumtus *R* 1. 3. ‖ *l.* 27. Sin *E* 1. *V* 1. sedendo] reddendo *E* 1. fasces] fasxes satis *E* 2; satis *in marg. add. V* 17. carrigando *E. V* 1: carricandum *V* 7. honere] *ita R* 1. 2; onore *E* 2: onere *cett.*

V, 5, 3. ***Recc. Erv.***] III. ANTIQUA.

De rebus prestitis, incendio vel furto exterminatis.

= *Cod. Eur.* 280. ⌜Si alicui aurum, argentum vel ornamenta vel species fuerint conmendate, sive custodiende tradite, aut forte vendende, id si perierit vel in domo ipsius, qui accepit, cum rebus eius fuerit incendio concrematum, una cum testibus⌝ veniat et brevem det ille, ⌜qui conmendata susceperat⌝, et ⌜prebeat sacramentum, quod nihil exinde suis profuisset conpendiis, et nihil cogatur exolvere, excepto aurum et argentum, quod ardere non potuit. Et si quis, dum domum flamma consumit, se quasi auxilium prebiturus ingesserit et aliquid forte rapuerit, dominus domus diligenter inquirat, et si eum invenire potuerit, ille, qui rapuerit, in quadruplum rapta restituat. Et si de conmendatis rebus aput susceptorem aliquid forte reppererit, domino restituere non moretur. Si vero que conmendata fuerant furto probantur ablata, ei, qui conmendata susceperat, spatium tribuatur⌝, ut ordo docet, ⌜donec furem sua investigatione perquirat. Et si eum invenerit, conmendatori res suas proprias tantummodo reformare cogatur; conpositio vero furti ad eum, qui habuit conmendata, pertineat. Certe, si fur non fuerit infra statutum tempus inventus, medietas rerum conmendatarum domino a suscipiente reddatur, ut damnum ex medio uterque sustineant. Et si postmodum dominus rerum aput eum, cui conmendaverat, que fuerant suppressa forte reppererit, cum hec ille se prius dixerit perdidisse vel furto fuisse sublata, sicut fur⌝ pro his, ⌜que celabit⌝, secundum ⌜legum statuta conpositionem inplere cogatur⌝.

V, 5, 4. ***Recc. Erv.***] IIII. ANTIQUA.

De pecunia perdita et usuris eius.

= *Cod. Eur.* 281. ⌜Si quis pecuniam sub cautione susceperit, daturus usuras, si per casu pecunia perierit, non culpa aut neglegentia debitoris, ille, qui pecuniam conmendavit, solam pecunie summam recipiat et non requirat usuras. Si vero per ipsius fraude vel culpa factum est, et pecuniam et usuras solvat. Quod si aliqua lucra est ex ea pecunia consecutus, et postmodum contingat, ut pecunia pereat⌝, si tanta sunt lucra, quanta pecunia fuit, et pecuniam et usuras restituat.

V, 5, 3. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14. 15. 17. 18). — *l.* 1. ANTIQUA *deest R* 3. *E. V* 1. 3. 4. ‖ *l.* 2. furtu *R* 2. *E* 1; furtum *E* 2. ‖ *l.* 3. alicui] alicuius *E* 1. vel orn.] aut orn. *R* 2. *E. V.* commendanter *E* 1; commodate *V* 1. ‖ *l.* 4. vindende *R* 1. ‖ *l.* 6. preveat *R* 1; prebeat exinde s. *E* 2. ‖ *l.* 7. aurum et argentum] *ita R* 1. 2; aurum aut argentum *E* 1. *V* 1. 7; auro et argento *cett.* ‖ *l.* 8. consumsit *E. V* 1. ‖ *l.* 9. aliquod *R* 1. forte] fortasse *E* 1. ‖ *l.* 10. rapuerit] *ita R. E* 1. *V* 7; rapuit *cett.* ‖ *l.* 11. reppererint *E* 1. ‖ *l.* 12. furti *E* 1; furtu *E* 2. probatur *R* 1. 2. *V* 7. ‖ *l.* 13. suam investigationem *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 16. istatutum *R* 1. ‖ *l.* 17. a] as *R* 1. ut] et *R* 1. uterque sustineant] *ita V* 1; uterque susteneant *Eur.;* utrique sustineant *R* 1; utriusque sustineant *E* 1; uterque sustineat *cett.* Et *deest V* 1. ‖ *l.* 18. subpressa *R* 1. ‖ *l.* 19. se prius] superius *R* 2. *E* 2; sepius *V* 2. dixerat *E* 1. furtim *R* 2. *V* 2. 3. 4. 5. 7. 8. 15. 17. ‖ *l.* 20. ablata *R* 3. *E* 1. *V* 2. celavit *E* 1. *V.*

V, 5, 4. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (17. 18. 19. 20). — *l.* 22. ANTIQUA] *ita R* 1. 2. *E* 2. *V* 3. 5. 7. 17. 18. 19; *deest cett.* ‖ *l.* 23. perdita] prestita *R* 3. *V* 17 (*in marg.*). 20. ‖ *l.* 24. cautione] captione *R* 1; conditione *V* 17. *Pith.* casu] *ita Eur. R* 1; casum *cett.* ‖ *l.* 25. necligentia *R* 2. pecunia *R* 2. commendavit] commendabit *R* 2; commodavit *E* 2. *V* 17. 18. 20. sola *R* 2. ‖ *l.* 26. recipiat] percipiat *R* 2. per *deest R* 1. fraude] *ita R* 1. 2; fraudem *cett.* culpa] *ita R* 1. *E* 1; culpam *cett.* ‖ *l.* 28. pecuniam pereat *R* 1; pecunia per negligentiam suam pereat *V* 4; pecuniam perdat *V* 3. si] et si *V* 2. ‖ *l.* 29. pecuniam fuit *R* 1. et pecunia *R* 2. *E.*

Recc. Erv.] V. ANTIQUA. **V, 5, 5.**

De rebus conmendatis et casu quocumque in naufragium missis.

= *Cod. Eur.* 282. ⌜Qui conmendata susceperit vel commodata et de ruina aut incendio vel hostilitatis naufragio seu quolibet simili casu sua omnia liberaverit et aliena perdiderit, quod accepit sine aliqua excusatione cogatur exsolvere. Si vero partem aliquam de rebus propriis liberasse cognoscitur, illi, cuius res secum habuerat, iuxta modum perdite rei vel liberate restituat, qualem iudex rationem deducta estimaverit portionem. Sin autem sua omnia perdiderit, cum liberaret aliena, et de liberatis et de perditis rebus similis ratio deducatur, ut partem arbitrio iudicantis qui liberabit accipiat. Iustum est enim in simili casu, ut ille non damnum solus excipiat, qui se gravibus obiecerit periculis, et dum aliena minora conatur liberare, sua maiora⌝ cognoscitur perdedisse.

Recc. Erv.] VI. ANTIQUA. **V, 5, 6.**

De rebus servo nesciente domino conmendatis.

= *Cod. Eur.* 283. ⌜Quod nesciente domino servo fuerit conmendatum, si id perierit⌝, nec dominus nec servus ⌜ullum damnum incurrant. Sue enim inputet culpe, qui servo alieno res suas conmendaverit domino nesciente⌝. Si vero alicuius rei animal sit, et per fraudem pastorum diminutum repperiatur, hec reddere conpellatur. ⌜Similis et de commodatis forma servetur⌝, si fraude aut malitia consumta aut dissipata noscuntur.

Recc. Erv.] VII. ANTIQUA. **V, 5, 7.**

Si servus mentiatur dominum petere commodanda.

= *Cod. Eur.* 284. ⌜Si dominus per servum suum quodcumque sibi petierit commodandum, et servus cum rebus commodatis in fuga fuerit elapsus, tunc dominus obligetur, ut commodata restituat. Si vero servus petisse dominum mentiatur et sic quasi deportanda ad dominum susceperit, et que susceperit aut evertat aut forte perdiderit, et fugitivus non potuerit inveniri, dominus servi prebeat sacramentum, se eundem servum, ut susciperet, non misisse, et cum id peteret, ignorasse; et nihil calumnie pertimescat.⌝

V, 5, 5. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (15. 16. 17. 18. 19). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 2. 5. 17. 19; *deest cett.* ‖ *l.* 3. susceperit vel commodata] *ita* *R* 1. *V* 7. 16; vel com. susc. *cett.* aut de incendio *E* 2. *V* 1. 2. 17. ‖ *l.* 4. naufragium *R* 1; naufragiu *V* 7. ‖ *l.* 5. excusatione restituat *V* 15. ‖ *l.* 6. rem *V* 2. ‖ *l.* 7. rationem] *ita* *R.* *V* 7; ratione *cett.* deductam *R* 2. *E* 2. extimaverit *R* 2. *E* 2. *V* 1. 7. Sin] *ita Eur.* *R* 2. *E* 2; Si *cett.* ‖ *l.* 8. perdidit *R* 3. *E* 1. *V* 2. 7. 17. 18. cum] dum *R* 1. ‖ *l.* 9. simili *R* 1. ut — accipiat] ut qui liberavit alienam accipiat partem arbitrio iudicantis *V* 2. liberabit] *ita* *R.* *V* 7; liberavit *cett.* ‖ *l.* 10. enim *deest* *V* 1. casu] causa *V* 3. obiecerit] *ita Eur.;* obicerit *R* 1; obiecit *cett.* ‖ *l.* 11. cognoscitur perdedisse] *ita* *R* 1; c. perdidisse *V* 7. 16; disperdidisse cognoxitur *E* 2; perdidisse cognoscitur *cett.*

V, 5, 6. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (14. 15. 17. 18). — *l.* 12. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 2. 5. 7. 17; *deest cett.* ‖ *l.* 14. servi *E* 1; servis *E* 2. *V* 7. ‖ *l.* 15. ullum] nullum *R* 2; illum *E* 1. *V* 3. incurrat *V* 1. 17; pertimescant *V* 15. ‖ *l.* 16. rei] *deest* *V* 1. *Pith.;* speciei *V* 2. 17 (*in marg.*); generis *R* 3. ‖ *l.* 17. pastoris *V* 4; a pastore *V* 14. hec] *ita* *R* 1. 2. *E.* *V* 1. 2. 7; ei *R* 3; hoc *alii.* conpellantur *V* 1. 17. 18. ‖ *l.* 18. consumta] consummata *R* 2. *E* 1. dissipata] dispersa *V* 17 (*in marg.*). 18. esse noscuntur *V* 2.

V, 5, 7. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (15. 17. 19). — *l.* 19. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 2. 5. 7; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *V* 15. 19; *deest cett.* ‖ *l.* 21. sibi] *deest* *E* 1; sivi *E* 2. ‖ *l.* 22. fugam *E.* *V.* commodata] commoda *R* 1. ‖ *l.* 24. aut *deest* *V* 1. everterit] *ita Eur.* *R* 3. *V* 1. 2. 3. 17; evertat *cett.* et] et si *R* 2; aut *V* 7. fugitivum n. p. invenire *V* 2. ‖ *l.* 25. prebeat s.] preveat s. *R* 1; prestet iuramentum *V* 15. ‖ *l.* 26. misisset *R* 3; inmisisset *E* 2. ignorasset *R* 2. 3. *E* 2.

V, 5, 7. *Recc. Erv.*] Servum tamen tam dominus quam ille, qui commodavit, querere sollicite procurabunt. ⌜Haec eadem et de conmendatis precipimus custodire⌝.

V, 5, 8. *Recc. Erv.*]

VIII. ANTIQUA.

De reddendis usuris.

cf. Cod. Eur. 285. Si quicumque ⌜pecuniam commodaverit ad usuram, non plus per annum quam tres seliquas de unius solidi⌝ pascatur usuris; si tamen fuerit, unde detur. Et ⌜de solidis octo nonum solidum creditori, qui pecuniam ad usuram⌝ dedit, exolvat; et sic summam pecunie et usuras ille, qui dederat, a debitore recipiat. Quod ⌜si cautionem ultra modum superius conprehensum per necessitatem suscipientis creditor extorserit, condicio contra leges inserta non valeat⌝. Si quis autem contra hordinationem hanc ⌜fecerit, eam rem, quam commodaverat, recipiat, et⌝ que caute fuerant in nullo solvantur usure.

V, 5, 9. *Recc. Erv.*]

VIIII. ANTIQUA.

De usuris frugum.

L. Rom. Vis. C. Th. II, 33, 1. Interpr. ⌜Quicumque fruges⌝ aridas et ⌜humidas, id est: vinum et oleum, vel quodcumque annone genus alteri commodaverit, non plus ab eo propter usuram quam tertiam partem accipiat[1]; id est, ut super duos modios qui accepit tertium reddat. Quam⌝ legem ⌜ad solas fruges precipimus pertinere⌝: nam de ⌜pecunia commodata⌝ secundum superiorem legem valere et observare censemus.

V, 5, 10. *Recc. Erv.*]

X. ANTIQUA.

Cui debeant testamenta vel scripture conmendate restitui.

Testamentum ab eo, cui fuerit conmendatum, posteaquam hoc ante testes publicaverit, sicut est in legibus constitutum[2], illi, qui maiorem partem de eodem testamento est consecuturus, reddatur heredi. Quod si alii redditum fuerit

V, 5, 7. *l.* 1. conmendabit *R* 2. *E* 2. querere] requirere *R* 1. sollicite] sollicitcr *R* 1; pariter *R* 3. || *l.* 2. Haec] Hac *R* 1. conmendatis] comodatis *R* 1; commodatis *E. V* 7; commodatis i n i e n u i s p e r s o n i s *V* 2. custodiri *R* 2. *E.*

V, 5, 8. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 17. 18. 19). — *l.* 3. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 2. 5. 7; *deest cett.* || *l.* 4. rendendis *E* 1. husuris *et similiter infra R* 2. *V* 7; quodcumque *add. E* 2. || *l.* 5. plus] amplius *R* 1. || *l.* 6. seliquas] *ita R* 1. 2. *E. V* 1. 2. 7. 19; siliquas *cett.* de uno solido *R* 3. *V* 1. 2. 5. 8. 17. *Pith.* pascatur] *ita R* 1. 2. *E*; pascantur *R* 3; pagatur *V* 3; pasciturus *V* 7; paciscatur *V* 18. 19; poscat *cett.* usuras *V* 1. 2. 5. 8. 17. 18. 19. detur] *ita R. E. V* 1. 2; dentur *cett.* Et] Set *V* 1; Id est (Idt) *V* 2. || *l.* 7. solidis] solidus *R* 1. 2; solidos *R* 3. dedit] accepit *V* 2. *l.* 8. cautionem] captionem *R* 1; hactionem *al. m. corr.* cauctionem *E* 2. || *l.* 10. hordinationem] *ita R* 2; hordinem *V* 7; hordinatione *R* 1; ordinatione *E* 1; rationem *R* 3; ordinationem *cett.* || *l.* 11. eam] ea tantum *R* 3; et eandem *E* 2; et eam *V* 3. 4. 5. commodaverit *E* 1. *V* 17. 18. incaute *R* 3. *V* 1. 2. 4. 8. 18.

V, 5, 9. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 17. 18. 20). — *l.* 13. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 2. 5. 7. 17; *deest cett.* || *l.* 15. humidas] liquidas *V* 18. 20. et oleum] aut oleum *E* 2. quodcumque] quacumque *R* 2; quecumque *E* 1. || *l.* 16. genus] v e l t r i t i c u m *add. V* 2. plus] amplius *V* 1. 2. 4. 5. 8. propter usuram] *ita R* 2. *E* 1. *V* 7. 18; propter usura *R* 1; propter usuras *V* 1. 2. 4; pro usura *cett.* || *l.* 17. accipiat] recipiat *R* 1. accepit] acceperit *Mad.* || *l.* 18. commodata] commoda *R* 1. || *l.* 19. observari *V* 7; conservare *V* 8.

V, 5, 10. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 15. 17. 18. 19. 20). — *l.* 20. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 2. 5. 7. 17; *deest cett.* || *l.* 22. ab] hab *R* 1. *E* 1. || *l.* 23. ille *R* 2. || *l.* 24. c i t i u s reddatur *V* 4. 8.

1) *Cf. p.* 233, *l.* 14 *sqq.* 2) *Cf. II,* 5, 14. 16.

Recc. Erv.] vel* adversario eius traditum, qui tradiderit duplam conpositionem restituat, quam illi, cui fraudulentus fuerit, inferre voluerat. Illas vero scripturas, que simul tradi partibus debent, si conmendatas quicumque susceperit, id est: testamenta, iudicia, pacta, donationes vel cetera talia, si alteri altero absente tradiderit, ille, qui dederat, revocet quod dedit, et** omnibus, quibus in commune debebatur, restituere non moretur. **V, 5, 10.**

*) *V* 4. 8: vel malitiose tenere crediderit vel adversario eius traditum, qui tradidit aut tenuit duplam *etc.*

**) *Pro:* et — moretur, *V* 4. 8 *praebent:* aut si fraudulenter tenuerit, et omnibus, quibus in commune debetur, restituere non differat, et tantum compositionis illis exsolvere non moretur, quantum fraudis facere conatus est.

Recc. Erv.]

VI. TITULUS: DE PIGNERIBUS ET DEBITIS.

Recc. Erv.]

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **V, 6, 1.**

De non pignerando.

Pignerandi licentiam in omnibus[1] submovemus; alioquin si non acceptum pignus presumserit ingenuus de iure alterius usurpare, duplum cogatur exolvere. Servus autem simplum restituat et C flagella suscipiet.

V, 5, 10. *l.* 1. ab adversario *R* 2. conpositionem] conpensationem *R* 1. | *l.* 2. quam] *ita R* 1. 2. *E. V* 1. 2. 3. 4; *deest cett.* illi] ille *R* 2. *V* 7. fraudulentus fuerit] *ita R* 1. 2. *E. V* 1. 2. 3. 4; fraudulenter *R* 3; fraudem *cett.* || *l.* 3. utriusque partibus *V* 2. commodatas *E* 1. *V* 20. || *l.* 4. alter alteris *R* 2. dederat] dederit *V* 18. 19; tradiderat *R* 2. *l.* 5. quibus *deest R* 1. debebatur] *ita R* 1. 3. *E* 1. *V* 2; debeantur *R* 2; debebantur *cett.* || *l.* 8. tenuit] malitiose *add. V* 4.

TIT. VI. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 7. — *l.* 12. PIGNORIBUS *V* 2. DEVITIS *E* 2; DE DEVITIS *V* 7.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. *V* 2. — *l.* 13. pignor- *V* 2, *et ita infra pro* pigner-. *l.* 16. Si] De *R* 1. presentato *R* 1. non reddatur *des. R* 1. || *l.* 17. obnoxia] *deest R* 1; obnoxius *R* 2.

V, 6, 1. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 15). — *l.* 19. FL. — REX] *des. R* 3. *E* 1. *V* 2. 3; ANTIQUA *V* 15. GLOR. *deest E* 2. *V* 8. RECC.] RECΘDUS *R* 1; RECCESSVINTHUS *R* 2; RECESDS *V* 7; RCDS *V* 2. 5; RCHDS *V* 4; RECAREUS *V* 1; CIHNDUS *E* 2; CHDS *V* 8. *l.* 20. pignor- *V* 2 *semper pro* pigner-. || *l.* 21. Pignerandi sane *E* 1. in *deest R* 1. alioquin] scilicet *V* 4. 8. non *deest R* 3. *V* 4. 8. || *l.* 22. alteris *R* 1. Si servus *E* 1. *V* 7. || *l.* 23. simplum] dupla *V* 7. flag. susc.] verbera portet *V* 4.

1) *Reccessvindus pignerandi licentiam omnino sustulit; antea enim permissu iudicis pignerare licuisse H. Brunner, 'D. Rechtsgeschichte' II, p.* 446, *n.* 9, *ex L. Baiuv.* 13, 1, 3 *suspicatus est, collatis capitibus* 12 *et* 13 *Collectionis iuris Rom.-Goth. (Gaud.). Cf. etiam Chindasvindi legem supra II,* 2, 7, *qua pro casu quodam singulari constituitur:* (iudex) obsignatam petitori faciat iussionem, in qua pigneris quantitatem adnotet, per quam petitor presumendi sibi habeat potestatem.

V, 6, 2. *Recc. Erv.*]

II. ANTIQUA.

De pignere deposito et furato.

Si[1] quis pignus alteri deposuerit pro aliquo debito, et illut ipse, qui deposuerit, furatus fuerit, pro fure teneatur.

V, 6, 3. *Recc. Erv.*]

III. ANTIQUA.

De pignere, si pro debito deponatur.

Pignus[2], quod pro debito deponitur, si per cautionem fuerit obligatum, et ille, qui pignus deposuerat, ad tempus constitutum debitum reformare dissimulet, post diem cautionis exactum usque ad decem dies pignus salvum suo domino reservetur aut eidem domino, si in propinquo est, reportetur, adque, ut restituat debitum, moneatur. Quod si per neglegentiam suam debitor ad diem constitutum adesse neclexerit aut debitum inplere distulerit, addantur usure. Ceterum si adesse usque ad decem dies, sicut supra scriptum est, aut quod debet reformare dissimulaverit, tunc creditor iudici vel preposito civitatis pignus ostendat, ut, quantum iudicio eius et trium honestorum virorum fuerit estimatum, sit licentia distrahendi. Et postmodum de pretio venditi pigneris creditor, quantum ei debetur, sibi evidentius tollat, et relicum ille recipiat, qui pignus seposuerat.

V, 6, 4. *Recc. Erv.*]

IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si pignus representato debito non reddatur.

Si quis ei, qui rem pro pignere credidit, ad constitutum tempus representato debito pignus acceptum distulerit reddere et hoc ante tempus lege superiori taxatum[3] vendere vel in usus proprios adque alienos conterendum presumserit adtentare vel malitiose differens noluerit adsignare: pignus quidem, quod accepit, integrum reddat et medietatem, quantum pignus valere constiterit, domino pigneris coactus inpendat.

V, 6, 2. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14. 17. 19). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *V* 5. 17; *deest* *R* 2. 3. *E.* *V* 1. 2. 3. 4. 14. 19. || *l.* 2. posito *V* 7. || *l.* 3. illut] *ita* *R* 1. *E* 2; illo *V* 7; illud *alii.* qui posuerit *E* 1.

V, 6, 3. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 7. (8. 14. 18. 20). — *l.* 5. ANTIQUA *deest* *R* 2. 3. *E* 1. *V* 1. 2. 3. 4. || *l.* 7. cautione *R* 1. || *l.* 8. qui pro pignus *R* 1. || *l.* 9. suo *deest* *R* 3. *E.* *V* 1. 2. 7. reservetur] reformetur *V* 7. || *l.* 10. eidem] idem *R* 2. *V* 3. 20. deportetur *R* 1. ut *deest* *E* 2. *V* 1. *l.* 13. deberet *E* 1. dissimulaverit] distulerit *Pith. in margine.* || *l.* 14. proposito *E* 1. quanto iudio *R* 1. et] *ita* *R.* *E* 1. *V* 8. 14. 20; vel *cett.* || *l.* 15. extimatum *R* 2. *E.* *V* 7. sit] *ita* *R.* *E.* *V* 2. 7; sit ei *cett.* distrahendi et vendendi et dividendi *V* 20. || *l.* 16. debebatur *E* 1. *V* 1. *Pith.* *l.* 17. seposuerat] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 7. 18; seposuerit *E* 1; posuerat *R* 2; deposuerat *cett.*

V, 6, 4. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 7. (8. 15. 17. 18). — *l.* 18. FL. — REX] *des.* *R* 3. *E* 1. *V* 3. 18; ANTIQUA *V* 15. GLOR. *deest* *E* 2. *V* 8. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCESTS *R* 2; RCS *E* 2; RCSDS *V* 2; RCHDS *V* 4; RCDS *V* 7; RECAREUS *V* 1; CHDS *V* 8. || *l.* 20. qui] cui *E* 1. *V* 2; cuius *E* 2; *deest* *R* 2. crediderit *R* 2. *E* 2. *V* 2. 15. 17. || *l.* 21. ante] aut ante *R* 3. *E* 1. *Pith.*; autem ante *V* 1. superiore *R* 1. || *l.* 22. vel in] vel *R* 1; atque *V* 2. adque] vel *V* 2. adtemtare *R* 2. *E* 2. || *l.* 23. ad integrum *V* 4. || *l.* 24. pigneris *deest* *V* 4.

1) *Cf. Pauli Sent. II.* 31, 19: Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit; *cf. ib.* 31, 36; *Gai Instit. III,* 200. 2) *Legislatorem hanc legem ex iure Romano hausisse docuit V. de Meibom, 'D. Pfandrecht' p.* 257 *sqq.* 3) *Sc. intra decimum diem post diem constitutum, secundum* V. 6, 3.

Recc. Erv.] V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **V, 6, 5.**

Si una persona reatu vel debito multis teneatur obnoxia.

Si una persona plurimis rea vel debitrix maneat, qui prior in petitione precesserit et aut per placitum aut per probationem sive professionem eius eum sibi reum vel debitorem esse docuerit, ipsi nihilhominus aut iuxta qualitatem debiti satisfacere conpellendus est, vel damnandus a iudice. Quod si, quibus reus vel debitor manet, uno eodemque tempore contra eum agere ceperint, secundum quantitatem debiti vel reatus aut reddat omnibus, aut omnibus addicendus est serviturus. Querere tamen a iudice ad liquidum oportebit, cui magis reus vel debitor maneat, ut ipsi maiorem partem reddi precipiat; et de reliquo, quod de facultate rei vel debitoris remanserit, quantum reddatur ceteris, iudex ipse manifeste perpendat. Certe si non fuerit, unde conpositio exolvi debeat, cum id saltim, quod videtur habere, pro debito vel reatu perpetim serviturum iudex petentibus tradere non desistat*.

*) *V* 2 *addit:* Fenerator[1] vero, si plus exigerit a debitore propter usuras quam tertiam partem, ut predictum est[2], sex uncias auri fisco persolvat, et ea conditio contra leges edicta non valeat.

Recc. Erv.] VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. **V, 6, 6.**

Qualiter defuncti debitum aut violentiam post mortem possit inquiri.

Si[3] viventis cuiuslibet manifesta culpa non apparet, nefas esse non dubitandum est, ut eum quisque post obitum mansisse sibi reum accuset. Ne ergo in fraudem heredis defuncti quicumque post hec talia conetur presumere, huius legis redargui sanctione se noverit, scilicet, ut, si quis quemlibet defunctum violentum sibi aut pervasorem sue rei

Recc.] seu debitorem fuisse adstruxerit eumque quodcumque inlicitum	**Erv.]** sive direptorem seu debitorem fuisse adstruxerit eumque quodcumque inlicitum secundum superiorem ordinem

V, 6, 5. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 7. (15. 18. 19). — *l.* 1. FL. — REX] *des.* *R* 3. *E.* *V* 3. 19; ANTIQUA *add.* *V* 15. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CNDS *R* 1. *V* 7; CHDS *V* 4; GLS CHDS *V* 1; GLS CHNDS *V* 2. ‖ *l.* 2. obnoxius *R* 2. ‖ *l.* 3. a plurimis *E* 1. rea] reatu *R* 2. *E* 1. *V* 18. 19; reatum *E* 2: reatus *V* 7. debitor *V* 7. ‖ *l.* 4. et *deest* *R* 3. *E* 2. per prof. *R* 3. *V* 1. 2. 7. *l.* 5. vel] aut *E* 2. ipse *V* 2. iusta *E* 2. ‖ *l.* 6. reus] rebus *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 7. eodemque] eadem quoque *R* 1. eum] reum *V* 2. ceperint] v o l u e r i n t *R* 1. ‖ *l.* 8. aut redd.] ad redd. *E* 1; ut redd. *E* 2. reddat] *ita* *R* 1; reddere *cett.* aut omnibus] aut hominibus *R* 2; aut ominibus *E* 2. ‖ *l.* 9. a iudice] a iudicem *V* 7; iudicem *R* 2. 3. *E* 1. *V* 4; iudice *E* 2; iudici *V* 2. ‖ *l.* 10. reddi precipiat] recipiat *R* 2. relico *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 12. cum *deest* *V* 2. id] *ita* *R.* *E.* *V* 1. 2. 7; hoc *alii.* quod — perpetim *des.* *R* 1. ‖ *l.* 13. petentibus] parentibus *V* 1. ‖ *l.* 15. auri fisco] aurifico *V* 2.

V, 6, 6. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 7. (8. 14. 15. 16. 17. 19). — *l.* 17. FL. — REX *des.* *R* 3. *E* 1. *V* 3. 19. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CNDS *R* 1. *E* 2. *V* 7; CHDS *V* 1. 4; GLS CHNDSDS *V* 2. ‖ *l.* 18. violentiam] *ita* *R* 1. 2; violentie *V* 2; violentia *cett.* ‖ *l.* 20. fraude *R* 2. *E* 2. *V* 1. 2. *l.* 21. heredes *R* 1. ‖ *l.* 22. sanctionem *E.* *V* 7. ‖ *l.* 23. prevasorem *E* 1. ‖ *l.* 24. seu debitorem — inlicitum (*col.* 1) *R.* *V* 7. 16. adstruxerit] abstruxerit *R* 1; astruxerit *R* 3; addixerit *R* 2. sive direptorem — ordinem (*col.* 2) *E.* *V* (*exceptis* *V* 7. 16). direptorem] directorem *V* 3; deceptorem *Pith.* ‖ *l.* 25. quocumque *R* 2. secundum superiorem ordinem *add.* *al.* *man.* *V* 16. ‖ *l.* 26. ordinem] accusationem *V* 14.

1) *Additamentum incerti temporis et auctoris, in codice minus apte huic legi subiunctum, poenam addit legi* V, 5, 9. 2) *V.* *l.* *c.:* non plus propter usuram quam tertiam partem accipiat. 3) *Cum hac lege, quae antiquiori substituta esse videtur, cf.* *L. Burg.* 65 *et infra Antiquam VII,* 2, 19.

V, 6, 6. *Recc. Erv.*] dixerit perpetrasse, non aliter eius adsertioni credatur, nisi per quamcumque scripturam aut testificationem legitimam id verum esse indubitanter edoceat. Quod si tale aliquid quisque convicerit, et defunctus ille, de quo agitur, filios non relinquens, facultatem suam suis libertis aut quibuscumque personis dinoscitur contulisse, ipsi liberti vel alie persone, iuxta quod possident de rebus defuncti, que defunctus debuit vel conmisit, insistente iudice cogantur exolvere. Nam si filios reliquerit, et ipsi omnem eius possident facultatem, ipsi procul dubio cogendi sunt illa supplere, unde auctor eorum debitor aut presumtor convincitur extitisse. Si certe predictarum causarum obnoxius sic ab hac luce discesserit, ut de suis rebus nihil videatur aliquatenus ordinasse, propinqui eius, vel qui facultatem ipsius adierint aut possederint, petitori de re vel causa, quam repetit, cogendi sunt reddere rationem; ita ut, si ille, qui debitor aut presumtiosus dicitur extitisse, nihil rerum suarum moriens dinoscitur reliquisse, ab omni calumnia repetentis eius filii vel propinqui habeantur inmunes. Sin autem quodcumque defunctus reliquid, et maius est quod petitur, quam quod reliquisse videtur, si filii eius aut propinqui, aut qui eius possident bona, noluerint pro reatu eius vel debito satisfacere, de rebus a defuncto dimissis non morentur petenti facere cessionem.

Recc. Erv.] VII. TITULUS: DE LIBERTATIBUS ET LIBERTIS.

I. Si mancipia sive per scripturam seu per testem manumittantur.
II. Si alienus servus vel commune mancipium manumittatur.
III. De his, qui se liberos proclamaverint esse.
IIII. Si ad servitium repetatur qui in libertate est constitutus.
V. Si ei, qui ad servitute repetendus est, aliquid auferatur.
VI. Si eum, quem aliquis coram iudice liberum esse dixerit, postea in servitio repetere vellit.
VII. Si timore conpulsus quisquam servum se esse dicat.
VIII. Si ingenuus ad servitium repetatur, vel servus se liberum esse dicat.
VIIII. Quare data libertas debeat revocari.
X. Si libertus iniuriam faciat manumissori.
XI. Ne contra patronum vel filios eius testificari audeant manumissi.
XII. Ne testificent manumissi.
XIII. De rebus manumissi, si absque legitimis filiis moriatur.
XIIII. De condicionibus a manumissore in scripturam manumissi conscriptis.
XV. De libertatibus servorum fiscalium.

V, 6, 6. *l.* 1. eius adsertioni] adserti qui eius *R* 2. per quamc.] pro quacumque *E* 1. *l.* 2. iscripturam *R* 1. ‖ *l.* 4. personis] p o s s e s s o r i b u s *V* 4. 8. ‖ *l.* 5. alie persone] alii p o s s e s s o r e s *V* 4. 8. debuit] boluit *E* 2. ‖ *l.* 6. ipsi — facultatem ipsi] ipsi e t a l i i p o s s e s s o r e s i u x t a q u o d o b t i n e n t d e r e b u s d e f u n c t i *V* 4. 8. ‖ *l.* 7. eius possident] eius possideant *R* 1; obtineant *V* 1; eius obtinent *Pith.* facultatem] hereditatem *V* 15. subplere *R* 1. ‖ *l.* 8. autor *R* 1. aut] vel *V* 2. presumptor v e l r e u s *V* 4. 8. ‖ *l.* 9. sic] sit et *R* 2. ‖ *l.* 10. ipsius] *ita R. E* 1. *V* 1. 2. 7; eius *alii.* possiderint *E.* ‖ *l.* 11. causam *R* 1. quam c a u s i d i c u s repetit *V* 2; quam c. petit *V* 14. ‖ *l.* 12. aut] vel *V* 2. ‖ *l.* 14. Sin] Si *R* 2. *V* 2. reliquid] *ita R. E* 2. *V* 7; relinquit *E* 1; reliquit *alii.* ‖ *l.* 15. relinquisse *R* 1. possiderint *E* 1. ‖ *l.* 16. reatum *R* 1.

TIT. VII. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 7. — *l.* 18. DE LIBERTATIS *E* 1. *V* 2.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 19. sive] seu *R* 2. manumittantur *deest R* 1. *l.* 20. alienum servum *R* 1. communem *R* 2. *E* 2. manumittantur *E.* ‖ *l.* 21. liberos] libertos *R* 2. *l.* 23. servitute] *ita R* 1; servitutem *R* 2; servitium *E.* ‖ *l.* 24. iudice *R* 1. ‖ *l.* 25. velit *R* 2. *l.* 27. si servus *E.* esse *deest E* 2. ‖ *l.* 30. testificare audeat manumissus *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 32. manumissis *E.* moriantur *R* 2. *E.* ‖ *l.* 33. scriptura manumissis *R* 2.

Recc. Erv.] XVI. De libertis et rebus fiscalium servorum.

XVII. Ne liberti vel progenies eorum cum posteritate patroni aut coniugia connectant aut eis insolentes existant.

XVIII. Ne liberti religiosi ad obsequium reducantur heredis.

Recc. Erv.] I. ANTIQUA. **V, 7, 1.**

Si mancipia sive per scripturam seu per testem manumittantur.

Si[1] quis moriens per scripturam aut presentibus testibus manumiserit mancipia sua, volumtas eius habeat firmitatem, dummodo

Recc. des. ***Erv.***] infra sex menses

Recc. Erv.] trium aut quinque testium, quibus credi possit, testimonio conprobetur. Sed et libertis si quid donaverit qui eos manumittit, aut libertatis ipsius scriptura contineat[2], aut testes, qui adhibentur, agnoscant, et res aput libertos donata permaneat.

Recc. Erv.] II. ANTIQUA. **V, 7, 2.**

Si alienus servus vel commune mancipium manumittatur.

Si[3] quis alienum servum vel commune mancipium manumiserit, in fraude domini libertas data non valeat. Ille vero, qui manumiserit alienum mancipium, alterum preter illum domino dare cogatur. Si vero dominus adquieverit, ut ille liber sit, duos vicarios servos pro manumisso servo percipiat, et libertas data habeat firmitatem. Hec eadem et de ancillis precipimus custodiri. Si quis sane vult ex integro manumittere commune mancipium, presbiterum, qui presens est, vel diaconum conmonemus, ne huiusmodi libertates se fieri presente permittant; quia hec manumissio stare non poterit. Si quis autem commune mancipium vult a iugo servitutis absolvere, prius cum consortibus suis dividat et sue vindicet potestati, aut certe cum his, qui ei consortes sunt, id fieri vel pretio vel precibus elaboret; et sic, si voluerit, presente presbitero vel diacono manumittat. et libertas data firmetur. Quod si aliquis coram sacerdote vel diacono commune mancipium ex integro manumiserit, proprietatis

l. 2. vel de progenies *R* 1; vel in p. *E* 1. cum] qum̃ *R* 1. posteritate] postremitate *R*. conectant *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 3. insolentes exist. *des. R* 1: insolenter exist. *E* 1. ‖ *l.* 4. haeredes *E* 1.

V, 7, 1. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 7. (14. 17. 19. 20). — *l.* 5. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 17; *deest cett.* ‖ *l.* 7. testibus pres.] per testes *R* 3; per testibus pres. *V* 7. ‖ *l.* 8. volumtas] *ita R* 1. *V* 7; bolumtate *E* 2; voluntas *cett.* ‖ *l.* 9. infra sex menses *des. R.* ‖ *l.* 10. testimonium *R* 1. ‖ *l.* 11. quid] quod *R* 1. aut] ita ut *E* 1. ‖ *l.* 12. et *deest V* 1. aput] *ita R. V* 7; apud *alii.*

V, 7, 2. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (6). 7. (14. 15. 17). — *l.* 13. ANTIQUA] *ita R* 1. 2. *E* 2. *V* 2. 6. 7. 15. 17; *deest cett.* ‖ *l.* 14. alienum servum *R* 1. *V* 1. 6. communem *R* 1. *V* 7. manumittantur *E. V* 2. 3. 4. 7; manumittat *corr.* manumittatur *V* 6. ‖ *l.* 15. fraudem *R* 1. *V* 3. 4. ‖ *l.* 16. domini sui *V* 1. 3. 4. ‖ *l.* 18. data] donata *V* 7. ‖ *l.* 20. ex integrum *R* 1. communem *R* 2. *V* 7. diaconem *E. V* 1. ‖ *l.* 21. libertatem *V* 2. libertates — permittant] libertas esse fieri presentes esse permittat *V* 7. presentibus *E* 2. *V* 1. 2. 3. 4. ‖ *l.* 22. istare *R* 1. ‖ *l.* 25. firmetur] firma habeatur *V* 2. 14. *l.* 26. diaconum *R* 1; diacone *R* 3. *E* 1; diaconem *E* 2.

1) *Ad hanc et plerasque huius tituli leges cf. quae de libertis Visigothicis disseruit F. Dahn, 'Könige' VI², p.* 78 *sqq.* 2) *Cf. V,* 7, 13. 14. *Peculium concessum vel donationes a dominis libertis suis pro munienda libertate factas continent Form. Visig. n.* 2. 5. 6. 21; *Form. p.* 576 *sq. Quem morem a Visigothis ex iure Romano receptum esse, demonstravit Biedenweg, Commentatio ad formulas Visigothicas (Diss. iurid. Berolin. a.* 1856) *p.* 15. 3) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV,* 9. *Interpr.:* Si aliquis mancipium manumittere praesumserit alienum . . . hac poena tenebitur, ut et manumissus a domino revocetur, et alia duo mancipia . . . dare cogatur.

V, 7, 2. *Recc. Erv.*] sue partem de mancipio amittat, et mancipium ad integrum consors ille, qui non manumisit, obtineat[1]. Nam si partem suam, que in eodem mancipio illi debetur, absolvere voluerit, proiberi non poterit.

V, 7, 3. *Recc. Erv.*] III. ANTIQUA.

De his, qui se liberos proclamaverint esse.

Si mancipia se in libertatem proclamaverint, spatium et tuitionem arbitrio iudicis accipiant, ut testes possint ad libertatis sue documenta perquirere. Sed tantum temporis spatium mancipiis concedatur, ut nec servitia dominis nec beneficia proclamantibus denegetur.

V, 7, 4. *Recc. Erv.*] IIII. ANTIQUA.

Si ad servitium repetatur qui in libertate est constitutus.

Si in libertate constitutus ad servitium repetatur, non liceat eum in custodiam mitti ab illo, quo repetitur; sed iudicis reservetur arbitrio, si debeat sub fideiussore consistere, dummodo nihil violentie a pulsante patiatur.

V, 7, 5. *Recc. Erv.*] V. ANTIQUA.

Si ei, qui ad servitute repetendus est, aliquid auferatur.

Si quis homini ingenuo vel liberto aliquid tulerit, et postea eum sibi voluerit servum addicere, prius reddat quod tulit, et sic de eius conditione contendat.

V, 7, 6. *Recc. Erv.*] VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si eum, quem aliquis coram iudice liberum esse dixerit, postea in servitio repetere vellit.

Qui suo testimonio coram iudice quemlibet esse liberum dixerit et postmodum eum ad servitium inclinare voluerit, alium illi mancipium e contrario reddat, et quem obprimere nitebatur, in libertate permaneat.

V, 7, 2. *l.* 1. et *deest* *R* 1. *l.* 3. si absolvere *R* 1.

V, 7, 3. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 14. 17. 18. 19). — *l.* 4. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *V* 2. 6. 7. 17; *deest cett.* ‖ *l.* 6. se *deest* *R* 2. *E* 1. *V* 3. 7. libertate *R* 2. *E*. *V* 1. 2. 6. 7. 18. arbiterio *R* 1; in arbitrio *E* 1. ‖ *l.* 7. accipiant] optineant *V* 2. 4. 8. ‖ *l.* 8. servitium *R* 1; servitia *corr.* servitium *V* 6. ‖ *l.* 9. denegetur] *ita* *R*. *V* 1. 7; denegentur *cett.*

V, 7, 4. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 7. (14. 17. 18). — *l.* 10. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 6. 7. 17; *deest cett.* ‖ *l.* 12. custodia *R* 2. 3. *E* 1. *V* 2. ‖ *l.* 13. quo repetitur] *ita* *R* 2. 3. *E* 1; quod repetitur *V* 7; qui repetitur *R* 1. *V* 3; quo repetit *V* 1; qui repetit *cett.* si] sic *E* 1. fideiussorem *R* 1.

V, 7, 5. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 15. 17. 19). — *l.* 15. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *V* 3. 6. 7. 8. 15. 19; ANTIQUA NMENDA (*i. e.* NOVITER EMENDATA) *E* 2; ANTIQUA EMENDATA *V* 17; *deest cett.* ‖ *l.* 16. servitute] *ita* *R* 1; servitium *corr.* servitute *R* 2; servitutem *E* 1. *V* 1. 2 *et e corr.* *V* 6; servitium *cett.* ‖ *l.* 18. addicere] vindicare *R* 2. sic] sic post hec *V* 2.

V, 7, 6. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 15. 17. 19). — *l.* 19. FL. — REX] *des.* *R* 3. *E* 1. *V* 3. 4. 19; ANTIQUA *V* 8. 19; ANTIQUA FL. *etc.* *V* 6. 7. 17. *Pith.* CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CNDS *R* 1; CDS *E* 2; CHDS *V* 1; GLS CHNDS *V* 2; GLS RCDS *V* 6; RCDS *V* 7. *Pith.* REX] ANTIQUA *V* 15. ‖ *l.* 20. in servitio] ad servitium *R* 1; in servitium *V* 2. ‖ *l.* 21. vellit] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 7; velit *cett.* ‖ *l.* 22. suo] sub *Pith.* ‖ *l.* 23. inclinare] declinare *R* 1. alium] *ita* *R* 1. *E*. *V* 6. 7; aliut *R* 2; aliud *cett.* e] e *R* 1; *deest* *V* 7. ‖ *l.* 24. nitebatur] conabatur *V* 4. 8.

1) *Cf. L. Rom. Vis. Paul. IV,* 11, 1. *Interpr.:* Si aliquis servum communem manumiserit, nec Latinum nec civem Romanum facere potest, et ideo portio eius manumissori perit et alteri domino ex integro, quasi eius tantum proprius fuisset, acquiritur.

***Recc. Erv.*]** VII. ANTIQUA. V, 7, 7.

Si timore conpulsus quisquam servum se esse dicat.

Qui[1] timore conpulsus servum se esse ***Recc. des.*** | ***Erv.*]** extra iudicium ***Recc. Erv.*]** dixerit, nullum preiudicium libertatis incurrat, donec in iudicio presentetur, ut libertatem suam, si probaverit, presente iudice obtineat, aut si servus convincitur, statim domino reformetur.

***Recc. Erv.*]** VIII. ANTIQUA. V, 7, 8.

Si ingenuus ad servitium repetatur, vel servus se liberum esse dicat.

Si quis ingenuum ad servitium addicere voluerit, ipse doceat, quo ordine ei servus advenerit; et si servus ingenuum se esse dixerit, et ipse simili modo ingenuitatis sue firmam ostendat probationem. Iudex vero eorum recipere testimonium debet, quos meliores adque pluriores esse providerit. Quod si muneris acceptione corruptus iniuste curvaberit innocentem, tam iudex quam petitor ***Recc.*]** falsarii pena multentur. | ***Erv.*]** secundum legem aliam de his, qui iniuste iudicaverint[2], conponere non morentur.

***Recc.*]** VIIII. ANTIQUA.

Quare data libertas debeat revocari.

Qui servo suo vel ancille libertatem donaverit, et presente sacerdote vel aliis duobus aut tribus testibus hoc factum esse constiterit, huiusmodi libertatem revocare non liceat, excepto si manumissori eum, qui manumissus est, iniuriosum aut contumeliosum vel accusatorem aut criminatorem esse constiterit; pro quibus iniuriis

***Erv.*]** VIIII. V, 7, 9.

Quare data libertas debeat revocari.

Qui servo suo vel ancille libertatem donaverit, et presente sacerdote vel aliis duobus aut tribus testibus hoc factum esse constiterit, id est, si ipsam libertatis scripturam coram legitimis testibus manifeste tradiderit atque ita per eandem libertatis scripturam definierit, ut ex tempore condite scripture liber ipse, qui est manumissus, permaneat, nihil sibi

V, 7, 7. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 7. (14. 17. 19. 20). *l.* 1. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *V* 7. 17; ANTIQUA NMA (*i. e.:* NOVITER EMENDATA) *E* 2; *deest* *R* 2. 3. *E* 1. *V* 1—6. 14. 19. 20. *l.* 2. esse se *R* 1. ‖ *l.* 4. extra iudicium *des.* *R.* ‖ *l.* 5. in *deest* *R* 2. 3. *E* 1. *V* 3. 7. ‖ *l.* 6. ut] ut aut *V* 2; et *E* 2. aut] *deest* *R* 2; et *al. m. corr.* aut *E* 2.

V, 7, 8. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 14. 17. 18. 19. 20). — *l.* 8. ANTIQUA] *ita* *R.* *V* 6. 7. 17; ANTIQUA (ET) NOVITER EMENDATA *E* 2. *V* 2. 4. 8 (NVT EM *V* 2; AN. ET NOV MTA *V* 4; A. NMNDA *E* 2; . . ET NOVITER EMENDATA *V* 8); *deest* *E* 1. *V* 1. 14. 19. ‖ *l.* 9. vel] *ita* *R.* *E* 2. *V* 7; vel si *cett.* ‖ *l.* 11. ei serviturus *V* 7. ‖ *l.* 12. firmam] formam *E* 2. *V* 6. 7. recipere test. debet] recipiat test. *V* 1. 2. ‖ *l.* 13. adque pl. *des.* *R* 1. adque] *ita* *R* 2. *E* 2; atque *alii.* previderit *R* 3. *V* 3. 7. ‖ *l.* 14. curvaberit] *ita* *R* 1. 2; curbaverit *V* 6; curvaverit *R* 3. *E* 1. *V* 2; curbaberit *V* 7; curaverit *V* 4; curia inverit *V* 1; incurbaberit *V* 3; incurvaverit *V* 17 (*in marg.*). 18: turbaberit *E* 2; turbaverit *Pith.* *Mad.* ‖ *l.* 15. falsarii pena multentur (*col.* 1) *R* 1. 2 (*man.* 1). 3. secundum — morentur (*col.* 2) *R* 2 (*man.* 2). *E.* *V.* *exceptis* *V* 14. 17. 18. 20, *ubi leguntur:* falsarii pena multentur et secundum legem aliam *etc.* ‖ *l.* 16. indicaverint] inligaverint *V* 7. moretur *E* 2. *V* 1. 3. 18.

V, 7, 9. *Codd.* *R* 1. 2. 3. *V* 7. — *l.* 17. ANTIQUA — debeat revocari *des.* *R* 3. ‖ *l.* 22. revocari *R* 2. ‖ *l.* 23. si *deest* *V* 7. manumissore *R* 1. ‖ *l.* 24. iniuriose *R* 2. ‖ *l.* 25. aut criminatorem *des.* *V* 7.

V, 7, 9. *Codd.* *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. (8. 17). — *l.* 17. VIIII] ANTIQUA *add.* *E* 2. *V* 2. 6. 17. ‖ *l.* 21. si *deest* *V* 3. ‖ *l.* 22. ipsam] ipsa *E* 2; ipse *V* 1. ‖ *l.* 25. ipse] ille *V* 1. ‖ *l.* 26. manumissus *E* 1.

1) *Cf.* *Pauli Sent.* *V*, 1, 4: Qui metu et impressione alicuius terroris apud acta praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendenti non praeiudicat. 2) *II.* 1. 21.

V, 7, 9. *Recc.*] data libertas poterit revocari [1]. Si vero ipse, qui manumisit, dicat, quod sub alio placito eum libertaverit, testes, qui presentes fuerint, ante iudicem ipsum placitum dicere non graventur; et postmodum, quod placitum fuerat, stare iubemus.

Erv.] in eo conditionis reservans; huiusmodi libertatem revocare non liceat, excepto si manumissori eum, qui manumissus est, iniuriosum aut contumeliosum vel accusatorem aut criminatorem esse constiterit; pro quibus iniuriis data libertas poterit revocari. Si vero ipse, qui manumisit, dicat, quod sub alio placito aut definitione eum libertaverit, si per scripturam definitio ipsa minime claruerit, testes, qui presentes fuerint, ante iudicem ipsum placitum vel definitionem dicere non graventur; et postmodum, quod placitum vel definitum fuerat, stare iubemus.

V, 7, 10. *Recc. Erv.*]

X. ANTIQUA.

Si libertus iniuriam faciat manumissori.

Si [2] libertus manumissori suo iniuriosus fuerit, aut si patronum pugno aut quolibet hictu percusserit vel eum falsis accusationibus inpetierit, unde ipsi capitis periculum conparetur, addicendi eum ad servitutem habeat potestatem: ita tamen, ut aput iudicem probet causas superius conprehensas.

V, 7, 11. *Recc. Erv.*]

XI. ANTIQUA.

Ne contra patronum vel filios eius testificari audeat manumissus.

Filio [3] vel heredi manumissi libertatem revocare non liceat, sed prioris sui vel

V, 7, 9. *l.* 3. alio] aliquo *R* 3. *V* 7. | *l.* 4. indice *R* 1. ipsut *R* 2. || *l.* 5. graventur] morentur *R* 3. || *l.* 6. fuerit *V* 7. stare] *ita R* 1. 3; stari *R* 2; istare *V* 7.

V, 7, 9. *l.* 1. reservans] servans *V* 4. 8. | *l.* 2. libertas *E* 1. rebocari *E* 2; revocari *V* 2. 4. | *l.* 5. esse se const. *E* 1. pro] de *V* 1. || *l.* 7. alio] aliquo *V* 2. difinitione *V* 1. || *l.* 8. difinicio *V* 1. *l.* 10. definitionem — placitum vel *des. E* 1. *l.* 11. graventur] grabentur *E* 2; morentur *V* 2. *l.* 12. fuerit *E* 2. *V* 1. 2. 8. 17. stare] istare *E* 2; *deest V* 3.

V, 7, 10. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 14. 17. 19. 20). — *l.* 13. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 2. 7. 17; *deest R* 2. 3. *E. V* 1. 3. 4. 6. 14. 19. 20. || *l.* 15. patronum] *ita R. E* 2. *V* 7; patronum suum *cett.* || *l.* 16. hictu] *ita R. E* 2; ictu *alii.* falsa accusatione *V* 4. 8. inpetierit] impigerit *V* 3.

V, 7, 11. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 7. (8. 14. 17. 19. 20). — *l.* 19. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 7; *deest cett.*

1) *L. Rom. Vis. C. Th. IV*, 10, 1: Libertis ingratis in tantum iura adversa sunt, ut, si quadam iactantia vel contumacia cervices erexerint aut levis offensae contraxerint culpam, a patronis rursus sub imperia ditionemque mittantur. *Interpr.:* Quaecumque persona servilis a domino suo fuerit consecuta libertatem, si postea superbire coeperit aut patronum, id est manumissorem suum, laeserit, amissa libertate, quam meruit, in servitium revocetur. *Ibid.* 10, 2: Liberti adversus patronos non modo non audiantur, verum etiam eandem quam patronis ipsis reverentiam praestent heredibus patronorum, quibus ingrati actio, sicut ipsis manumissoribus, deferetur . . . Quod si delatores accusatoresque manumissorum heredumve esse praesumserint, eodem quo servi supplicio tenebuntur . . . *Interpr.:* Libertos non solum contra patronos, sed et contra patronorum heredes audiendos non esse . . . *Conc. Tolet. IV* (*a.* 633), *can.* 68: . . . liberto adversus ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi vel testificandi denegetur licentia; quod si praesumpserit, placet ut . . . in servitutem propriae ecclesiae revocetur; *cf. can.* 74.

2) *Cf. leges n.* 1 *allegatas.*

3) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV*, 10, 2 (*supra n.* 1) *et Nov.*

Recc. Erv.] parentum factum sine excusatione custodiat; ita tamen, ut nec contra filios filiorum libertus vel omnis posteritas eius testimonium dicere permittatur, et si dixerint, non credantur a iudice, sed redeant ad pristinam servitutem. De aliis vero rebus aut causis contra patroni filios vel nepotes tantum pro suo iure iuste contendant. V, 7, 11.

Recc. Erv.] XII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. V, 7, 12.

Ne testificent manumissi.

Libertus[1] vel liberta in nullis negotiis contra quemquam testimonium dicere admittantur, excepto in aliquibus causis, ubi ingenuitas deesse dinoscitur, sicut permissum est et de servis; quia indignum nostra pensat clementia, ut libertorum testimonio ingenuis damna concutiantur. Qui vero de eisdem fuerint progeniti,
Recc. deest. | ***Erv.***] omnismodis
Recc. Erv.] ad testimonium admittantur.

Recc.] XIII. ANTIQUA. V, 7, 13.

De rebus manumissi, si absque legitimis filiis moriatur.

Si manumissus sine filiis legitimo coniugio natis transierit, et ei patronus in libertate aliquid donaverit[2], aut forsitan de eius servitute discesserit et alibi se

Erv.] XIII.

De rebus manumissi, si absque legitimis filiis moriatur.

Si manumissus sine filiis legitimo coniugio natis transierit, et ei patronus in libertate aliquid donaverit, aut forsitan de eius servitute discesserit et alibi se contulerit, omnia ad patronum sive ad

V. 7, 11. *l.* 2. permittatur] *ita R. V* 1. 7; permittantur *cett.* *l.* 3. dixerit *R* 2. 3. *E* 1. *V* 1. credatur *R* 2. 3. *V* 1. 6. 7; credatur ei *E* 1. ‖ *l.* 4. tantum] tam *R* 1; *deest V* 3. contendat *R* 3. *E* 1. *V* 1. 7.

V. 7. 12. *Codd. R* 1. 2. 3. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 7. (15. 17. 19. 20). — *l.* 5. FL. – REX] FLS GLS RECDS REX *E* 2; FLS GLS RCDS REX *V* 2. 6; FLS GLRS RCHDS REX *V* 7; FLS GLS RECAREUS REX *V* 1; FLS RCHDS *V* 4; FLS RCDS REX *Pith.*; F. RECESVINTUS R. *V* 17. *Mad.*; ANTIQUA *R* 1. *V* 15; *inscriptio deest R* 2. 3. *E* 1. *V* 3. 19. 20. ‖ *l.* 8. non amittantur *E* 1. *l.* 9. pensat nostra *R* 2. *V* 1. testimonia *E* 1; testimonium *V* 7. ‖ *l.* 10. concutiatur *R* 1. eisdem] *ita R. E* 1. *V* 2; eis *E* 2; hisdem *V* 6. 7; iisdem *alii.* progeniti] *ita R. E* 1. *V* 3; geniti *V* 7; procreati *cett.* *l.* 11. omnismodis *deest R. E* 1.

V, 7, 13. *Codd. R* 1. 2. 3. *V* 7. — *l.* 13. ANTIQUA *deest R* 2. ANTIQUA – moriatur *des. R* 3. ‖ *l.* 16. legitimo ex coniugio *V* 7.

V. 7. 13. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. (8. 15. 17. 19). — *l.* 13. XIII] ANTIQUA *add. V* 3. 8. 15; ANTIQUA. FLS GLS RCDS REX *add. V* 6. 17. *Pith.*; FLS GLS RCDS REX *add. V* 4. *l.* 15. moriantur *E.* ‖ *l.* 16. filio *E* 1. legitimo] *ita E* 1. *V* 3; de legitimo *cett.* ‖ *l.* 18. servitute] *ita E. V* 2. 6; servitio *cett.* ‖ *l.* 19. alibi] *ita E. V* 3; alio *cett.*

Val. III. 24 (*L. Rom. Vis. Val.* 6) § 9: statuimus et iubemus, ut adversum manumissoris filios et nepotes liberti libertaeve in nullis omnino causis testimonium dicant . . . *Interpr.*: Contra filios vero vel nepotes (manumissoris) nec libertus nec liberta testimonium dicere in quacumque causa praesumant. 1) *Legem antiquam, quae libertorum testimonium, ingenuis testibus deficientibus, admitti praecepit, in Codice Euriciano exstitisse, ex Gundobadi Lege Burgundionum suspicamur, ubi leguntur t.* 60, 3: Libertos etiam, si competens ingenuorum numerus defuerit, patimur testimonium perhibere. *Cum vero in nostra lege verba* in aliquibus causis *et* sicut permissum est et de servis *haud dubie ad Reccessvindi legem II,* 4, 10 *spectent, verba autem:* quia indignum *etc., ad legislatorem potius libertorum testimonium restringentem quam introducentem pertinere videantur, existimo etiam hanc nostram legem a Reccessvindo datam antiquiorique illi Euricianae esse substitutam. Ideoque inscriptionem* ANTIQUA, *quam praebet codex R* 1, *reiciendam et ex aliis codicibus Reccessvindi inscriptionem recipiendam duxi.* 2) *Cf. supra V,* 7, 1 *et p.* 235. *n.* 2.

V, 7, 13. *Recc.*] contulerit, omnia ad patronum sive ad eius heredes sine dubio revertantur. Quod si forsitam in terra patroni consistens aliquid de labore suo adquisierit, medietas exinde in patroni potestate consistat, et de alia medietate libertus faciendi quod voluerit in eius potestate permaneat. Quod si alium patronum sibi elegerit et sub eo aliquid adquisierit, medietas adquisite rei ad manumissore concurrat, alia vero medietas ad manumissi proximos, sive servi sint, sive liberi, sine dubio revertatur, vel in quem voluerit hanc medietatem conferendi habeat potestatem [1]. Illud vero, quod ei manumissor donaberit, in patroni potestate permaneat. Similis et circa ancillas manumissas forma servetur.

VIII, 1, 9. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 16. 20). — *l.* 23. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 1. *V* 5; *deest* *R* 2. *E* 2. *V* 1. 4. 16. ‖ *l.* 24. expeditionem *R* 2. vel] et *R* 2. *E*. *V* 1. depredare] *ita* *R* 1. *E*. *V* 1; predari *R* 2; depredari *cett.* presumunt] *ita* *R*. *E* 2. *V* 5; presumant *V* 1; presumpserit *E* 1; presumserint *cett.* ‖ *l.* 25. expeditione *E* 2. *V* 2. 3. que] si alicui aliquid *E* 1. satisfactionem *R* 2.

1) *Cf. supra c.* 2. 2) *Cf. ex. gr. VII,* 2, 13. 14*; VIII,* 1, 12*;* 2, 2.

Recc. Erv.] Quod si non habuerint, unde conponant, rem simplam reddant et CL flagella suscipiant. Quod si nolentibus dominis servi hoc fecerint, rem ablata in statu reforment et CC flagella extensi sustineant. Cuius rei exactionem provinciarum comites vel iudices aut vilici studio suo non morentur inpendere, quia provincias nostras non volumus hostili predatione vastari[1]. **VIII, 1, 9.**

Recc. Erv.] X. ANTIQUA. **VIII, 1, 10.**

Ut socios nominet, aput quem pars rapine inventa cognoscitur.

Aput quem scelus aut pars rapine fuerit inventa, istatim socios suos nominare cogatur. Qui, si nominare noluerit, teneatur ad vindictam. Quod si honestior persona est, aut pro scelere rationem reddat, aut que ablata vel eversa fuerint undecupli conpositione restituat et C publice flagella suscipiat. Si certe aput servum rapine pars repperiatur, CC flagella publice extensus accipiat et socios suos nominare non differat.

Recc. Erv.] XI. ANTIQUA. **VIII, 1, 11.**

De his, qui diripienda indicare repperiuntur.

Quicumque ingenuus vel servus aliqua diripienda indicaverit, ut cuiuscumque res ęvertatur aut pecora vel iumenta diripiantur, et ex hoc certis probationibus publice convictus inveniatur, pro eo, quod indicaverit, C flagella publice extensus accipiat*.

*) *V* 3 *add.:* et res illa, quam indicavit, a domino suo reddatur; et si res illa non potuerit inveniri, ille, qui indicavit, de sua facultate reddat.

VIII, 1, 9. *l.* 1. rem — et *des. V* 3. simplam] sumptam *Pith.* reddant] restituant *E* 1. *V* 6. CL] *ita R* 1. *E. V* 1. 2. 4. 6. 8. 16; centum quinquaginta *R* 2; centum *V* 15; L *cett.* ‖ *l.* 2. nolentibus] non iubentibus *Pith.* ablata] *ita R;* ablatam *cett.* in statu] in istatu *R* 1; in statum *E* 2. ‖ *l.* 3. CC] centum *V* 15. sustineant] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1. 5. 15. *Pith.;* accipiant *V* 2. 3; capiant *V* 4; suscupiant *V* 16; sustentent *cett.* provinciarum *deest V* 2. comites vel iudices] iudices ac comites *V* 6. *l.* 4. vilici] *ita R. E. V* 1; villici *cett.* studio suo] istudio suo *R* 1; studiose *V* 2. moretur *E* 1. inpendere] inplere *R* 1. provincia nostra *R* 2. non volumus] nolumus *V* 2. 15. ‖ *l.* 5. hostili] civili *V* 4.

VIII, 1, 10. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 16. 20). — *l.* 6. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 2. 5; *deest R* 2. *E* 2. *V* 1. 3. 4. 6. 8. 16. 20; F G R *E* 1. ‖ *l.* 7. socios] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. 2; socios suos *cett.* nominent *E.* inventa *deest R* 2. cognoscitur] agnoscitur *V* 5. ‖ *l.* 8. fuerint *R* 2. istatim] *ita R* 1. *E* 2; statim *cett.* suos *deest V* 2. ‖ *l.* 9. Qui] *ita R;* Quod *cett.* honestior] *ita R. E* 1. *V* 3. 4. 16; honestioris loci *cett.* (onestiores loci *E* 2). ‖ *l.* 10. iscelere *R* 1. aut que] vel *E* 1. ęversa *R* 1; adversa *E* 2. fuerint] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. 2; fierant *R* 2; fuerant *cett.* ‖ *l.* 11. conpositione] conpositionem *R* 2; satisfactione *V* 2. suscipiat] accipiat *V* 4. Si] Quod si *E* 1. ‖ *l.* 12. repperiatur] repperitur *R* 2. *E. V* 1. 2. CC] C *E* 1. *V* 3. accipiat] suscipiat *V* 5. *Pith.*

VIII, 1, 11. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15. 16. 18). — *l.* 14. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 2. 5. 15. *Pith.; deest R* 2. *E. V* 1. 3. 4. 6. 16. ‖ *l.* 16. deripiendum *R* 2; ad diripienda *V* 1. aliqua diripienda] *ita R. V* 1. 2. 3; aliquid diripienda *E* 1; aliquid diripiendum *cett.* indicaverint *R* 1; vendicaverit *V* 1. ut] *ita R* 1. *E. V* 1. 2; vel ut *cett.* ‖ *l.* 17. ęvertatur] *ita R* 1; aevertatur *R* 2; evertatur *cett.* et ex] ex *V* 1. ‖ *l.* 18. inveniatur] invenitur *V* 1. 2; invenitur *al. m. corr.* inveniatur *E* 2. publice extensus *des. V* 3. accipiat] suscipiat *V* 3. 18. ‖ *l.* 19. quam] *ita V* 3 *secundum Mad.;* quod *sec. Heyne.* indigavit *V* 3. a *om. Mad.* reddatur] *ita emendavi;* reddat *V* 3. ‖ *l.* 20. inveniri] inbenire *V* 3.

1) *Cf. L. Baiuv.* 2, 5.

VIII, 1, 12. ***Recc. Erv.***]

XII. ANTIQUA.

De his, qui itineranti vel in opere rustico constituto aliquid abstulerint vel molestiam inferre presumserint.

Qui in itinere vel in opere rustico constituto aliquid violenter intulerit vel abstulerit, ubi ex hoc iudici fuerit interpellatum, ille, qui abstulerit, quadruplum restituat, aut si aliut aliquid cedis vel damni fecerit, legaliter satisfaciat. Quod si hoc servus domino nesciente conmiserit, et C flagella suscipiat, et dominus pro servo conpositionem exolvat. Nam si dominus conponere noluerit, servum tradere non recusetur.

VIII, 1, 13. ***Recc. Erv.***]

XIII. ANTIQUA.

Si ille, qui diripuit, in ipsa direptione morte necetur.

Qui[1] aliena pervasit, si in ipsa direptione percussus aut occisus fuerit, ille, qui percussit, nullam calumniam patiatur.

Recc. Erv.]

II. TITULUS: DE INCENDIIS ET INCENSORIBUS.

I. De his, qui sive in civitate sive extra civitatem domibus inmiserint ignem.
II. Si ignis inmittatur in silva.
III. Si, dum iter agitur, ignis longius dilavetur.

VIII, 2, 1. ***Recc. Erv.***]

I. ANTIQUA.

De[2] his, qui in civitate seu extra civitatem domibus inmiserint ignem.

Qui[3] in alienam domum in civitatem ignem supposuerit, correptus a iudice ignibus deputetur; et de bonis eius domino domus, si tamen aliquid damni pertulerit,

VIII, 1, 12. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15. 16. 18). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 2. 5; *deest R* 2. *E. V* 1. 3. 4. 6. 16. ‖ *l.* 2. itineranti] iteranti *R* 2. *V* 1. 2; iteranti *corr. al. m.* itineranti *E* 2; iteratim *V* 3; in itinere *V* 15. rustico] rusticano *hic et infra V* 16. abstulerit *R* 2; abstulit *V* 1. 2. 3. ‖ *l.* 3. presumpserit *V* 1. 2. ‖ *l.* 4. rustico *deest V* 3. 18. ‖ *l.* 5. ubi — abstulerit *des. V* 1. ex *deest R* 2. iudicis *R* 2; a iudice *Pith.* abstulit *V* 16. ‖ *l.* 6. aut si] aut in *R* 2; vel si *E* 1; quod si *Pith.* aliut *deest E* 1. *Pith.* cedis] cedisse *E* 1. legaliter] largiter *E* 2. ‖ *l.* 8. conpositionem — dominus *des. V* 2. conponere] p r o s e r v o *add. E* 1. tradere non rec.] tradat *V* 4. ‖ *l.* 9. recusetur] *ita R* 1; recuset *R* 2. *Mad.*; moretur *E. V* 1. 2. 3. 5. 18. *Pith.*

VIII, 1, 13. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15. 16. 18). — *l.* 10. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 2. 3. 5; *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 4. 6. ‖ *l.* 11. diripit *R* 2. *E* 1; diripuerit *V* 1. ‖ *l.* 12. pervasit] *ita R* 1. *E. V* 3. 15. 16. 18; pervadit *V* 2. 4. *Mad.*; prevaserit *R* 2; prevasit *V* 1. 5; diripit *Pith.* si] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. 2. 3. 4. 15. 16. 18. *Pith.*; et *R* 2. *E* 1. *V* 5. *Mad.* percussus — qui *bis scr. R* 1. *l.* 13. percussit vel occidit *V* 4.

TIT. II. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 6. — *l.* 14. CENSORIBUS *E* 2; INCENSSORIBUS *V* 1.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. *V* 2. — *l.* 15. sive in] *ita R. E* 1; sive *deest E* 2. *V* 2. civitatem *R* 2. seu extra *R* 2. domibus — ignem *des. R* 2. inmiserit *E* 2. ‖ *l.* 16. silva] *ita R* 1. *V* 2; silvam *cett.* ‖ *l.* 17. dilavetur] *ita R* 1. *V* 2; dilabetur *cett.*

VIII, 2, 1. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 15. 16. 20). — *l.* 18. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 3. 5; *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 2. 6. 8. 15. 16. 20. ‖ *l.* 19. in] *ita R*; sive in *E. V* 1. 2. 3. civitatem *R* 2. *E* 1. seu] sive *E* 1. *V* 2. inmiserit *R. V* 1. ‖ *l.* 20. in alienam domum] aliene domui *V* 1. *Pith.* civitatem] *ita R. E*; civitate *cett.*

1) *Cf. supra VII,* 2, 15. 16. 2) *De hac lege et duabus sequentibus cf. H. Brunner, 'D. Rechtsg.' II, p.* 654 *sqq.* 3) *Cf. Pauli Sent. V,* 3, 6 *et praecipue Dig. XLVIII,* 19, 28, § 12: Incendiarii puniuntur, qui ob inimicitias vel praedae causa incenderint intra oppidum, et plerumque vivi exuruntur; qui vero casam aut villam, aliquo lenius; *L. Rom. Burg.* 18, 2. 3; *Ed. Theoderici c.* 97.

Recc. Erv.] conponatur hac pretium domus reddatur incense. Sed ille, cuius domus **VIII, 2, 1.** incensa est, coram testibus, quantos statuerit sententia iudicantis, prebeat sacramentum, se fideliter quod in domo sua habuit profiteri nec plus, quam illi conditum fuerat, postulare nec domus sue pretium amplius taxare, quam valuit. Et si post datum sacramentum aliquid fefellisse convincitur, in duplum, que sunt supra modum debite conpositionis exacta, illi cogatur inferre, qui conpositionem exolverat. Quod si in domum, sicut superius diximus, ignis inmissus ad proximas domos forte transierit, iuxta damni modum inter eos etiam, qui domos vel res suas incendio perdiderant, eius substantia dividatur; si tamen post conpositionem illius, in cuius domum ignem misit, inpletam aliquid de facultatibus eius cognoscitur residuum esse; ita ut simili modo coram testibus sacramenta dependant, se non amplius repetere, quam incendio perdiderunt. Et si post datum sacramentum periurasse noscuntur, hec, que amplius exegerint, in duplum ei, quem fraudulenta ambitione damnare voluerant, cogantur exolvere. Qui vero extra civitatem in domum mittit incendium, omnia, que sunt in domo incensa, restituat et pretium domino domus reddere non moretur. Sed his, cuius domus incensa est, coram testibus iurisiurandi interpositione confirmet, se non amplius postulare, quam perdiderat. Et si post datum sacramentum amplius, quam perdiderat, exigisse dinoscitur, in duplum ei, qui damna sustinuit, coactus exolvat. Quod si etiam vicine domus ex eo, quod inmissum est incendium, forte consumte sunt, si de bonis eius superfuerit, unde his etiam conponatur, hii quoque amissa recipiant; prius tamen cum sacramento coram testibus profiteantur, se non amplius quam perdiderant postulare. Et si periurasse cognoscuntur aut amplius exegisse, in duplum ei, quem tali fraude damnaverant, male exacta restituant; ita ut pro correptione qui domum incenderat C flagella suscipiat. Et quicumque tale damnum admittens non habuerit, unde conponat, servituti subiaceat. Si certe cuiuscumque servus sive in civitate seu extra civitatem incendium intulisse cognoscitur, dominus, si servum tam nocentis admissi voluerit liberare a supplicio, pro eius crimine conponere non moretur; ita ut servus publice CC hictus accipiat flagellorum. Sed ille, cuius domus incensa est, iurare cogatur, se amplius non repetere, quam in eius domo

VIII, 2, 1. *l.* 1. hac] *ita R* 1. *E* 2: ac *cett.* || *l.* 3. se] et *V* 16. domo sua] domu sua *E* 1; domum suam *E* 2. habuerit profiteatur *V* 16. nec plus] ne plus *E* 1. illi] illic *E* 2. *V* 2. 4. 6. 8. 16. 18. *Pith.* conditum] *ita R. E. V* 2. 4. 8. 16. 18. *Pith.;* condictum *V* 1; quantum *V* 3; cognitum *V* 6. *Mad.* || *l.* 4. domum suam *E* 1. valuit] audeat *add. V* 16. || *l.* 5. convincitur] cognoscitur *V* 4. *l.* 6. qui conp.] quia nunc conp. *R* 2. || *l.* 7. sicut] quod *V* 3. diximus] *deest R* 1; dictum est *E* 1. *l.* 8. iusta *E* 2. modum] dum *R* 2; domum *V* 1. perdiderunt *E* 1; perdiderint *V* 16. || *l.* 9. eius] et eius *R* 2. substantiam *R* 2. || *l.* 11. sacramenta dependant] *ita R. E* 2. *V* 2; sacramenta rependant *E* 1; sacramento adprendant *V* 3; sacramento defendant *V* 1. 4. *Pith. Mad.* se] si *E* 1. || *l.* 12. pos *al. m. corr.* post *hic et infra E* 2. periurare *E* 2. cognoscuntur *R* 1. et hec *E* 2. || *l.* 13. exigerint *E* 2. *V* 1. damnare] fraudere *V* 3. boluerat cogatur *E* 2. || *l.* 14. civitatem a l i e n a m *V* 4. mittit] *ita R. E* 1. *V* 1. 2. 3. 4. 16; mittat *cett.* || *l.* 15. his] *ita R. E* 2; is *cett.* || *l.* 16. iusiurandi *E* 1. interpositionem *R* 2. || *l.* 17. Et — perdiderat *des. R* 2. *V* 1. || *l.* 18. exigisse] *ita R* 1. *E* 2; exegisse *cett.* dinoscitur] vel periurasse noscitur *add. V* 15. damnum *E* 2. *Pith.* || *l.* 19. inmissum] missum *R* 1; inmissus *R* 2. || *l.* 20. sunt] sint *V* 16. unde] ut de *E* 1. his] *ita R* 1. *E;* eius *V* 1; eis *cett.* conponantur *V* 2. hii] *ita R* 2. *E;* hic *R* 1; hi *alii.* || *l.* 21. profiteatur *R* 1. || *l.* 22. perdiderat *R* 1. periurare *E* 2. *V* 1. cognoscuntur] *ita R;* cognoscantur *E* 1; noscantur *Pith.;* noscuntur *cett.* amplius] plus *V* 16. exigisse *E* 2. || *l.* 23. damnaverant] *ita R* 1. *V* 1. 2; damnaberat *E* 2; damnaverint *cett.* mala *E* 1. *V* 1. pro *deest V* 1. || *l.* 24. correptionem *R* 2; corruptionem *E* 2. talem *R* 2. *E* 2. || *l.* 25. amittens *E.* ipse servituti *V* 3. Si certe] Certe si *V* 16. cuiuscumque] cuiusquam *V* 1. || *l.* 26. civitatem *R* 2. *E* 1. seu] sive *R* 1. civitate *R* 1. dominus si servum] si servum *des. V* 3; reum *al. m. corr.* dominus si servum *E* 2. || *l.* 27. liberare a] libertare *V* 3. *l.* 28. ut *deest E* 1. i p s e servus *V.* ducentos *R* 2. *V* 1. hictus] *ita R. E* 2; ictus *cett.*

VIII, 2, 1. *Recc. Erv.*] flamma consumsit. Et si conponere pro servo noluerit, tradatur servus ad penam, ut supplicio capitali admissa persolvat.

VIII, 2, 2. *Recc. Erv.*] II. ANTIQUA.

Si ignis inmittatur in silva.

Si quis qualemcumque silvam incenderit alienam, sive piceas arbores vel caricas, hoc est ficos, aut cuiuslibet generis arbores igne cremaverit, a iudice correptus C flagella suscipiat et pro damno satisfaciat, sicut ab his, qui inspexerint, fuerit estimatum. Quod si servus hoc domino nesciente conmiserit, CL verberibus addicatur. Et si pro eo dominus conponere noluerit, cum duplum vel triplum damni fecerit, quam quod eundem servum valere constiterit, ipsum servum pro facto tradere non retardet.

VIII, 2, 3. *Recc. Erv.*] III. ANTIQUA.

Si, dum iter agitur, ignis longius dilavetur.

Qui[1] in itinere constitutus in cuiuscumque forsitam campo adplicaverit et ad quoquendum cibum aut frigoris necessitate conpulsus ignem fecerit, cautus sit, ne ignis longius dilavetur, aut si in ispinis sive in pabulis siccis, in quibus plerumque flamma nutritur, incendium convalescat, ignem, cum crescit, extinguat. Quod si se longius flamma extenderit, et messis aut area vel vinea aut domus sive pomarium incendio concremetur, tantum, quantum flamma consumsit, reddere vel conponere conpellatur qui ignem, quem fecerat, neclexit extinguere.

Recc. Erv.] III. TITULUS: DE DAMNIS ARBORUM, ORTORUM ET FRUGUM QUARUMCUMQUE.

VIII, 2, 1. *l.* 1. pro servo] *ita R. E. V* 3; dominus pro servo *cett.* || *l.* 2. amissa *R* 2.

VIII, 2, 2. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. (3). 4. 5. (6. 8. 15). — *l.* 3. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 2. 5. 6. 8. 15; *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 3. 4. || *l.* 4. Si] Quod si *R* 1. ignem *V* 1. silva] *ita R* 1. *E* 2; silvam *cett.* || *l.* 5. in qualemc. *E* 2. piceas arbores] pice a servo res, *e corr.:* piceas as arbores *E* 2. || *l.* 6. hoc est ficos *des. V* 4. 5. ficos] *ita R* 1. *V* 1; ficas *E* 2; ficus *cett.* genus *R* 2. igne] ignem *R* 2; *deest Pith.* corruptus *E* 2; correctus *V* 2. || *l.* 7. C] centum *R* 2. satisfaciat] satisfacere compellatur *V* 16. his] is *E* 2. || *l.* 8. extimatum *R* 2. *E* 2. *V* 1. CL] centum quinquaginta *R* 2. flagella verberibus *E* 2; flagellorum verberibus *V* 1. 2. *Pith.* addicetur *V* 1. 5. 16. || *l.* 9. duplo vel triplo *E* 1. || *l.* 10. ipso servo *R* 1. || *l.* 11. retardet] *ita R* 1. *E* 1; retardent *R* 2; moretur *cett.*

VIII, 2, 3. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 16). — *l.* 12. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 2. 5; NOBITER EMENDADA *add. V* 3; *deest R* 2. *E. V* 1. 4. 6. || *l.* 13. iter *deest V* 2. dilavetur] *ita R* 1; dilabetur *R* 2. *E* 2. *V* 1. 2. 3; dilatetur *V* 15; dilabatur *cett.* || *l.* 14. in] *ita R. E. V* 1. 2. 3; se *cett.; deest Pith.* adpliverit *R* 2. || *l.* 15. quoquendum] *ita R;* coquendum *cett.* civum *R* 1. cautus] captus *E* 1. || *l.* 16. dilavetur] *ita R* 1. *V* 2; dilabatur *E* 1. *V* 1; dilabetur *cett.;* dilatetur *V* 3. 15. in *deest E* 2. ispinis] *ita R* 1. *E* 2; spinis *cett.* pavulis *R* 1. || *l.* 17. cum crescit] *ita R. E* 2. *V* 1. 2; concrescit *E* 1; cum crescat *cett.* extiguat *R* 1. || *l.* 18. flammam *E* 1. et — domus] ut ad messes aut aream vel vineam aut domos *V* 2. domos *E* 2. pomarum *E* 1; pomerium *V* 2. || *l.* 19. incendio] igne *V* 3. concrematur *R* 1; cremetur *V* 3; concrementur *E* 2. consumsit] consumtum sit *R* 1. reddere vel *des. V* 3. || *l.* 20. qui ignem] quia ignem *V* 1. fecit *V* 2. neclexit] *ita R;* neglexit *cett.*

TIT. III. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 6. — *l.* 21. ORTORUM] *ita R. E. V* 6; VEL ORT. *V* 2; HORTORUM *E* 1. ET] *ita R* 1. *V* 6; *deest R* 2; VEL *E. V* 1; SIVE *V* 2.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. *V* 2. — *l.* 23. conpositionem *R* 2. || *l.* 24. hortum *E* 1.

1) *Cf. Ed. Roth. c.* 148; *L. Burg.* 41; *L. Rom. Burg.* 18, 4; *H. Brunner, 'D. Rechtsg.' II, p.* 658.

Recc. Erv.] III. Si de incise arboris ruina debilitatio vel homicidium perpetretur.
IIII. Si arbor ex parte incisa sive conbusta damna concutiat.
V. De vinea incisa vel evulsa sive concremata adque de fructibus usurpatis.
VI. Si sepis incidatur vel incendatur.
VII. Si pali de sepibus incidantur.
VIII. Si in alienam silvam quis cum vehiculo capiatur.
VIIII. Si loca fructifera vel pascuosa nimia angustia coartentur.
X. De animalibus volumtarie in messe vel vineis missis.
XI. Si quelibet animalia frugibus damna concutiant.
XII. Si pratum defensum a pecoribus naufragetur.
XIII. Si fructifera loca ab animalibus extiterint dissipata.
XIIII. Si expellentibus de fructibus pecora quisquam excutiat vel de clausura furto aut violentia tollat.
XV. De animalibus in vinea, messe vel prato perventis.
XVI. Si, priusquam expellantur, animalia de fructibus exierint.
XVII. Si in fructibus animalia perventa quacumque aliquis detruncatione turpaverit.

Recc. Erv.] I. ANTIQUA EMENDATA. **VIII, 3, 1.**

De conpositione arborum incisarum.

Si quis inscio domino alienam arborem inciderit: si pomifera est, det solidos III; si oliva, det solidos V; si glandifera maior est, duos solidos det; si minor, det solidum unum; si vero alterius generis sunt et maiores adque prolixiores sunt, binos solidos reddat, quia, licet non habeat fructum, ad multa tamen conmoda utilitatis preparant usum. Et hec quidem conpositio erit, si tantundem abscise fuerint; nam si presumtive incise alicubi ferantur, aut similes arbores cum illis incisis dabuntur, aut predictum pretium duplo solvetur.

Recc. Erv.] II. ANTIQUA. **VIII, 3, 2.**

Si ortum quis vastaverit alienum.

Si quis alienum ortum vastaverit, statim iuxta damni estimationem a iudice

l. 1. Si *deest* *E* 1. de *deest* *E* 2. incise] incensę *E* 1. perpetretur] *deest* *R* 2; preparetur *E* 2. *l.* 2. sibe *R* 2. *E* 2. damno *E* 1. ‖ *l.* 3. vineam incisam vel evulsam *R* 2. adque — usurpatis *des.* *R* 2. fructibus] *ita* *R* 1. *E* 2; frugibus *E* 1. ‖ *l.* 4. sepis] *ita* *R.* *E.* ‖ *l.* 6. alienam silvam] *ita* *R.* *E* 1. *V* 2; aliena silva *E* 2. vehiculum *R* 1; veiculo *R* 2; veiculo *corr. al. m.* vehiculo *E* 2. *l.* 7. pascua *R* 2. congustia *E.* coartentur] coarctetur *E* 2; *deest* *R* 2. ‖ *l.* 8. volumtari *R* 1; volumtarię *R* 2; bolumtarie *E* 2; voluntarie *E* 1. messe] *ita* *R.* *E* 2. *V* 2; messem *E* 1. vel] vel in *E.* vineis] *ita* *R.* *E* 2. *V* 2; vineas *E* 1. ‖ *l.* 12. frugibus *E* 2. pecora *deest* *R* 1. vel — tollat *des.* *R* 2. clausura] *ita* *E* 1; clausa *R* 1; clusa *E* 2. ‖ *l.* 13. furto] *ita* *R* 1; furtu *E* 2; furtum *E* 1. violentiam *E* 1. ‖ *l.* 14. messe vel prato] messi prato vel horto *E* 1. perventis] preventis *V* 3. *l.* 15. fructibus] *ita* *R* 1; frugibus *cett.* exierint *deest* *R.* ‖ *l.* 16. quacumque] quicumque *R* 2. perventa] preventa *V* 2. detr. turp. *des.* *R* 2. turpaverint *E* 1.

VIII, 3, 1. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 15. 16. 18). — *l.* 17. ANTIQUA EMENDATA] *ita* *R* 1; ANTIQUA *E.* *V* 2. 3. 5; *des.* *R* 2. *V* 1. 4. 6. 15. 16. ‖ *l.* 18. incisorum *R* 2. *l.* 19. inscio] iniscio *R* 1; nescio *V* 18. III] *ita* *R* 1; tres *R* 2. *E.* *alii.* ‖ *l.* 20. V] quinque *R* 2. maior est] maiorem *E* 1; arbor est *V* 3; maior *deest* *V* 18. duos s. det] sol̃ II *E* 1. si minor] *ita* *R.* *E* 1; *des.* *V* 1; si minor est *cett.* det s. unum] det solido uno *R* 2; sol̃ I *E* 1. ‖ *l.* 21. sunt *deest* *Pith.* binos] quinos *V* 3. ‖ *l.* 22. reddant *R* 2. habeat] *ita* *R* 1. 2; abeat *E* 2; habeant *cett.* hutilitatis *R* 1; utilitatem *R* 2. ‖ *l.* 23. preparat *E* 2; preparare *V* 2. ‖ *l.* 24. presumtive vel *R* 1. ferantur] fuerant *E* 2; inferantur *V* 18. aut vive similes *V* 8. ‖ *l.* 25. predictum] perditum *E* 2. duplum *R* 3. solvetur] solvatur *R* 3; servetur *E.*

VIII, 3, 2. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 16. 18). — *l.* 26. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 1. *V* 2. 3. 5; *deest* *R* 2. *E* 2. *V* 1. 4. 6. 16. ‖ *l.* 27. hortum *E* 1, *et ita infra.* ‖ *l.* 28. Si quis] Qui *R* 2. et statim iusta *E* 2. damni *deest* *R* 2. extimatione *E* 2; extimationem *V* 1; estimatione *V* 2.

VIII, 3, 2. *Recc. Erv.*] coactus domino orti cogatur exolvere: ita ut, si servus hoc fecerit, super conpositionem ipsius damni L flagella extensus accipiat.

VIII, 3, 3. *Recc. Erv.*] III. ANTIQUA.

Si de incise arboris ruina debilitatio vel homicidium perpetretur.

Si[1] quis arborem inciderit, et aliquid damni fecerit, aut si, dum cadit, arbor aliquem occiderit, damnum qui incidit exolvat. Quod si in circuitu arboris homines fuerint, priusquam cadat arbor, admoneat[2], et si de ramis arboris conruentis postea, quam conmonuerit, aliquis debilitatus aut mortuus fuerit, nullam ille, qui arborem incidit, calumniam pertimescat. Ceterum si aut senem aut debilem aut dormientem, aut qui sibi cabere non potuit, aut pecudem fortasse ruina huius arboris debilitaverit vel occiderit, pro quadrupe uno domino alium eiusdem meriti mox reformet et pro occiso homine tamquam homicida teneatur; pro debilitato vero iuxta formam legum satisfacere conpellatur. Et si aliquis alienam arborem inciderit, pro violentia conponere non moretur. Quod* si dominus arboris incisorem fuerit contestatus, et postmodum incisor fuerit, dum incidit, occisus, mors eius nullatenus requiratur[3].

*) *R* 3: Quod si dominus arborem incidens contestaverit, et postmodum incisa fuerit arbor, quem occiderit, mors eius nullatenus requiratur.

VIII, 3, 4. *Recc. Erv.*] IIII. ANTIQUA.

Si arbor ex parte incisa sive conbusta damna concutiat.

Si[4] arbor ex parte incisa sit aut ex aliqua parte igne conbusta, et illo, qui inciderat vel incendere ceperat, absente arbor ceciderit, nulla ei pro damno, quod per ruinam arboris factum est, calumnia moveatur.

VIII. 3. 2. *l.* 1. horti *R* 2. *E* 1. *l.* 2. accipiat] suscipiat *V* 18.

VIII, 3, 3. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 15. 17. 18. 20). — *l.* 3. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 1. *V* 2. 5; ANTIQUA NOVA *V* 8; FLS GLS RCDS REX *V* 3; *deest R* 2. *E* 2. *V* 1. 4. 15. 20. *l.* 4. de *deest E* 2. preparetur *E* 2. || *l.* 5. et] vel *V* 17. 18. *Pith.* || *l.* 6. exolvat] solvat *V* 3; persolvat *Pith.* circuitum *R* 2. homines qui fuerint *R* 2. || *l.* 9. Ceterum] Certe *E* 2. *V* 1. *Pith.* aut senem *post* dormientem *add. V* 1. 5. *Pith.* || *l.* 10. aut qui] aut *deest V* 3. sibi] se *V* 3. cabere] *ita R* 1. *E* 2; cavere *cett.* || *l.* 11. quadrupe] *ita R* 1. *V* 2; quadrupem *R* 2; quatrupede *E* 2; quadrupede *cett.* domino] dominus *E* 1. alium] *deest R* 1; aliam *R* 3; aliam *corr.* alium *E* 2. || *l.* 12. hocciso *R* 1. iuxta] iusta *E* 2, *et sic saepius.* || *l.* 13. conpellantur *E* 1. aliqui *R* 2. pro violentia] per violentiam *V* 1. 2. 8. 18. || *l.* 14. harboris *R* 1. incisore *R* 1. || *l.* 15. postmodum] postea *V* 1. 5. *Pith.* hoccisus *R* 1. nullatenus] nullo modo *E* 1; non *V* 4.

VIII, 3, 4. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4). 5. 6. (15. 16). — *l.* 18. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 2. 3. 5; *deest R* 2. *E* 1. *V* 4. 6. 16. || *l.* 19. damno concuttiat *R* 1. || *l.* 20. illo] i~~ll~~ *E* 1; ille *E* 2. *V* 6. qui] absque dolo *add. Mad.* || *l.* 21. inciderat] incenderat *E* 2; inciderit *R* 3. incendere] incidere *R* 3. *V* 16. ceperat] ceperit *R* 3; preceperat *R* 2. *V* 3. 15; precepit *V* 16. arbo *R* 1; arbore *E* 1. cecidit *E* 2. || *l.* 22. per] pro *V* 3. ruinam] ruina *R* 1; summa *R* 2; *deest V* 3. calumniam *E* 2. *V* 2. moveatur] pertimescat *V* 3.

1) *Cf. Ed. Roth. c.* 138; *Dahn, 'Studien' p.* 145; *Frank, 'Kasuelle Tötung' p.* 33 *sq.* 2) *Cf. Conc. Tribur. c.* 37, *LL. Cap. II, p.* 234 *sq.* 3) *Arbor, quae cadens occiderat caedentem, 'auctor interfectionis' habebatur, cuius dominus, ut videtur, pro occiso etiam tum componere debuit, si ille arborem alienam domino neque iubente neque vetante inciderat. Solummodo si eum ante contestatus erat, componere non debuit. Qui scripsit codicem R* 3, *cuius lectionem sub asterisco subiecimus, non intelligens antiqui iuris rationem, locum prorsus mutavit. De aliis legum sententiis eiusdem rationis cf. H. Brunner, 'Absichtslose Missethat' p.* 840 *sqq. ('Forsch. z. deutsch. u. franz. RG.' p.* 520 *sqq.). Aliter locum intelligunt Dahn et Frank ll. cc.* 4) *Cf. L. Sax.* 54. 55; *Frank l. c. p.* 34 *sq.; A. B. Schmidt, 'Schadensersatz in den Volksrechten' p.* 35.

Recc. Erv.] V. ANTIQUA EMENDATA. **VIII, 3, 5.**

De vinea incisa vel evulsa sive concremata adque de fructibus usurpatis.

Qui vineam inciderit, eradicaverit vel incenderit alienam aut in desertum perduxerit, duas equales meriti vineas domino eius vinee reformare cogatur, et preterea dominus vinee illius deserte hanc ad ius suum revocare non dubitet. Si vero per violentiam fruges collegerit, et fruges in duplo restituat et quidquid everterit redintegrare procuret; ita tamen, ut cum sacramento colligentium per tempus vindemiarum duplam ipsius frugis conpositionem restituat. Servi vero sine dominorum iussu talia facientes per singulas vites decena flagella extensi percipiant et fruges omnino restituant, aut si dominus conponere voluerit, per sex vites solidum solvat. Quod si maius damnum creverit, et conponere dominus noluerit, servum tradere festinavit.

Recc. Erv.] VI. ANTIQUA. **VIII, 3, 6.**

Si sepis incidatur vel incendatur.

Si[1] quis per aliquod spatium sepes inciderit vel incenderit alienas, si maioris loci persona est, et sepem reparet et pro damno satisfaciat. Si quid tamen damni domino de fructibus accidisse cognoscitur, et damnum solvat, sicut inspectio habuerit estimantium, et preterea X solidos reddat. Sed et de eo campo, qui fructus habet vel habuit, et de prato sive de concluso V solidos conpellatur exolvere; de eo vero campo, in quo nulli fructus sepibus claudebantur, sepem tantummodo reparare cogatur.

VIII, 3, 5. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 16). — *l.* 1. ANTIQUA EMENDATA] *ita R* 1; *des. R* 2. *E. V* 4. 6. 8; ANTIQUA NOVITERQUE EMENDATA *Pith.;* ANTIQUA (IDEM *V* 1) NOVITER EMENDATA *V* 1. 5; ANTIQUA *V* 2; FLS GLORIOSUS *V* 3. ‖ *l.* 2. vineam incisam vel evulsam sive concrematam *R* 2. sive — usurpatis *des. E* 1. fructibus] *ita R* 1. *E* 2; frugis *V* 3; frugibus *cett.* ‖ *l.* 3. usurpatis] occupatis *R* 2. ‖ *l.* 5. equales] *ita R. E* 1; equali *E* 2; equalis *cett.* preterea] propterea *E* 1. ‖ *l.* 6. hanc] hic *E* 2. ius suum] uius suum *V* 3; iustum *R* 2; usum (ius *in marg.*) suum *Pith.* ‖ *l.* 7. colligerit *E.* et fruges] *ita R* 1. *V* 2; et frugem *cett.* evertit *Pith.* ‖ *l.* 8. procuret] non dubitet *E* 1. sacramentum *R* 1. colligentia *R* 2. ‖ *l.* 9. conpositione *R* 1. Servi vero] Si vero *E* 1. si sine *R* 1. iussu] iusso *R* 2; *deest V* 2. ‖ *l.* 10. per] et per *V* 1. pro singulis vitibus *V* 16. decena] *ita R* 3. *E* 1. *V;* decem *E* 2; centena *R* 1; ducentena *R* 2. extensus *E* 2. percipiant] *ita R* 1. 2. 3. *E* 1; accipiat *E* 2; accipiant *cett.* et — restituant *des. R* 1. frugem *E* 1. omnino] domino *Pith.* ‖ *l.* 11. aut] ut *R* 1; et *V* 16. dominus conp.] dominus pro eo conponere *E* 2; conponere pro servo dominus *V* 2. voluerit] noluerit *V* 1. 2. *Pith.* pro sex vitibus *V* 16. solvat] *ita R* 1. *E* 1. *V* 4; exsolvat *R* 3. *V* 3; reddat *cett.* ‖ *l.* 12. dominus] pro eo *add. E* 1. festinavit] *ita R* 1. *E* 2; destinavit *V* 3; festinabit *cett.*

VIII, 3, 6. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 15. 16. 20). — *l.* 13. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 2. 3. 5; *deest R* 2. *E. V* 1. 4. 6. 16. ‖ *l.* 14. sepis] *ita R. E. V* 6; sepes *alii.* ‖ *l.* 15. per] pro *R* 2. incenderit vel inciderit *E. V* 1. 2. vel incenderit *des. E* 2. *V* 3. ‖ *l.* 16. et sepem] et *deest E* 2. *V* 2; et sepes *V* 1. repararet *E* 1. ‖ *l.* 17. frugibus *R* 2. accedisse *Mad.* persolvat *E* 1. *l.* 18. estimantium] extimantium *E* 2. *V* 1; iudicantium *V* 2. preterea] propterea *E* 1. X] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1; decem *alii.* Sed et] et *deest E* 1. eo] *ita R. E;* eodem *V.* fructos *R* 1. habeat vel habuit *R* 1; abet vel abuit *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 19. V] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1; quinque *alii.* ‖ *l.* 20. nulli] *ita R* 1. *E. V* 1. 2. *Pith.;* nullus *R* 2. 3. *Mad. alii.* claudebantur] *ita R* 1. *V* 1. 2. *Pith.;* clauduntur *E* 1; claudebatur *cett.* reparare] reformare *V* 2. 15. 16. *Pith. et al. m. post add. E* 2.

1) *Hanc et sequentem legem a Leovigildo substitutas esse crediderim uni antiquiori, quam imitatus est legislator Burgundio in L. Burg.* 27, 1. 2*:* Si quis sepem alienam . . . inferendi tantum damni studio ruperit, si ingenuus aperuerit, inferat illi, cuius messis est, per singulos palos singulos tremisses; si servus hoc fecerit, C fustium ictus accipiat, et sepis, quae aperta fuerat, reparetur. Hoc etiam de prato et de vinea praecipimus custodiri.

VIII, 3, 6. *Recc. Erv.*] Si vero hoc persona inferior fecerit, solvat damnum de estimatis fructibus ac sepem reparet et L flagella publice suscipiat. Quod si servus hoc nesciente domino fecerit, et damnum solvat et sepem reparet et C flagella suscipiat. Quod si casu factum fuerit, sepem tantummodo reparet, que conlisa est; quia crimen videri non potest, quod non est ex volumtate conmissum.

VIII, 3, 7. *Recc. Erv.*] VII. ANTIQUA.

Si pali de sepibus incidantur.

Qui[1] de sepibus palos inciderit vel incenderit alienos, cum campus ille fructus ullos eo tempore non habuerit, in quadruplum reformare cogatur. Si autem fructus aliquid de his sepibus claudebatur, per singulos palos singulos tremisses conpellatur exolvere; ita ut, si ex fructibus aliquid perierit, ex integro reformetur. Eadem et de ortis sepe conclusis precipimus custodire.

VIII, 3, 8. *Recc. Erv.*] VIII. ANTIQUA.

Si in alienam silvam quis cum vehiculo capiatur.

Si quis aliquem conprehenderit, dum de silva sua cum vehiculo vadit et circulos ad cupas aut quecumque ligna sine domini permissionem asportare presumat, et boves et vehiculum aliene silve presumtor amittat, et que dominus cum fure aut violento conprehenderit, indubitanter obtineat.

VIII, 3, 9. *Recc. Erv.*] VIIII. ANTIQUA.

Si loca fructifera vel pascuosa nimia congustia coartentur.

Si quis cum fructibus vineam, pratum vel pascua habere cognoscitur et fossas per circuitum pro solo terrore constituat, ut non nisi per vineam aut messem transitus

VIII, 3, 6. *l.* 1. extimatis *E* 2. frugibus *V* 3. 15. 16. 20. || *l.* 2. ac] hac *E* 2; hanc *E* 1; anc *V* 3. L] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1; quinquaginta *alii.* nesciente] inscio *V* 16. || *l.* 3. et *deest V* 2. *l.* 4. casum factum *R* 2. *E* 2; de casu factum *Pith.;* per casum f. *V* 3; casa facta *E* 1. factum] tantum *al. m. post add. E* 2. fuerit] non voluntate *add. V* 15. reparet] *ita R. E* 1. *V* 16; reformet *cett.* *l.* 5. conmissum] consumtum *R* 2.

VIII, 3, 7. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 15. 16. 18). — *l.* 6. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 3. 5; *deest R* 2. *E. V* 1. 2. 4. 6. 16. || *l.* 8. palos eradicaverit inciderit *V* 15. alienos] *ita R. E* 2. *V* 1. 6. 16. 18; alienus *E* 1; alienis *Mad.* fructos *R* 1. || *l.* 9. ullos] ullo *R* 1; ullus *E* 2; nullos *R* 2; illo *V* 1. eo *deest V* 1. abuerit *R* 2. *E* 2, *et similiter saepius.* fructos *R* 1. || *l.* 10. aliquid] *ita R. E;* aliquos *R* 3; aliquis *V* 2; aliqui *cett.* de his] *ita R* 1. *V* 1. 2; de eis *E;* eis *R* 2; in *R* 3; his *cett.* claudebatur] *ita R* 1. *V* 2; claudebantur *cett.* pro singulis palis *V* 16. 18. singulos *deest E* 1. || *l.* 11. ex fructibus si *V* 1. 2. frugibus *R* 2. deperierint *R* 2. ex] in *E* 1. || *l.* 12. custodire] *ita R* 1. 3; custodiri *cett.*

VIII, 3, 8. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 16. 20). — *l.* 13. ANTIQUA] *ita R* 1. *E. V* 2. 5; *deest R* 2. *V* 1. 3. 4. 6. 16. 20. || *l.* 14. alienam silvam] *ita R. E;* aliena silva *cett.* quis cum] quicumque cum *R* 2; quiscumque *E* 2. || *l.* 15. vehiculo] veiculo *R* 2. *E* 2; aut sine vehiculo *add. V* 8. et] et aut *V* 2. || *l.* 16. lignamina *R* 2. permissionem] *ita R* 1; promissionem *R* 2; permissiones *E* 2; iussione aut permissione *Pith.;* voluntate *V* 4; permissione *cett.* adsportare *R* 1; hasportare *E* 1; portare *V* 3. 4. presumat] *ita R. E* 1; presumserit *cett.* || *l.* 17. veiculum *R* 2. *E* 2. amittat] silve domino habendum *add. V* 4. 8. que] alia que *V* 4. 8. dominus silve *V* 1. furem *R* 2.

VIII, 3, 9. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 15. 16). — *l.* 19. ANTIQUA] *ita R* 1. *E. V* 2. 5; *deest R* 2. *V* 1. 3. 4. 6. 15. 16. || *l.* 20. congustia] *ita R. E. V* 3; angustia *cett.* *l.* 21. fructibus] *ita R* 1. 3. *E. V* 2; frugibus *R* 2. *cett.* et] aut *E* 1. fossas per circ.] fortasse circuitum fossatum *V* 16. || *l.* 22. per circuitum] per circuitu *R* 1; *des. V* 4. ut] aut *E* 1. nisi *deest V* 16. transitum *E* 1.

1) *V. p.* 323, *n.* 1.

Recc. Erv.] esse possit, damnum, quod viator intulerit, ad viatoris culpam redundare non convenit. Campos autem vacantes si quis fossis cinxerit, iter agentes non hec signa deterreant, nec aliquis eos de his pascuis presumat expellere. **VIII, 3, 9.**

Recc. Erv.] X. ANTIQUA. **VIII, 3, 10.**

De animalibus volumtarie in messe vel vineis missis.

Qui[1] iumenta vel boves aut quecumque pecora volumtarie in vineam vel messem miserit alienam, damnum, quod fuerit estimatum, cogatur exolvere. Et si maior persona est, pro caballis aut bubus per singula capita singulos solidos reddat; per minora vero capita singulos tremisses ei, cui damnum factum est, conpellatur exolvere. Certe si inferior est forte persona, et damnum ex integro reddat et conpositionem ex medietate restituat adque XL flagella publice extensus accipiat. Si vero servus hoc sine iussu domini fecerit, omne damnum aut ipse aut eius dominus reddat, et ipse servus LX flagella suscipiat.

Recc. Erv.] XI. ANTIQUA. **VIII, 3, 11.**

Si quelibet animalia frugibus damna concutiant.

Si cuiuslibet qualiacumque animalia vineam vel messem everterint alienam, ille, cuius animalia damnum intulerint, tantum vinee vel agri cum frugibus eius meriti domino de suo restituere non moretur, quantum exterminatum esse cognoscitur; ita

VIII, 3, 9. *l.* 1. viatorem *V* 3. ‖ *l.* 2. cinxerit] *ita R* 3. *alii;* concinxerit *R* 1; cincxerit *R* 2; cinserit *E* 2. ‖ *l.* 3. deterreant] *ita R. E;* terreant *cett.*

VIII, 3, 10. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 15. 16). — *l.* 4. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 2. 5; *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 3. 4. 6. 15. ‖ *l.* 5. in vinea vel mese *V* 3. messe] *ita R. E. V* 1. 2; messem *cett.* vineis] *ita R. E. V* 2; in vineis *V* 1; vineas *cett.* ‖ *l.* 6. messem vel vineam] vinea vel messe *E* 1; messe vel vinea *E* 2. ‖ *l.* 7. immiserit *Pith.* aliena] *ita R* 1. *E;* alienam *cett.* fuerat *V* 1. extimatum *R* 2. *E* 2. *V* 1. Et *deest R* 2. ‖ *l.* 8. cavallis *V* 1. bubus] *ita R. E. V* 2; bubis *V* 1; bobus *cett.* solidos reddat] solvat solidos *Mad.* per] pro *E* 1. ‖ *l.* 9. tremissos *E* 1. *l.* 10. est forte persona] *ita E. V* 1. 2; est persona *R* 1; est fortasse persona *R* 2; forte persona est *R* 3. *alii.* ex integrum *R* 2. ‖ *l.* 11. XL] quadraginta *E* 2. *V* 1; LX *V* 16; X *R* 2; decem *R* 3. *l.* 12. iussu] *ita R* 3. *E. V* 1; iusso *R* 1; iussione *R* 2. *cett.*

VIII, 3, 11. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 16). — *l.* 14. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 2. 5. 6; *deest R* 2. *E. V* 1. 3. 4. ‖ *l.* 15. quelibet] cuiuslibet *V* 4. 5. frugibus] *ita R* 2. *E. V* 1. 2; in fructibus *R* 1; in frugibus *cett.* concuttiant *R* 1; concutiat *R* 2. ‖ *l.* 16. cuiuslibet] cuilibet *R* 2. aliena *R* 1. ‖ *l.* 17. eius] *ita R. E. V* 1; eiusdem *cett.* ‖ *l.* 18. quantum] quam *R* 2. exterminatum] extimatum *E* 2.

1) *Cf. H. Brunner, 'D. Rechtsg.' I, p.* 301, *n.* 44; *L. Sal.* 9, *Add.* 2: Si . . . sepem alienam aperuerit et in messe, in prato, in vinia vel qualibet laborem pecora miserit, cuius labor est, si convinctus eum fuerit, ad testibus stematum damnum reddat . . . et insuper *etc.; L. Burg.* 27, 4. 5: Si quis sepem alienam aperuerit et caballos suos aut animalia in messem aut in pratum voluntarius miserit, si ingenuus est, per singula animalia inferat pro messis vel prati damno domino solidos singulos. Si servus hoc fecerit, C fustium ictus accipiat, ita tamen, ut a domino servi damnum, quod admissum fuerit, componatur. *Lex Eurici, unde et Francus legislator et Burgundio hauserunt, etiam verba* sepem alienam aperuerit *et* caballos *(pro* iumenta*) habuisse videtur. Hoc Reccessvindus mutavisse, illa iam Leovigildus omisisse videtur. Nam in Ed. Roth.* c. 344, *cuius auctor ex Leovigildi codice hausisse videtur, leguntur:* Si quis caballus aut armenta asto animo in messe aliena aut in prato vel in quolibet damnum miserit, conponat per caput solidum unum excepto damnum, sicut arbitratum fuerit . . .

VIII, 3, 11. ***Recc. Erv.***] ut collectis frugibus ille recipiat, qui dedisse videtur. Et si non habuerit agrum aut vineam, unde conponat, tantum frugis reddat, quantum in equali parte agri vel vinee fuerit estimatum.

VIII, 3, 12. ***Recc. Erv.***]

XII. ANTIQUA.

Si pratum defensum a pecoribus naufragetur.

Qui in pratum eo tempore, quo defenditur, pecora miserit, ut postmodum ad secandum non possit erba succrescere: si servus est qui hoc fecerit, XL hictus accipiat flagellorum, et fenum reddatur a domino eius, quantum fuerit estimatum; si liber et inferioris loci persona sit, per duo capita tremissem unum reddat, et fenum nihilhominus iuxta estimatione ei, qui damnum pertulit, redditurus; si maior vero persona sit, per duo capita unum solidum reddat et fenum habita estimatione restituat.

VIII, 3, 13. ***Recc. Erv.***]

XIII. ANTIQUA.

Si fructifera loca ab animalibus extiterint dissipata.

Si[1] quis caballum aut pecus alienum in vinea, messe, prato vel orto invenerit, non expellat iratus, ne, dum de damnum expellit, evertat; sed ad domum suam inclusurus adducat et dominum caballorum vel pecorum faciat certiorem, ut presentibus his aut vicinis eorum damnum, quod inlatum fuerit, estimetur, et ad campum utreque partes conveniant, ut, postquam damnum inspexerint, pars campi vel vinee sive prati aut messis, que defracta fuerit, mensuretur; et donec fructus colligantur, expectetur, ut tantum de inpasto loco ei, cui damnum intulerit, facta spatii exequatione tradatur, et presentibus testibus et de eo loco, qui eversus est, et de eo, qui est intiger, fructus colligantur, ut quidquid minus in his locis, que a pecoribus eversa fuerint,

VIII, 3, 11. *l.* 1. fructibus *R* 3. *V* 2. Et si] Quod si *Pith.* ‖ *l.* 2. frugis] frugem *E* 1; fruges *V* 1; frugum *V* 16; de frugibus *Pith.* parte agri vel vinee] agro vel vinea *V* 16. ‖ *l.* 3. extimatum *E* 2. *V* 1.

VIII, 3, 12. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 16. 20). — *l.* 4. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E.* *V* 5; *deest* *R* 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 16. 20. ‖ *l.* 6. ut] et *E* 1. ‖ *l.* 7. erba] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 2; herba *cett.* fecit *R* 1. XL] decem *R* 3. hictus] *ita* *R* 1. *E* 2; hictos *R* 2; ictus *cett.* hictus fl. acc.] ffla capiat *V* 4; *desunt* *V* 2. ‖ *l.* 8. a] *ita* *R* 1. 3. *E* 1. *V* 3. 16; ad *R* 2; *deest cett.* extimatum *E* 2. *V* 1. ‖ *l.* 9. et *deest* *E* 2. *V* 1. 2. inferiori *E.* sit] est *E* 2. *V* 1. 2; *deest* *R* 2. per] propter *V* 2; pro *E* 2. *V* 1. *Pith.* duobus capitibus *V* 1. *Pith.* uno *R* 1. et *deest* *R* 1. *V* 1. *Pith.* ‖ *l.* 10. estimatione *R* 1; extimationem *E* 2. *V* 1. ei — pertulit] dampni ei, qui pertulit *V* 2. ‖ *l.* 11. persona est pro duobus capitibus *V* 2. *Pith.* sol. unum *E.* *V.* habita estimatione] habita extimatione *V* 1; ad estimationem *R* 3; aput extimationem *E* 2; iusta estimatione *V* 3. restituat] reddat *E* 2.

VIII, 3, 13. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4). 5. (6. 15. 16. 20). — *l.* 12. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 15; *deest* *R* 2. *E* 1. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 16. 20. ‖ *l.* 13. extiterint] fuerint *V* 1. 4. *Pith.* ‖ *l.* 14. cavallum *et similiter infra* *V* 1. orto] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 1; horto *cett.* ‖ *l.* 15. damnum] *ita* *R* 1. *E* 2; damna *R* 2; damno *cett.* ‖ *l.* 16. domino *R* 1. caballorum] iumentorum *V* 16. certiorem] denuntiari *V* 5. *l.* 17. his aut *des.* *V* 2. fuerat *R* 2. extimetur *R* 2. *E* 2. *V* 1. et ad campum] tunc ad locum illum *V* 5. ‖ *l.* 18. ut] *ita* *R* 1. 3. *Pith.*; et *cett.* ‖ *l.* 19. defracta] desruta *V* 2; defructaberat *pro* d. fuerat *V* 3. fuerit] *ita* *R* 3; fuerint *R* 1; fuerant *V* 2; fuerat *cett.* mensurentur *V* 2. et donec] et *deest* *R* 2. fructos *R* 1. colligatur *R* 2. ‖ *l.* 20. tantum de] tantumdem *R* 1; tantundem *corr.* t. de *E* 2; tantundem de *V* 1. *Pith.* ei cui] eius qui *V* 3. intulit *R* 1. ispatii *R* 1; expatii *V* 3. exequatione] estimationem *R* 2. ‖ *l.* 21. et pres.] ut pres. *E* 1. *V* 3; et *deest* *Pith.* intiger] *ita* *R* 1. 2; integer *cett.* *l.* 22. fructos *R* 1; fructibus *E* 2. ut] *ita* *R.* *E.* *V* 1. 2. 3; et *cett.* fuerant *E* 1. *V* 2.

1) *Cf.* *L. Sal.* 9, 1: Si quis animalia aut caballus vel quolibet pecus in messe sua invenerit, penitus eum vastare non debet . . .; 2: Si quis in messe sua pecora aliena invenerit . . . et eas inclauserit et nulli paenitus innotescerit . . .; *v. infra* c. 15.

Recc. Erv.] repperitur, ille, cuius pecora fuerint, reformare cogatur. Pecora vero, postquam ipsorum locorum spatia mensuraverint, sicut est in legibus constitutum[1], domino reformentur. Et[2] si pecora, dum per iracundia inmoderationis expellit, everterit, domino pecorum damnum simpla tantummodo satisfactione restituat et sibi que debilitabit aut occidit usurpet; sic tamen, ut que everterit ante persolvat. Quod si pecora per casum, non culpa expellentis, debilitentur aut pereant aut in sudes sive in palos, dum expelluntur, inciderint, damnum solvatur ex medio, ut que superioribus legibus sunt statuta permaneant. **VIII, 3, 13.**

Recc. Erv.] XIIII. ANTIQUA. **VIII, 3, 14.**

Si expellentibus de fructibus pecora quisquam excutiat vel de clausura furto aut violentia tollat.

Si[3] quis expellenti de fructibus pecora excusserit, si honestior est forte persona, det solidos V et duplum damnum, quod fuerit estimatum, cogatur exolvere; si certe humilioris loci persona fuerit et non habuerit, unde conponat, L flagella suscipiat et duplum damnum reddere conpellatur. Si vero servus hoc fecerit, ante iudicem C hictos flagellorum suscipiat, et domino eius nulla calumnia moveatur. Quod si de domo

VIII, 3, 13. *l.* 1. repperitur — fuerint *des.* *R* 2. *V* 3. repperiatur *E* 2. ‖ *l.* 3. per iracundia] *ita* *R* 1. 2; per iracundiam *cett.* ‖ *l.* 4. evertit *V* 1. damna *E* 1. simplam *R* 1. ‖ *l.* 5. debilitabit] *ita* *R.* *E* 2; debilitaverit *V* 16; debilitavit *cett.* occisit *R* 2. *V* 1. 2; occiderit *V* 16. usurpet] obtineat *V* 3. sic] si *E* 1. *V* 1. *Pith.* que] qui *R* 2; *deest* *E* 2. ęverterit *R* 1; evertit *V* 1; avertit *V* 3. *l.* 6. per casum] per casu *R* 2; casu *R* 3. expellentis] dum expellunt *E* 2; dum expelluntur *V* 1. 2. 5. *Pith.* aut pereant] aut pereunt *V* 2; adpareant *R* 2. *l.* 7. ut] aut *R* 2. *V* 2; et *Pith.* *l.* 8. sunt *deest* *R* 1. statuta] instituta *R* 2. *E* 2.

VIII, 3, 14. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 15. 16). — *l.* 9. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *V* 2. 5. 6; *deest* *R* 2. *E.* *V* 1. 3. 4. 16. ‖ *l.* 10. expellenti *Pith.* frugibus *R* 2. *E* 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. quisquam] quicumque *R* 1. vel] aut *E* 1. *V* 2. clausura] *ita* *E* 1; clusura *R* 1. *Pith.*; clausam *R* 2; clausa *V* 1. 16; causa *V* 2; clusa *cett.* ‖ *l.* 11. furto] *ita* *R* 1. *V* 5; furtu *E* 1. *V* 1; furtum *R* 2; furti *E* 2; furtim *cett.* ‖ *l.* 12. expellenti] expellentibus *R* 2; expellentis *E* 1. frugibus *V* 1. 16. ‖ *l.* 13. det] domino frugis *add.* *V* 16. solidus *R* 1; solids *E* 2. V] quinque *R* 2. *E* 1. duplum *deest* *V* 2. extimatum *E* 2. *V* 1. exolvere cogatur *R* 1. ‖ *l.* 14. fuerit] est *V* 2. L] quinquaginta *R* 2. *E* 1. *l.* 15. reddere] exsolvere *V* 1. 5. vero *deest* *R* 2. *V* 3. iudice *R* 2. hictos] *ita* *R* 1; hictus *R* 2. *E* 2; ictus *alii.* ‖ *l.* 16. accipiat flagellorum] *ita* *R* 2. 3. *E.* *V* 1. 2; flagellorum suscipiat *R* 1. *alii.* nullam calumnia *R* 2; nulla calumniam *E* 2. domum *R* 1; domo eius *Pith.*

1) *VIII,* 3, 11. 15; *cf. supra p.* 326, *l.* 18 *sq.* 2) *Aliter L. Burg.* 23, 2: Si quodlibet animal, dum de messe, prato, vinea aut area annonaria expellitur, inpalaverit, nihil ab eo, qui expulit, requiratur. 3) *Cf. L. Sal.* 9, 5: Si quis vero pecora de damno aut in clausura (inclausa *al.*), aut dum ad domum minantur, expellere aut excutere praesumpserit . . .; *L. Burg.* 23, 1: Quicumque animal de messe vel de quolibet damno incluserit, et ante aestimationem damni praesumptione et arbitrio suo is, cuius animal est, de curte per vim tulerit, inferat illi, cui vim intulerit, solidos VI . . . damni aestimatione taxata. Si servus hoc fecerit, C fustium ictus accipiat. 3: Quod si animalia, dum de damno ad clusuram minantur . . . ille, cuius sunt, tollere praesumpserit, singulos tremisses per singula animalia solvat . . . *Ed. Roth.* c. 346: Si quis peculium de damno ad clausura minaverit, et ille, cuius peculius est, antesteterit, conponat solidum unum, excepto damno, ut arbitratum fuerit. *Lex nostra fortasse a Reccessvindi iureconsultis mutata est, omissis vocibus* de damno *et* minantur, *voce* clausura *in rubrica tantummodo retenta, quas, testantibus legibus illis aliarum gentium, antiquior huius legis textus, unde hauserunt, videtur habuisse.*

VIII, 3, 14. *Recc. Erv.*] aut clausa involaverit aut per violentia tulerit, octo solidos qui iniuriam pertulit consequatur, et preterea duplum damnum ille, qui abstulit, reddere conpellatur. Si vero servus hoc fecerit, C flagella suscipiat, et dominus eius nihil damni sustineat.

VIII, 3, 15. *Recc. Erv.*] XV. ANTIQUA.

De animalibus in vinea, messe vel prato perventis.

Si[1] quis in vineam suam, messe, prato vel orto iumenta vel pecora invenerit aut prenderit, statim domino pecodum ipsa aut altera die nuntiaturus includat. Quod si dominus pecorum mittere vel venire noluerit, damnum a vicinis, quod factum est, extimetur, et ad satisfactionem ille, cuius pecora fuerint, iudicis executione venire cogatur et damnum exolvat. Si tamen probaverit aut certe iuraverit ille, qui prendidit, damnum ipsum ab ipsis animalibus factum fuisse, ille vero, cuius pecora sunt, si ad extimationem damni aut pecora recipienda non venerit, adaquentur tantummodo[2] ac triduo teneantur inclusa; et pro retentis triduo pecoribus nullam calumniam inferre poterit qui ad extimationem venire neclexerit. Post triduum autem animalia dimittantur, et dimissis animalibus, si dominus eorum venire contemserit, pro contemto ipso, quia inspicere noluit, iuxta estimationem testium in duplum cogatur exolvere. Quod si ille, cuius pecora sunt, ad eum, cui damnum factum est, venerit, rogans eum, ut ad extimationem damni adcedat, ut pecora relaxentur, et ille non adquiescat, volens pecora eius interficere: si hoc ita fecisse convincitur, per singula capita maiora singulos solidos reddat, per minora capita singulos tremisses. Similiter hec lex continet et de illis, qui ante triduum pecora clausa non publicaverint. Si autem hoc servus fecerit sine domini volumtate, C flagella suscipiat et dominus eius nihil damni sustineat.

VIII, 3, 14. *l.* 1. clausa] *ita R* 2. *E* 1. *V* 2. 15. 16; clausum *R* 1; clusa *E* 2. *V* 1. 3. *Pith.*; de clauso *R* 3; de clausa *Mad.*; clusura *Pith. in marg.* per violentia *R* 1. tulerint *R* 1. ‖ *l.* 2. pertulerit *R* 3. *E* 2. abstulit] v e l f u r t u m f e c i t *add. V* 4.

VIII, 4, 24. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 16. 20). — *l.* 12. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E.* *V* 5; *deest* *R* 2. *V* 1. 2. 3. 4. 6. 16. 20. ‖ *l.* 13. concludentium] claudentium *R* 1; concludendum *E* 1. ‖ *l.* 14. rumpenti] rupentibus *R* 1; rumpentis *E* 1. *V* 3; rumpendi *R* 2. ‖ *l.* 16. a iudice p. ad] ad iudicem p. et *E* 2. C i b i l i g a t u s fl. susc. *V* 2. distr.] diffinitionem *V* 4. ‖ *l.* 17. messes] *ita* *R* 1. *E* 1; *corr.* messis *R* 3; messe *R* 2; messis *cett.* esse *deest* *R* 2. videantur] *ita* *R* 1. *E* 1; videatur *cett.* id fuerit] adfuerit *E* 1. ‖ *l.* 18. potentiore] petitore *R* 1. ei] ab eo *V* 16. XX] LX *V* 3. *l.* 19. decenos] *ita* *R* 2. *E;* X *R* 1. homnis] *ita* *R* 1; hominis *R* 2; omnis *cett.* ‖ *l.* 20. viribus] iuribus *V* 2. 6. *Pith.* *(in marg.)*.

1) *Hanc legem, licet 'antiquam', tamen prorsus aliter verbis conceptam fuisse in Codice Eurici patet ex Lege Baiuv. cum Lege Burg. collata, quae utraque in illa Codicis Eurici lege niti videtur. Cf. L. Burg.* 27, 3*:* . . . quicumque viam publicam aut vicinalem clauserit, XII sol. se multae nomine noverit inlaturum, ita ut sepis illa impune a transitoribus deponatur, et messis, quantum viae spatium continere putatur, conteratur; *ib.* 27, 5*:* Si servus hoc fecerit, C fustium ictus accipiat. . . .; *L. Baiuv.* 10, 19*:* Si quis via publica . . . clauserit . . ., cum XII sol. conponat et illam sepem tollat; *ib.* 20*:* De via convicinale . . ., qui eam . . . clauserit cum VI sol. conponat et aperiat.

VIII, 4, 25. ***Recc. Erv.*]** XXV. ANTIQUA.

De servando spatio iuxta vias publicas.

Viam, per quam ad civitatem sive ad provincias nostras ire consuevimus [1], nullus precepti nostri temerator exsistat, ut eam excludat*; sed utroque medietas aripennis libera servetur [2], ut iter agentibus adplicandi spatium non vetetur. Si quis autem huius legis precepta transcenderit, si maioris loci persona est, det solidos XV; inferiores vero persone hoctonos solidos solvant fisco profuturos. Qui certe iuxta huiusmodi viam messem aut vineam vel pratum sive conclusum habere cognoscitur, sepem utrumque concludat. Quod si propter paupertatis angustias campum sepibus non possit ambire, fossatum protendere non moretur.

*) *V* 2 *add.:* vel constringat; *Pith. add.:* vel adstringat.

VIII, 4, 26. ***Recc. Erv.*]** XXVI. ANTIQUA.

Si de campis vacantibus iter agentium animalia expellantur.

Si [3] aliquis de apertorum et vacantium camporum pascuis, licet eos quisque fossis precinxerit, caballos aut boves vel cetera animalia generis cuiuscumque iter agentium ad domum suam inclusurus adduxerit, per dua capita tremissem cogatur exolvere; si vero, ut non pascantur, expulerit, per quattuor capita tremissem accipiat qui excepit iniuriam. Quod si hec et que superius dicta sunt servus domino nesciente conmiserit, a comite civitatis vel iudice C flagellorum hictibus verberetur, et dominus servi nullam calumniam aut detrimentum sustineat.

VIII, 4, 25. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 16. 20). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E.* *V* 2. 5; *deest* *R* 2. *V* 1. 3. 4. 6. 16. 20. ‖ *l.* 2. reservando *R* 2. *E* 1. *V* 2. ‖ *l.* 3. Vias per quas *V* 2. per *deest* *R* 2. civitates *V* 3. sive] aut *E* 2. *V* 1. ‖ *l.* 4. utroque] *ita* *R* 1; utrumque *E* 2. *V* 1; utraque *V* 5; utrinque *Pith.;* ut utrumque *R* 3; in utrisque lateribus *V* 4. 8; in utraque parte *V* 2; in utrumque *cett.* ‖ *l.* 5. aripennis] arepennis *R* 2; arripennis *E* 2; a rapinis *R* 3; aripis *V* 1. reservetur *R* 2. 3. *E* 1. *V* 1. 2. 5. iter agentibus] iterantibus *E* 2. *V* 1. 2. 6. *Pith.* ispatium *R* 1. quis] qui *E* 1. ‖ *l.* 6. huius] huiusmodi *Pith.* precepta] predicta precepta *R* 1; percepta *R* 2. maioris loci persona] *ita* *R* 1. *V* 3; maior persona *cett.* XV] quindecim *E* 2; decem *R* 3. ‖ *l.* 7. hoctonos] *ita* *R* 1; octonos *R* 2. 3. *V* 1. 2; hoctenos *E* 2; setenos *V* 3; octenos *cett.* solvant] reddant *V* 2. ‖ *l.* 8. huiusmodi] huius *V* 3. messes *R* 1. aut vineam *des.* *R* 2. ‖ *l.* 9. sepem] *ita* *R* 1. *E* 1; sepe *cett.* utruque *R* 1. propter *deest* *R* 2. angustias] *ita* *R* 1. *E* 1. *V* 3; angustiam *cett.* campus *R* 2. ‖ *l.* 10. pretendere *V* 1.

VIII, 4, 26. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 16. 20). — *l.* 12. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E.* *V* 5. 6; *deest* *R* 2. *V* 1. 2. 3. 4. 16. 20. ‖ *l.* 14. aliquis] *ita* *R.* *E* 1. *V* 1; aliquid *V* 2; quis *cett.* *l.* 15. et caballos *E* 1. vel] *ita* *R.* *E;* aut *cett.* ‖ *l.* 16. per d. c.] pro duobus capitibus *V* 16. dua] *ita* *R* 1. *E* 2; duo *cett.* tremisse *R* 1. ‖ *l.* 17. tremisse *R* 1. ‖ *l.* 18. Quod si hec et que] Que si et *V* 3. si] et si *R* 1. hec et] ea *V* 1; hec *V* 2. que] quod *R* 1. servus — conmiserit] ut servi comiserint sine voluntate domini sui *V* 3. servus] sibi *R* 2. ‖ *l.* 19. a iudice *R* 2. *E* 1. flag. hict. verb.] flagella suscipiat *V* 3; flagella accipiat *V* 4. hictibus] *ita* *R.* *E* 2; ictibus *cett.* ‖ *l.* 20. servi] eius *V* 3. nullam calumniam] nullum damnum *E* 2. *V* 1. 2. 5; n. c., *ut videtur, erasa,* n. d. *al. m. post add.* *V* 6. aut] adque *R* 2.

1) *Id est via publica vel regia. Cf. L. Baiuv.* 10, 19*:* via publica, ubi [rex vel] dux egreditur. 2) *Ut in utroque viae publicae latere medietas aripennis, id est spatium* 60 *pedum, vacua remaneat, lex praecipit. Hoc loco vox 'aripennis' significat non, ut plerumque, (cf. infra X,* 1, 14*) modum agri quadrati in unoquoque latere* 120 *pedes habentis, sed mensuram, quae per longitudinem agitur, habentem* 120 *pedes. Cf. Polemii Silvii laterculum, ed. Mommsen, Chron. min. I, p.* 550 *sq.:* palmi quattuor = pes I. pertica = palmi XLVIII. perticae X = arip[ennis] I. stadium = arip. V. *Efficiunt ergo aripennem pedes* 120 *vel perticae* 10. *Eodem modo Gregorius Turonensis hac voce usus est Hist. Franc. I,* 6, *SS. rer. Merov. I, p.* 37*:* Unus stadius habet agripennes quinque. 3) *Ex hac lege et sequenti auctor edicti Rothari regis caput* 358. *formasse videtur.*

Recc. Erv.] XXVII. ANTIQUA. **VIII, 4, 27.**

Ne iter agentibus pascua non conclusa vetentur.

Iter[1] agentibus in pascuis, que conclusa non sunt, deponere sarcina et iumenta vel boves pascere non vetentur; ita ut non uno loco plus quam biduo, nisi hoc ab eo, cuius pascua sunt, obtinuerint, conmorentur, nec arbores maiores vel glandiferas, nisi prestiterit silve dominus, a radice succedant; ramos autem ad pascendos bobes non proibeantur conpetenter incidere.

Recc. Erv.] XXVIII. ANTIQUA. **VIII, 4, 28.**

Ut, qui in transitu fluminis culturam facit, laborem sepe circumdet.

Qui[2] in eo loco, ubi transitus fluminis est*, culturam fecerit vel preruptum ripe, aut ubi pecora transeunt, potuerit excludere et fecerit fortasse culturas, sepem etiam facere non moretur. Quod si non fecerit, et aliquid damni fuerit per hanc neclegentie sue inutilitatem perpessus, nihil conpositionis ab aliquo accipiat, quia neclegentiam illius ad alterius damnum redundare non convenit.

*) *V* 2 *add.:* vel esse potest.

Recc. Erv.] XXVIIII. ANTIQUA. **VIII, 4, 29.**

De discretione concludendorum fluminum.

Flumina[3] maiora, id est, per que isoces aut alii pisces maritimi subricuntur vel forsitam retia aut quecumque conmercia veniunt navium, nullus ad integrum contra multorum conmune commodum sue tantumodo utilitati consulturus excludat; sed usque ad medium alveum, ubi maximus fluminis ipsius concursus est, sepem ducere non vetetur, ut alia medietas diversorum usibus libera relinquatur. Si quis contra hoc fecerit, exclusa ipsius a comite civitatis vel a iudice sine aliqua excusatione rumpatur, et si honestioris loci persona est, X solidos det illis, quibus inpedire conatus est; si vero inferior persona fuerit, V solidos det et L flagella suscipiat. Quod si ab

VIII, 4, 27. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16. 20). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita R* 1. *E. V* 2. 5. 6; *deest R* 2. *V* 1. 3. 4. 16. 20. ‖ *l.* 2. non *deest V* 1. 4. conclusa] clusa *V* 2; clausa *V* 16. *l.* 3. non *deest V* 4. sarcina] *ita R. E* 2; s rcinam *cett.* ‖ *l.* 4. vetentur] *ita R. E* 2. *V* 2; vetetur *cett.;* aut alia medietur *(sic!) add. V* 3. in uno *V* 1. ‖ *l.* 5. obtinuerunt *V* 1. nec] ne *R* 2. ‖ *l.* 6. ad radicem *V* 2. succedant] *ita R* 1. 2; succidant *cett.* bobes] *ita R* 1. *E* 2; boves *cett.* ‖ *l.* 7. proibeantur] *ita R. E* 2; prohibeantur *cett.* incidere] incidant *R* 1; incideri *R* 2.

VIII, 4, 28. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15). — *l.* 8. ANTIQUA] *ita E. V* 15; *deest R. V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. ‖ *l.* 9. transitu] transitum *V* 2. sepe] sepem *R* 1; sepibus *R* 2. circundet *R* 1. ‖ *l.* 12. neclegentia *R* 1; negligentiam *V* 1. 2. 5. 15; negligentie *cett.* ‖ *l.* 13. sue] sua *V* 1; suam *V* 2. 5; sive *V* 15. inutilitatem] inhutilitatem *R* 1; inutilitate *R* 2. *E* 2. *V* 1. 2; inutilitati *V* 5. perpessus] perpensus *E.* aliquo] hec *R* 1; alico *R* 2. neclegentiam] *ita R* 1; necligentiam *R* 2; negligentiam *cett.* ‖ *l.* 14. ad *deest R* 2. redundari *R* 2. *E. V* 1.

VIII, 4, 29. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 15. 16. 20). — *l.* 16. ANTIQUA] *ita R* 1. *E. V* 6; *deest R* 2. *V* 2. 3. 4. 16. 20; FLS GLS CHDS REX *V* 1. 5. ‖ *l.* 17. fluminum *deest R* 1. *l.* 18. per que] per quos *R* 2; per quem *E; des. V* 3. isoces] hisoces *E* 2; isices *V* 3; ysoces *V* 1. 2; esoces *E* 1; hęsoces *V* 6; mesoces *Pith.* subricuntur] *ita R* 1. *E* 1; subriguntur *cett.* ‖ *l.* 19. recia *R* 1. *V* 1; retiam *R* 2. ‖ *l.* 20. communem *R* 1. tantumodo] *ita R. E* 2; tantummodo *cett.* hutilitati *R* 1. ‖ *l.* 21. concursus] conclusus *R* 1; concusus *E* 2. ‖ *l.* 22. vetetur] moretur *E* 2. ‖ *l.* 23. a iudice] a *deest E* 1. *Pith.* ‖ *l.* 24. X] decem *R* 2. *E* 2. quibus] *ita R. E* 2. *V* 1. 2; qui *E* 1; quos *cett.* *l.* 25. inferior] inferioris loci *R* 2. fuerit] *ita R. E. V* 2. 5; est *cett.* V] quinque *R* 2. *E* 1. *V* 2.

1) *Cf. c.* 25. 26; *p.* 342, *n.* 3. 2) *Cf. Dahn, 'Studien' p.* 96. 3) *V. Dahn ibidem et 'Z. f. Handelsrecht' XVI, p.* 393.

VIII, 4, 29. ***Recc. Erv.***] utraque parte huius fluminis duo manserint, non liceat ad integrum flumen excludere, ut dicat unusquisque eorum, quod medietatem sue partis excluserit; sed alter superius, alter inferius clusuram facere ex medietatem fluminis non proibeatur. Si vero locus non fuerit nisi tantumodo in uno transitu, sic excludatur, ut et naves et retia per medium discurrere possint. Quod si comes civitatis aut aliquis cuiuscumque clusura contra hanc ordinationem nostram evertere presumat, X solidos domino clusure dare debeat. Certe si minor persona hoc fecerit, V solidos clusure domino cogatur exolvere et L flagella a iudice eius loci accipiat. Si servus hoc fecerit, C verberibus subiacebit.

VIII, 4, 30. ***Recc. Erv.***] XXX. ANTIQUA.

De confringentibus mulina et conclusiones aquarum.

Si quis mulina violenter effregerit, quod fregit infra XX dies reparare cogatur et insuper XX solidos conpellatur exolvere. Quod si intra statutum tempus non reparaverit, alios XX solidos inplere cogatur et C insuper flagella suscipiat. Eadem et de istagnis, que sunt circa mulina, et conclusiones aquarum precipimus custodiri. Quod si servus talia presumserit, et dirupta reparet et C verbera portet.

VIII, 4, 31. ***Recc. Erv.***] XXXI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De furantibus aquas ex decursibus alienis.

Multarum terrarum situs, que indiget pluviis, foveri aquis studetur inriguis, cuius terra ita experimentum tenetur, ut, si defecerit aquarum solitus usus, disperetur confisus ex fruge proventus. Proinde, ubi maiores aque sunt, si quis furtive aut malitiose aquam decursibus subtraxerit alienis, per quattuor orarum spatium det

VIII, 4, 29. *l.* 1. huius] usus *V* 2. duo domini manserint *V* 16. ad integrum] ad *deest Pith.* *l.* 2. ut] aut *R* 2; eo quod *V* 3. eorum quod medietatem sue] eorum quod medietatis sue eorum quod medietatem sue *(sic!)* *R* 1. sed] si *V* 1. ‖ *l.* 3. clusuram] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1; clausuram *cett.* ex medietatem] *ita R;* ex medietate *cett.* proibeatur] *ita R;* proibetur *E* 2; moretur *V* 3; prohibeatur *cett.* *l.* 4. locus] locis *R* 1; loci·is *E* 2. tantummodo *R* 2. *E* 1. *V.* et naves] *ita R* 1. *Pith.;* et *deest cett.* *l.* 5. recia *R* 1. *V* 1. per medium — possint] in unum discurrere possit per medium *V* 3. comis *E* 1. cuiuscumque *deest* *R* 1. ‖ *l.* 6. clusuram] *ita E* 1. *V* 1. 8. 15; clusura *R* 1; clausuram *cett.* praesumpserit *E* 1. X] decem *R* 2. *E* 2. clusure] *ita R. E* 1. *V* 1. 8. 15; clausure *cett.; et ita infra.* *l.* 7. dare debeat] reddat *R* 2; debebit *V* 2; reddere debeat *V* 3. V] quinque *R* 2. *E* 1. cog. exolvere] reddat *V* 3. ‖ *l.* 8. a iudice eius loci] in loco illo *V* 3. eius] uius *E* 2. hoc] hec *R* 2. verb. sub.] flagella suscipiat *V* 3.

VIII, 4, 30. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4). 5. 6. (15. 16. 20). — *l.* 10. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 2; *deest R* 2. *E* 1. *V* 3. 4. 6. 16. 20; FLS GLS RCDS REX *V* 5; FLS GLS RECAREUS REX *V* 1. ‖ *l.* 11. mulina] *ita R* 1; molina *cett.* ‖ *l.* 12. mulina] *ita R* 2; molina *cett.;* aliena *add.* *V* 3. effregerit] *ita R* 1. 2. 3. *E* 1; fregit *cett.* XX dies] XXX dies *R* 2. *E* 1. *V* 6. 15. 16. ‖ *l.* 13. XX sol.] XXX sol. *R* 2. *V* 3. 6. conpellatur] cogatur *V* 3. *Pith.* intra] *ita R. V* 5; infra *cett.* istatutum *R* 1. ‖ *l.* 14. XX] viginti *R* 2; XXX *V* 3. flagella insuper *R* 1. ‖ *l.* 15. istagnis] *ita R* 1. 2; stagnis *cett.* circa] iuxta *V* 15. mulina] *R;* molina *E. V.* et *deest R* 2. *E* 1. *V* 2. conclusiones] *ita R* 1. 2. 3. *E* 2. *V* 1; conclusionesque *V* 2; conclusionibus *cett.* pręcepimus *Pith.* ‖ *l.* 16. et dir. rep. et *des. E* 1. dirrupta *E* 2; diructa *R* 2. C] centum *R* 2. verbera portet] verbera accipiat *V* 15; verberibus subiacebit *E* 1. *Pith.;* flagella suscipiat *V* 3. 16.

VIII, 4, 31. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 16). — *l.* 17. FL. — REX] ANTIQUA. FL. *etc. E* 2; FL. *etc.* ANTIQUA *V* 8; *des. V* 3. GLOR. *deest R* 1. *E* 2. *V* 2. 6. 8. RECC.] RECCESVINTHUS *R* 2; RECDS *R* 1; RCDS *V* 2. 5; RECAREUS *V* 1; CHS *V* 6. 8. ‖ *l.* 18. ex] et *E.* discursibus *E* 2. *V* 1. 2. 6. alienis] aquarum *V* 2. ‖ *l.* 19. situs] sicut *E* 1. que] *ita R* 2. *E* 2; qua *R* 1; aqua *E* 1; si aquis *Pith.;* qui *R* 3. *V.* aquis] aquas *E* 2. ‖ *l.* 20. terre] terra *R* 1. 3. *E* 2; rei *Pith.* ita] in *R* 3; iam *E* 1. *Pith.;* idem *V* 3. usus] huius *R* 1. 3. disperetur] *ita R* 1. 2. 3. *E;* dissipetur *V* 1. 2. ‖ *l.* 21. confixus *R* 2; confusus *V* 1. 2. de maiores *R* 2. quis] qui *E* 1. *Pith.* *l.* 22. aquam] aquarum *R* 2. decursibus] *ita R* 1. 2. 3. *E* 2. *V* 1. 3; de discursibus *V* 4; ex decursibus *cett.* alienis] alicuius *V* 1. orarum] *ita R* 1. 2. *E* 2; horarum *cett.; et similiter infra.*

***Recc. Erv.*]** solidum unum. Ubi autem minorum sunt dirivationes aquarum, per quattuor oras exolvat tremissem unum. Aqua vero quantis oris alibi dilapsa convincitur, tantis ad inrigandum conpetenti tempore domino reformetur. Servus si sua sponte ista presumens, pro maioribus aquis C flagella suscipiat, pro minoribus vero L verberum cesioni subcumbat. **VIII, 4, 31.**

***Recc. Erv.*]** V. TITULUS: DE PASCENDIS PORCIS ET ANIMALIBUS DENUNTIANDIS ERRANTIBUS.

I. De porcis in glande presumtive an placite missis.
II. De porcis inter consortes ad glandem in communi fructu susceptis.
III. Si porci ad pastum in glande suscepti ante datas decimas furto leventur.
IIII. De porcis errantibus in silva perventis.
V. Si quorumcumque animalium grex in pascuis intraverint alienis.
VI. Ut pro inventis animalibus erroneis publice denuntietur.
VII. Ut errantia animalia occupata qui invenerit diligenter habeat et conservet.
VIII. Ne animalia errantia occupata aut tondeantur aut caractere notentur vel in alieno iure ducantur.

***Recc. Erv.*]** I. ANTIQUA. **VIII, 5, 1.**

De porcis in glande presumtive an placite missis.

Qui[1] porcos in silva sua tempore glandis invenerit, primum custodi aliquid velut pigneris tollat indicium[2] et domino pastoris vel parentibus mandet, ut, si convenerit, usque ad tempus decimarum porcos in silva sua permittat, et pignus, quod pastori tulerat, reformare procuret. Quod si noluerit porcos illius in silva sua intromittere decimandos, et ille eos alia vice in silva sua invenerit, etiam si porci

VIII, 4, 31. *l.* 1. minorum] *ita R* 1. 3. *E. V* 1. *Pith.* (*in textu*); maiorum *R* 2; minorum *al. m. corr.* minores *V* 6; minores *Pith.* (*in marg.*). *cett.* derivationes *E* 1. *V.* ‖ *l.* 2. alivi *R* 1; aliquo *V* 1. delapsa *R* 2; dilapsam *E* 2. ‖ *l.* 3. rigandum *V* 1. 2. Servus si] Si servus autem *R* 2; Si servus *V* 3; Servus *V* 1. 4. 5; Servus vero *V* 2. sua sponte ista presumens] sine domini iussione oc fecerit *V* 3. isponte *R* 1. ista] sta *R* 2. ‖ *l.* 4. presumens] *ita R* 1. 2. 3. *E. V* 1. 2. 4. 5: facere *add. V* 4; presumpserit *Pith. Mad.* L] quinquaginta *E* 1; *reliqua des. V* 4. verb. ces. subc.] *al. man. in loco raso V* 6; verbera portet *V* 3; verberationes sustineat *V* 16. ‖ *l.* 5. cesioni] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. 2; cessioni *V* 5; cessiones *E* 1; censionis *R* 2; cessionibus *V* 6: cesionibus *cett.* subcumbat] *ita R* 1; succumbat *cett.*

TIT. V. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 6.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 8. an] hac *R* 1; ante *E* 2. placite] *ita R*; placito *E.* ‖ *l.* 9. commune *E* 2. fructu susc. *des. R* 2. ‖ *l.* 10. in] de *R* 1. dec. f. lev. *des. R* 2. furtu *E* 1. ‖ *l.* 11. silva] sil *R* 1. ‖ *l.* 12. intr. al. *des. R* 2. intraverint *R* 1. ‖ *l.* 13. inventis] iumentis *R* 1; bentis *E* 2. publ. den. *des. R* 2. ‖ *l.* 14. invenit *R* 2. *E* 2. diligenter — conservet *des. R* 2. ‖ *l.* 15. tondeantur] *ita R* 2; detundantur *R* 1: tondantur *E* 1: tondeatur *E* 2. aut — ducantur *des. R* 2. notetur *E* 2. ‖ *l.* 16. in *deest R* 1.

VIII, 5, 1. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 15. 16). — *l.* 17. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 2. 8. 15; *deest R* 2. *E. V* 3. 4. 6: FLS GLS RCDS REX *V* 5; FLS GLS RECAREUS REX *V* 1. ‖ *l.* 18. glande] *ita R. E* 2. *V* 5; glandem *cett.* an] *ita R* 2. *E* 1; hac *R* 1; ante *E* 2. *V* 1. 2. 4. 5. 8; aut *V* 3. *Mad.* placite] *ita R*; placitum *V* 1. 2. 4. 5. 8; placito *cett.* ‖ *l.* 19. porcus *R* 2. custodi] custodie *E* 1. *Pith.* ‖ *l.* 20. pignoris *E* 2. et] ut *R* 1. ‖ *l.* 21. sua *deest R* 2. *V* 1. permittat] pascere p. *V* 16; permittant *R* 2. ‖ *l.* 22. tulerat] tollerat *R* 1; tulit *V* 3; tulerit *Pith.* porcos] pro porcos *R* 2. illius] illos *V* 1. in silva sua] *ita R. E. Pith.*; in silvam suam *cett.* *l.* 23. decumandos *Pith.* porci] porti *R* 1.

1) *Lex, ut videtur, Eurici, a Leovigildo renovata. Cf. Ed. Roth.* c. 349; *L. Burg.* 23, 4. 5. 2) *Cf. H. Brunner, 'D. Rechtsg.' II, p.* 535; *Wilda, 'Pfändungsrecht' in 'Z. f. D. Recht' I, p.* 246.

VIII, 5, 1. ***Recc. Erv.***] pauci fuerint, unum exinde qui silvam suam devendit occidat. Si autem plures porci fuerint, duos tollat et presumat occidere et nullam calumniam pertimescat: et nihilhominus tertia [1] vice eum, cuius porcos invenit, admoneat, ut porcos suos in silvam eius, si voluerit [2], introducat et decimum iuxta consuetudinem solvat. Quod si nec tunc voluerit de dandis decimis definire, et ille eos tertia vice in silva sua qui interdixit invenerit, decimum ex omnibus pro suo iure presumat. Si vero aliquis sub pactione decimarum porcos in silva intromittit aliena, et usque ad brumas porci in silva alterius paverint, decimas sine ulla contradictione persolvat. Nam si post brume tempus porcos suos in silva, quam conduxerat, noluerit retinere [3], vicensimum caput, sicut est consuetudo, domino silve cogatur exolvere.

VIII, 5, 2. ***Recc. Erv.***] II. ANTIQUA.

De porcis inter consortes ad glandem in communi fructu susceptis.

Si inter consortes de glandibus fuerit orta contentio pro eo, quod unus ab alio plures porcos habeat, tunc qui minus habuerit, liceat ei secundum [4] quod terram dividit porcos ad glandem in porcione sua suscipere, dummodo equalis numerus ab utraque parte ponatur; et postmodum decimas dividant, sicut et terras diviserunt.

VIII, 5, 3. ***Recc. Erv.***] III. ANTIQUA.

Si porci ad pastum in glande suscepti ante datas decimas furto leventur.

Si quis ad glandem sub placito decimarum porcos in silva intromittat aliena et eos occulte, priusquam decimentur, amoverit, pro fure teneatur et decimam adiecta furti conpositione restituat. Si vero hoc servus domino nesciente conmiserit, servus

VIII, 5, 1. *l.* 1. devendit] *ita* *R* 1. 2; defendit *cett.* Si] Sin *V* 2. ‖ *l.* 2. pres. occ.] occidat *V* 5. ‖ *l.* 3. nihilhominus] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 1; nihil dn̄s (= dominus) *R* 2; nihilominus *E* 1. tertia — admoneat] eum cuius porci si tertio admoneat *V* 4. porcus *R* 2. invenerit *V* 2. 3. 5. 15. 16. *l.* 4. silvam eius] *ita* *R* 1. 2. *V* 5; silvas eius *R* 3; silva eius *E* 2. *V* 1. 2; silva sua *E* 1; silvam suam *cett.* voluerit] noluerit *E* 1. decimam *E* 1. *Pith.* ‖ *l.* 5. dandis] damnis *R* 1. et ille — vice *des.* *V* 4. tertiam vicem *R* 2. ‖ *l.* 6. interdixit] introduxit *E* 1. *V* 15. *Pith.*; interdixerit *V* 5. decimam *E* 1. *V* 4. 15. 16. *Pith.* ‖ *l.* 7. silva] *ita* *R* 1. 2. 3. *E* 2; silva sua *E* 1; silvam suam *V* 15. *Pith.*; silvam *cett.* intromittat *V* 1. aliena] *ita* *R* 1. 2. *E* 2; alienos *V* 15; alienam *cett.* ad] a *R* 2. *l.* 8. decimas] decimum *R* 2. ullam contradictionem *R* 2; ulla contractione *R* 1; omni contradictione *V* 4. ‖ *l.* 9. in silvam *R* 2. *E.* conduxerit *E* 1. vicensimum] *ita* *R* 1. 2; vicesimum *cett.*

VIII, 5, 2. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 15). — *l.* 11. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 1. *V* 8. 15; *deest* *R* 2. *E* 2. *V* 2. 3. 4. 6; FLS GLS RCDS REX *V* 5; FLS GLS RECAREUS REX *V* 1. *l.* 12. comuni fructu *R* 1; commune fructus *E* 2. *l.* 13. exorta *V* 4. ab alio] *des.* *R* 1; alio alio *R* 2. *l.* 14. porcus abeat *R* 2; abeat porcos *E* 2. dividet *E* 1. *Pith.* *l.* 15. portionem suam *R* 2. ab utraque] ex utraque *V* 4.

VIII, 5, 3. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 8. 16. 20). — *l.* 17. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 2; *deest* *R* 2. *E* 1. *V* 1—6. 16. 20. *l.* 18. pasto *R* 1. pastum in *des.* *Mad.* glande] glandem *V* 1. *Mad.*; sub placito *al. m. post add.* *E* 2; sub placito *add.* *Mad.* furto] furtu *E.* *V* 1; porci *R* 2; furtim *V* 2. ‖ *l.* 20. ad glandem] ad glande *R* 2. *E* 2; in glande *R* 3. sub placitum *V* 1; suplacito *V* 2. silva] *ita* *R* 1. 2. *E*; silvam *cett.* intromittit *R* 2. *E*; intromiserit *V* 2. aliena] *ita* *R* 1. 2. *E*; alienam *cett.* ‖ *l.* 21. adiecta] abiecta *E* 1; obiecta *V* 3; eiecta *E* 2; adiectam *V* 2. ‖ *l.* 22. conpositionem *E* 2. *V* 2. servus] *ita* *R.* *E*; *deest* *cett.*

1) *Auctor ex errore, ut videtur, hoc loco* tertia vice *pro* altera vice *scripsit.* 2) *Sc. dominus silvae.* 3) *Auctor fortasse voluit dicere: 'si* a n t e *brumae tempus porcos suos* e x *silva, quam conduxerat,* r e c i p e r e *voluerit'.* 4) *Verba* secundum — dividit, *cum minime cum sequentibus* dummodo equalis *etc. conveniant, post male suppleta esse crediderim. Aliter Dahn, 'Könige' VI*[2], *p.* 59.

Recc. Erv.] C hictus accipiat flagellorum, et dominus nullum dannum aut detrimentum sustineat, sed reddat decimas, quas debet. Si* autem hoc domino iubente conmissum est, ipse, qui iussit, furti conpositionem cogatur exolvere. **VIII, 5, 3.**

*) *V* 3 *pro* Si — exolvere *praebet:* Si servus per iussionem domini sui oc fecerit, pro fure teneatur dominus eius.

Recc. Erv.] IIII. ANTIQUA. **VIII, 5, 4.**

De porcis errantibus in silva perventis.

Qui[1] porcos errantes in silva sua invenerit, aut contestare vicinis debet aut claudere. Et si dominus porcorum non adfuerit, unum porcum prima vice presumat et iudici, qui fuerit in proximo constitutus, nuntiet aput se porcos, qui vacabantur, inclusos. Deinde, si dominus porcorum vel pecorum non inveniatur, custodiat tamquam suos et pro glandibus decimam consequatur, et cum dominus adfuerit, mercedem custodie, facta presentibus iudicibus ratione, de temporis spatio percipiat.

Recc. Erv.] V. ANTIQUA. **VIII, 5, 5.**

Si quorumcumque animalium grex in pascuis intraverit alienis.

Si in pascua grex alienus intraverit, seu ovium sive vaccarum, hoc, quod de porcis constitutum est, precipimus custodiri[2]. Consortes vero vel ospites[3] nulli calumnie subiaceant, quia illis usum erbarum, que concluse non fuerant, constat esse communem. Qui vero sortem suam totam forte concluserit et aliena pascua absente domino invadit, sine pascuario non presumat, nisi forsitam dominus pascue voluerit.

Recc. Erv.] VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **VIII, 5, 6.**

Ut pro inventis animalibus erroneis publice denuntietur.

Caballos vel animalia errantia liceat occupare, ita ut qui invenerit denuntiet

VIII, 5, 3. *l.* 1. hictus] *ita R* 1. 2. *E* 2; ictus *R* 3. *E* 1. *V*. | *l.* 2. conmissum est] conmiserit *E* 2. *V* 1. 2. 8; fecerit *V* 4; d a t o d e c i m o *add. V* 8. || *l.* 3. conpositione *R* 1.

VIII, 5, 4. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16. 20). — *l.* 6. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2; *deest R* 2. *E* 1. *V* 1—6. 16. 20. || *l.* 7. perventis] *ita R* 2. *E. V* 1; perventi *R* 1; preventis *cett.* *l.* 8. sua *deest E* 1. contestare] *ita R* 1. *V* 2; testari *V* 16; contestari *cett.* vicinos *V* 1. || *l.* 9. claudere] concludere *R* 2; includere *V* 1. 2. 4. || *l.* 10. constitutus] constitus *R* 1; *deest E* 1. *Pith.* vacabantur] *ita R;* vagabantur *cett.* || *l.* 11. vel pecorum *des. V* 2. 4. invenitur *R* 2. || *l.* 12. glandis *V* 2. consequatur] conservetur *R* 2.

VIII, 5, 5. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 15. 16. 20). — *l.* 14. ANTIQUA] *ita R* 1. *E. V* 4. 5. 8. 15; *deest R* 2. *V* 1. 2. 3. 6. || *l.* 15. pascuis] *ita R. E. V* 2. 3; pascua *cett.* alienis] *ita R* 1. *E. V* 2. 3; alienus *R* 2; aliena *cett.* || *l.* 16. pascua] pascuis *E* 2. *V* 3. grex alienus] alienis *V* 3. seu] *deest R* 2; sive *E* 1. ovium] obium *E* 2; bovum *R* 2; boum *V* 3. 15. 16. 20. vaccarum] seu ovium *add. V* 15; c a p r a r u m a t q u e v a c a r u m *V* 2. || *l.* 17. Consors *R* 2. vero *deest V* 1. ospites] *ita R* 1. *E* 2; hospites *cett.* || *l.* 18. erbarum] *ita R* 1. *E* 2; herbarum *cett.* concluse] clause *V* 1. 2. || *l.* 19. forte] fortem *E.* et *deest V* 1. 8. || *l.* 20. invadit] intrandi *V* 4; invadere *V* 8. nisi] non *V* 2. forsitam] forte *E* 1.

VIII, 5, 6. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 15. 16. 20). — *l.* 21. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 2. 3. 6. 16. 20; ANTIQUA *V* 4. 15. GLOR. *deest E* 1. *V* 1. 5. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCESSVINTHUS *R* 2; R *E* 1; CHDS *V* 1. 5. || *l.* 22. Ut *deest R* 1. pro] in *V* 2. erroneis] errantibus *V* 3. denuntiet *R* 2; denuntient *E* 1; adnuncietur *V* 2. || *l.* 23. Caballus *R* 1; Kaballos *R* 2; Cavallum *V* 1. vel cetera animalia *V* 2.

1) *Cf. L. Burg.* 23, 4. 5; 89, 2; *ib. const. extr.* 18, 1; *Ed. Roth. c.* 349. 350. 2) *Cf. L. Burg.* 89, 2. 3; *ib. const. extr.* 18, 2. 3) *Lex, cum de hospitum et consortium inter se ratione de terra divisa habenda constituat, ad Euricum referenda esse videtur; cf. Gaupp, 'Ansiedlungen und Landtheilungen' p.* 399. *De silvis indivisis relictis cf. X,* 1, 9.

VIII, 5, 6. ***Recc. Erv.***] aut sacerdoti aut comiti aut iudici aut senioribus loci aut etiam in conventu publico vicinorum. Quod si non denuntiaverit, furis damnum habebit. Similis et de aliis rebus ordo manebit.

VIII, 5, 7. ***Recc.***] VII. ANTIQUA.

Ut errantia animalia occupata qui invenit diligenter habeat et conservet.

Qui errantia animalia et sine custode invenerit, ita diligenter occupet, ut non evertat; sed sicut suum proprium diligat adque custodiat. Quod si dominus, qui perdidit, caballum suum vel animal non eversum invenerit, per singula capita maiora quaternas seliquas ille, qui invenit, accipiat. Ceterum si everterit, duplum animal domino cogatur exolvere.

Erv.] VII.

Ut errantia animalia occupata qui invenit diligenter habeat et conservet.

Qui errantia animalia et sine custode invenerit, ita diligenter occupet, ut non evertat; sed sicut proprium diligat adque custodiat. Quod si dominus, qui perdidit, caballum suum vel animal non eversum, sed dilectum et sanum invenerit, per singula capita maiora quaternas seliquas ille, qui invenit, accipiat, et quantum in substantia ipsius caballi expendisse iuraverit a domino caballi recipiat. Ceterum si evertit, duplum animal domino cogatur exolvere.

VIII, 5, 8. ***Recc. Erv.***] VIII. ANTIQUA.

Ne animalia errantia occupata aut tondeantur aut caractere notentur vel in alieno iure ducantur.

Caballum captum errantem nullus tondere vel vindere presumat. Caballis etiam aut bubus vel aliis quibuslibet pecoribus errantibus nulli liceat caracteres[1] infigere. Quod si quis inventum animal vendere aut donare presumserit, secundum leges sicut fur teneatur. Qui vero totonderit, tres solidos conpulsus exolvat; ita erit et qui caracterem infixerit.

VIII, 5, 6. *l.* 1. sacerdoti] *ita R* 1. 3. *V* 15. 16; episcopo *cett.* aut comiti *des. R* 1; aut *deest E* 1. conventum publicum *V* 2. ‖ *l.* 3. ordo] forma *V* 15.

VIII, 5, 7. *Codd. R* 1. 2. (3). *V* 3. — *l.* 4. ANTIQUA] *ita R* 1; *deest R* 2. *V* 3. ‖ *l.* 5. hoccupata *R* 1. ‖ *l.* 7. custode] custodia *R* 1. ‖ *l.* 9. suum] *ita R* 1; *deest R* 2. 3. propria *R* 3. ‖ *l.* 11. Kaballum *R* 2. non eversum] non ęversum *R* 1; conversum *R* 2. ‖ *l.* 13. siliquas *R* 3.

VIII, 5, 7. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 2. (4). 5. 6. (16). *Pith. Mad.* — *l.* 4. I] ANTIQUA *add. E* 2. *V* 2. 4; FLS GLS RECAREUS REX *V* 1. ‖ *l.* 5. qui] quis *V* 6. invenit] *ita E* 2; invenerit *cett.* ‖ *l.* 9. proprium] *ita E. V* 1; propria *cett.* adque] *ita E* 2; atque *cett.* domino *E* 1. ‖ *l.* 10. cavallum *V* 1. 6, *et similiter infra.* ‖ *l.* 11. sed] et *E* 2. dilectum] delectum *V* 2; directum *V* 4. ‖ *l.* 12. seliquas] *ita V* 1. 2; silicas *E* 2; siliquas *E* 1. qui invenerit *Pith.* ‖ *l.* 13. substanciam *V* 2. ipsius caballi] vel animalis *add. Mad.* expendisse] expendidisset *E* 2; expendidisse *V* 6. *l.* 14. a domino] domino *E* 1; ad dominum *E* 2. caballi *deest V* 1. *l.* 15. evertit] *ita E;* everterit *cett.*

VIII, 5, 8. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 15). — *l.* 17. ANTIQUA] *ita E* 2. *V* 4. 5; *deest R. E* 1. *V* 1. 2. 3. 6. ‖ *l.* 19. vel — ducantur *des. V* 3. 15. alienum ius *V* 1. 2. deducantur *V* 2. *Pith.* ‖ *l.* 20. Kaballum *R* 2; cavallum *V* 1, *et similiter infra.* vel] aut *V* 2. *Pith.* vel vindere *des. R* 3. vindere] *ita R* 1; bindere *E* 2; vendere *cett.* etiam *deest R* 2. ‖ *l.* 21. bubus] bovus *R*; bobus *V* 2; bubis *V* 1. errantibus *deest R* 1. ‖ *l.* 22. donare] dare *E* 1. *Pith.* lege *R* 2; legem *R* 3. ‖ *l.* 23. tonderit *R* 2. 3; totonderit *al. m. corr.* tondiderit *E* 2. solidus *R* 2. conpulsus exolvat] conpellatur exsolvere *R* 2. ita erit] Similiter *V* 3. erit et] *ita R* 1. 2. 3; erit etiam et *E. V* 1; etiam erit ei *V* 2; erit etiam ei *cett.* ‖ *l.* 24. caracteres *R* 2. 3.

1) *Sunt signa, quae Germani rebus suis mobilibus infigere solebant, dicta 'Hausmarken'; cf. Homeyer, 'Die Haus- und Hofmarken' p.* 10 *sq.; H. Brunner, 'D. Rechtsg.' II, p.* 500.

Recc. Erv.] VI. TITULUS: DE APIBUS ET EARUM DAMNIS.

I. De inventis apibus defendendis.
II. Si damnum faciant apes.
III. De furatis apibus.

Recc. Erv.] I. ANTIQUA. **VIII, 6, 1.**

De inventis apibus defendendis.

Si[1] quis apes in silva sua aut in rupibus vel in saxo aut in arboribus* invenerit, faciat tres decurias[2], que vocantur caracteres; unde potius non per unum caracterem fraus nascatur. Et si quis contra hoc fecerit adque alienum signatum inruperit, duplum restituat illi, cui fraus inlata est, et preterea XX flagella suscipiat.

*) *Mad. add.:* vel in qualicumque loco.

Recc. Erv.] II. ANTIQUA. **VIII, 6, 2.**

Si damnum faciant apes.

Si quis appiaria in civitate aut in villa forsitam construxerit, et alii damnum intulerint, statim moneatur, ut eas in abditis locis transferre debeat, ne forsitam in eodem loco hominibus aut animalibus damnum inferant. Et qui hec precepta aut testationem neclexerit et damnum subfocationis in quatrupes intulerint, quod mortuum fuerit, duplum restituat; quod vero debilitatum, ille obtineat et similem domino reddat* et pro iudicis contestatione, quam audire neclexit, V solidos coactus exolvat.

*) *V* 4. 8 *hic inserunt:* Si in hominibus debilitationem aut mortem vel damnum intulerit, iuxta leges componere non moretur, velut si ipse hec perpetrasset.

TIT. VI. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 6. — *l.* 1. EORUM *R* 2. *E* 2. *V* 2. 6. *Index capitulorum. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 2. defendentis *R* 2; devendendis *E* 1. ‖ *l.* 3. faciat *R* 1.

VIII, 6, 1. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4). 5. (6. 8. 15. 16). — *l.* 5. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 4. 8. 15; *deest R* 2. *E. V* 1. 2. 3. 5. ‖ *l.* 6. defendendis] et defendendis *V* 3; defensis *R* 2; devendendis *E* 1. *Pith. (in margine); deest E* 2. ‖ *l.* 7. in rupibus] in *deest R* 1. saxis *V* 3. ‖ *l.* 8. decorias *E* 2. decurias que vocantur *des. V* 3. caracteres vocant *V* 2. unde] tres ut *R* 3. ‖ *l.* 9. Et si quis] Si quis autem *V* 2. si quis] his qui *R* 2. hoc] hec *V* 2. alienum] alium *V* 16. signatum] signum *V* 15. inruperit] inrumperit *E* 2; i n v e n e r i t e t inruperit *E* 1. *Pith.;* ruperit *V* 16. ‖ *l.* 10. ille *R* 2. cui] cuius *R* 1. 2. XX] viginti *E* 1; XL *V* 16. suscipiat] perferat *V* 4.

VIII, 6, 2. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 6. 8. 15. 16). — *l.* 12. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 2. *V* 2. 4. 8. 15; *deest R* 2. *E* 1. *V* 1. 5. 6. ‖ *l.* 14. appiaria] *ita R. E;* apiaria *V.* villa] s i l v a *V* 15. 16. alii] *ita R. E. V* 1; aliis *Mad.* ‖ *l.* 15. intulerint] *ita R* 1. *V* 2; intulerit *cett.* eas] *ita R* 1. 3; ea *cett.* in *deest R* 2. abdita loca *V* 1. 2. 4. 5. transferri *V* 1. 2. forsitam] forte *V* 2. *Pith.* ‖ *l.* 16. eodem] eadem *R* 1. in hom. et in an. *V* 2. ‖ *l.* 17. testatione *R* 1; contestationem *V* 15. 16. neclexerit] *ita R;* neglexerit *cett.* et — intulerint *des. V* 4. subfocationis] *ita R* 1; suffocationis *cett.* quatrupes] *ita R* 1. *V* 2; rupes *R* 2; quadrupedes *cett.* intulerint] *ita R* 2. *E;* intulerit *cett. l.* 18. in duplum *V* 3. vero] *ita R* 1. 2. 3. *E* 2. *V* 1. 2. 4. 16. *Pith.;* si *E* 1; *deest aliis.* debilitatum] est *add. Mad.* ille *deest E* 2. et *deest E* 2; et — reddat *des. V* 2. domino] damno *E* 1; dampno *Pith. l.* 19. neclexit] *ita R* 1. 2; neglexerit *E* 2. *V* 1. 2; neglexerat *R* 3; neglexit *cett.* V] quinque *R* 2. *E* 1. quoactus *R* 2; quoactos *E* 2. ‖ *l.* 21. velut] *ita V* 4; tamquam *V* 8.

1) *Cf. Ed. Roth.* c. 319*:* Si quis de arbore signato in silva alterius apes tulerit, conponat solidus sex; *Petri Exceptiones legum Rom. III,* 45*:* Si quis apes invenerit in sua vel aliena arbore et eas occupaverit, eius erunt . . . Excepto si dominus vel alius iam signaverit arborem causa colligendi eas . . . *Fontes iuris Romani de arbore signata non referunt; cf. Iust. Inst. II,* 1, 14*; Dig. XLI,* 1, 5, § 2. *V. de hac re I. Grimm, 'D. Rechtsalterthümer' p.* 596 *sq.; M. Wagner, 'Das Zeidelwesen im MA.'* (1895) *p.* 7. 2) *Decuria est nota* X; *cf. Ducange s. v. et Grimm l. c. p.* 545.

VIII, 6, 3. ***Recc. Erv.*]** III. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De furatis apibus.

Si[1] quis ingenuus in appiaria furti causa fuerit conprehensus, si nihil exinde abstulerit, propter hoc, quod ibidem conprehensus est, tres solidos solvat et L flagella suscipiat. Ceterum si abstulerit, novecuplum cogatur exolvere et predictum numerum flagellorum excipiat. Servus vero, si ingressus nihil abstulerit, C verberibus addicatur. Quod si abstulerit, sexcuplo reddere conpellatur; pro quo si dominus satisfacere noluerit, eum serviturum illi, qui damnum pertulit, tradat.

VIII. 6. 3. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6. 16). — *l.* 1. FL. — REX] *des. V* 4. 16: ANTIQUA *E* 2: NOVITER EMENDATA *V* 3. RECC.] RECΘDUS *R* 1: RECCESSVINTHUS *R* 2: R *E* 1: RCSDS *V* 2: RCDS *V* 5: RECAREUS *V* 1. || *l.* 3. appiaria] *ita R. E:* apiario *cett.* conpreen- *vel* conpren- *pro* conprehen- *R* 2. *E* 2, *hic et infra.* conprehensus] inventus et *V* 2. || *l.* 4. tres] *ita R. E:* III *V* 1: IV *V* 3. solidus *R* 2. L] quinginta *E* 2. || *l.* 5. si aliquid abst. *V* 2. novecupla *R* 2. predictum — excipiat] C (L *V* 3) flagella suscipiat *V* 3. 4. || *l.* 6. Servus vero si] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. 2; Si vero servus *cett.* ingressus] *ita R* 1; ingrediens *R* 2. 3. *E. V.* C] centum *R* 2. *V* 1. C — abstulerit *des. V* 2. verberibus addicatur] verbera portet *V* 4. abdicatur *R* 1. *E* 2. || *l.* 7. sexcupla *E* 2; sexcuplum *E* 1. *V.* reddere *deest R* 2. conpelletur *R* 2. || *l.* 8. noluerit] voluerit *V* 1. illi — tradat] tradatur qui damnum pertulit *V* 3. damnum] damna *E.*

1 *Lex substituta esse videtur antiquiori, quae de apibus furatis, neque vero de solo ingressu constituit. Cf. Ed. Roth. c.* 318: Si quis de apeculare vas cum apes furaverit . . .

***Recc. Erv.*]** DE FUGITIVIS ET REFUGIENTIBUS.

LIBER NONUS.

I. TITULUS: DE FUGITIVIS ET OCCULTATORIBUS FUGAMQUE PREVENTIBUS.

I. Si ingenuus vel servus fugitivum celasse repperiantur.

II. Si fugitivus vinctus quocumque ligamine absolvatur.

III. Infra quod tempus mancipium latens inventum iudici debeat presentare.

IIII. Si nesciens quis fugitivum susceperit, humanitate concessa.

V. Si alienum mancipium quis persuadeat, ut fugiat, [vel humanitatem inpendat].

VI. Si ignotus homo susceptus multis diebus aput alium conmoretur.

VII. Si servus fugitivum sciens viam ostenderit fugiendi.

***Recc.*]** VIII. Ut, ad cuius domum fugitivus venerit, vicinis et loci prioribus contestetur.	***Erv.*]** VIII. De susceptione fugitivorum, si dominus vel servus suscipiat alterius fugitivum.

***Recc. Erv.*]** VIIII. Ut bis venditus servus, per fugam rediens, in libertate permaneat.

X. Ut discutiatur mancipium fugitivum, [ne propter lucrum fuerit ad domum suscipientis inmissum].

XI. Si ingenuum se esse mentiens servus sub mercedis condicione aput alium conmoretur.

XII. Si fugitibus in domo cuiuscumque fuerit inventus.

XIII. De mercedem eius, qui prendiderit fugitivum.

XIIII. Si servus fugiens se esse mentiatur ingenuum.

LIB. IX. TIT. I. *Lemmata. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 6. — *l.* 3. FUGAMQUE PREVENTIBUS] *ita V* 3. 6; FUGAQUE PREVENTIBUS *R* 1; EUC ADQUE PREVENIENTIBUS *E* 2; FUGAM QUERENTIBUS *R* 2. *E* 1; FUGAM PREBENTIBUS *V* 1; FUGAMQUE PREBENTIBUS *V* 2.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. (*V* 2). — *l.* 5. celasse] celare *R* 1. repperiuntur *R* 2. *l.* 7. quod] quot *E* 1. presentari] *ita E;* presentare *R* 1; *deest R* 2. ‖ *l.* 8. Si nesciens quis] Qui nexiens *E* 2. humanitate concessa] *ita R* 2. *E; des. R* 1. *l.* 9. persuadat *R* 2. *E* 2. vel h. inp. *des. R.* inpendat] inpediat *E* 2. ‖ *l.* 10. conmoretur *deest R* 1. ‖ *l.* 11. fugiendi *deest R* 2. ‖ *l.* 12. VIII. Ut ad — contestetur (*col.* 1) *ita R. E* 2. VIII. De susceptione — fugitivum (*col.* 2)] *ita E* 1. *l.* 13. vicinis — contestetur *des. R* 1. ‖ *l.* 14. contestetur *deest R* 2. ‖ *l.* 15. per fugam] *ita E;* per fuga *R* 1; per figuram *R* 2. ‖ *l.* 16. discuttiatur *R* 1. ne — inmissum *des. R.* fuerit *deest E* 1. *l.* 18. ingenuum — servus] ingenuus se esse mentiat servum *R* 2. sub — conmoretur *des. R* 2. *l.* 19. conmoretur *deest R* 1. ‖ *l.* 20. fugitibus] *ita R* 1. *E* 2; fugitivus *R* 2. *E* 1. domum *R* 2. *E* 2. *l.* 21. mercedem] *ita R;* mercede *E.* prendiderit] *ita R* 1. *E* 2; prenderit *R* 2. *E* 1. fugitibum *E* 2. *l.* 22. se *deest E* 2.

Recc.]	*Erv.*]
	XV. Si servus fugiens dicat se esse ingenuum et ob hoc mulieris ingenue connubia sortiatur.
XV. De his, que servus fugiens adquisisse videatur.	XVI. De his, que servus fugiens adquisisse videatur.
XVI. De his, qui perventos servos dominis reformare contemnunt.	XVII. De his, qui perventos servos dominis reformare contemnunt.
XVII. Si ingenuus vel servus latrones celandos susceperint.	XVIII. Si ingenuus vel servus latrones celandos susceperint.
XVIII. Ut iudex cum omnibus rebus, cum quibus fugitivum invenerit, domino advenienti presentet.	XVIIII. Ut iudex cum omnibus rebus, cum quibus fugitivum invenerit, domino advenienti presentet.

IX, 1, 1. ***Recc. Erv.***]

I. ANTIQUA.

Si ingenuus vel servus fugitivum celasse repperiantur.

Si[1] quis ingenuus fugitivum celatum habuerit, alium paris meriti cum eodem servum domino dare cogatur. Si vero servus sine conscientiam domini sui fugitivum celaverit, servi ambo publice centena flagella suscipiant*; dominus vero eius nihil damni sustineat.

*) *V* 2 *add.:* atque domino servus reformetur.

IX, 1, 2. ***Recc. Erv.***]

II. ANTIQUA.

Si fugitivus vinctus quocumque ligamine absolvatur.

Si quis servum alienum in fuga lapsum, ferro vinctum aut in quocumque ligamine constitutum, absolverit, pro presumtione sua qui hoc fecerit det domino servi solidos X. Si vero non habuerit, unde conponat, a iudice C flagella suscipiat et

l. 1. Si servus — sortiatur] *ita E* 2. *V* 2; *des. R. E* 1. || *l.* 2. ob hoc] *ita V* 2; ab oc *E* 2. || *l.* 3. conubia *E* 2. || *l.* 4. que] *ita R* 1; qui *R* 2. *E. V* 2. || *l.* 5. videatur] *ita R* 1. *E* 1. *V* 2; videtur *R* 2. *E* 2. || *l.* 6. qui] quem *R* 1. perventos] *ita R* 1. 2. *E* 1; preventus *E* 2. *V* 2. || *l.* 11. cum quibus *des. R* 2. *E* 2. || *l.* 12. dom. adv. pres. *des. R* 2. adbeniente *E* 2; veniente *E* 1. representet *E* 2.

IX, 1, 1. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15). — *l.* 13. ANTIQUA] *ita R* 1. *E* 1. *V* 2. 8. 15. *Pith.; deest cett.* || *l.* 14. Si] Si quis *V* 1. vel servus] servum *V* 1. 2. repperiuntur *R* 2; repperiatur *E* 2. *V* 1. 2. || *l.* 15. quis *deest R* 1. fugitivum] *ita R. E* 1. *V* 3. *Pith.;* serbum fugitibum *E* 2; servum fugitivum *cett.* fugitivum celatum] fugientes celatos *R* 3. meritis *R* 2. cum eodem servum] *ita R* 1; servum cum eodem *R* 2; cum eodem servo *R* 3. *E. V.* || *l.* 16. conscientiam] *ita R* 1. *E* 2; conscientia *cett.* sui] servum *V* 1. || *l.* 17. eius] *ita R* 1. 3; eius servi *E* 1. *V* 1; huius servi *Pith.:* servi *cett.*

IX, 1, 2. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16. 20). — *l.* 20. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 8. 15; *deest cett.* || *l.* 22. alienum *deest V* 1. 2. 5. in fugam *V* 1. || *l.* 23. ligamine] *ita R* 1. 2. 3. *E* 1. *V* 3. 4. 15. 16. 20. *Pith.:* ligamento *cett.* || *l.* 24. X] decem *E* 2. a iudice *des. V* 2. C] centum *R* 2.

1) *Lex, ut videtur, Eurici. Cf. legem Constantini a.* 317. *Cod. Iust. VI,* 1, 4*:* Quicumque fugitivum servum in domum vel agrum inscio domino eius susceperit, eum cum pari alio vel viginti solidis reddat; *Ed. Theoder. c.* 84*:* Quisquis servum sive colonum alienum sciens fugitivum susceperit aut occultaverit, ipsum domino cum mercedibus et peculio eius et eiusdem meriti alterum reddat. *Auctor legis Euricianae ex ipsa Constantini constitutione hausisse videtur: v. quae infra notantur ad IX,* 1, 11. 12. *Cf. etiam L. Burg.* 39, 4. 5*: Cod. Theod. V,* 9, 1. 2.

Recc. Erv.] servum requirere hac domino restituere non moretur. Quod si eum non potuerit invenire, aut servum equalis meriti domino reddere conpellatur, aut si non habuerit, ipse subiaceat servituti, illi, cuius servum laxaverit, addicendus. Quod si hoc servus fecerit sine domini volumtate, coram iudice C flagella suscipiat. Et si vinctus inveniri non potuerit, servus, qui solvit, tradatur in servitio domini vinculati. Quandocumque autem, qui vinctus fuit, inventus extiterit, domino reformetur, et datus pro eo servus ad proprium dominum revertatur. Sin autem conscio domino id fecerit, ipse dominus conponat, sicut est de ingenuis superius constitutum. **IX, 1, 2.**

Recc. Erv.] III. ANTIQUA. **IX, 1, 3.**

Infra quod tempus mancipium latens inventum iudici debeat presentari.

Si[1] cuiuslibet servus ad aliquem latens advenerit, statim eum presentare iudici non differat. Quod si eum non presentaverit, et usque ad octabam noctem aput eum moratus fuerit, aut si ad longinquiora loca transierit, duos eiusdem meriti servos domino cogatur exolvere. Nam si aput eum mancipium, quod susceperat, subcelatum invenitur, alterum cum eo dare domino non moretur, quia intra diem legibus constitutum noluit contestari.

Recc. Erv.] IIII. ANTIQUA. **IX, 1, 4.**

Si nesciens quis fugitivum susceperit humanitatem concessa.

Si quis nesciens fugitivum susceperit et ei humanitatem dederit, et non amplius ibidem fuerit quam una die vel nocte inmoratus, domino requirenti fugitivum suum prebeat sacramentum: se nescisse, quod fugeret; aut si certe potuerit adprobare, quod fugitivum non celaverit, ab omni calumnia liber abscedat. Si vero ibi biduo aut triduo aut quatriduo pro reparandis sumtibus vel cuiuscumque occasionis causam

IX, 1, 2. *l.* 1. requirere] acquirere *V* 16. hac] *ita R* 1. 2. *E* 2; ac *cett.* domino suo rest. *V* 1. 2. ‖ *l.* 2. aut *deest Pith.* equalem *R* 2. conpellatur] non moretur *R* 1. *Pith. (ex praecedenti sententia per errorem repetita)*; detur *V* 3. aut] et *E* 2. ‖ *l.* 3. habuerit] *ita R* 1. 2. 3. *V* 3; unde conponat *add. E. V* 1. 2. relaxaverat *V* 16. ‖ *l.* 4. C] centum *R* 2. ‖ *l.* 5. vinctus] victus *E* 2; vinctum *V* 3. 16. invenire *R* 2. *V* 1. servus quidem qui *R* 2. servitio] *ita R* 1. 2. 3. *E. Pith.*; servitium *cett.* domini] *ita R* 1. 2. 3. *E* 1. *Pith.*; *deest V* 4; domino *cett.* vinculatum *E* 1. ‖ *l.* 6. autem *deest R* 1. fuerit *R* 1. domino ref.] domino *deest V* 1. ‖ *l.* 7. Sin] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1; Si *cett.*

IX, 1, 3. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16). — *l.* 9. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 2. 8. 15; *deest cett.* ‖ *l.* 10. presentare *E* 1. latens] translatens *E* 2. ‖ *l.* 11. presentari *E* 1. iudici] in iudicio *R* 2. ‖ *l.* 12. presentaverit] presentet *V* 3. octabam] *ita R* 1. 2. *E* 2; octavam *cett.* noctem] diem *V* 16; diem vel noctem *V* 15. ‖ *l.* 13. remoratus *V* 3. ad *deest V* 2. longinquiorum locorum *R* 1. ‖ *l.* 14. quod] quem *R* 2. subcelatum] succelatum *E* 2; celatum *V* 1; *deest R* 2. *l.* 15. invenitur] invenerit *V* 1. 2. intra] *ita R* 1. 2. 3. *E* 1. *V* 3. 16. *Pith.*; infra *cett.* ‖ *l.* 16. contestare *R* 2. 3.

IX, 1, 4. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16). — *l.* 17. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 5. 8. 15. 16; *deest R* 2. *E. V* 1. 2. 3. 4. 6. ‖ *l.* 18. Si nesciens quis] Qui nexiens *E* 2; Si quis nesciens *V* 1. 2. humanitatem concessa] *ita R* 1. *E* 2; et ei humanitatem dederit *Mad.*; humanitate concessa *cett.* ‖ *l.* 20. ibidem fuerit *post* nocte *praebet V* 2. quam una die vel nocte inmoratus] *ita R. E. V* 1. 5; immoratus quam una die vel nocte *cett.* una] uno *E* 2. *V* 1. dię *R* 1. ‖ *l.* 21. fugeret] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1. 2; fugiret *R* 2. 3. *E* 2. ‖ *l.* 22. vero] certe *R* 2. ibi *deest R* 1. ‖ *l.* 23. causam pretendens] *ita R* 1; causa preteriens *cett.*

1) *Lex, ut videtur, Eurici. Cf. L. Burg.* 39, 1. 2: Quicumque hominem extraneum cuiuslibet nationis ad se venientem susceperit, discutiendum iudici presentet. Quod qui intra septem dies non fecerit . . .; *L. Rom. Burg.* 6, 1. 2; *Ed. Theoder. c.* 80; *Coll. iur. Rom.-Visigoth. (Gaud.) c.* 19; *infra IX,* 1, 6. 8. 9.

IX, 1, 4. ***Recc. Erv.***] pretendens moras afferre voluerit, conventus a domino, ubi postea manserit vel a quo humanitatem fugitivus acceperit, cogatur ostendere; et infra sex menses aut inveniat fugitivum, aut eos, aput quos postea fuerit, ostendat. Quod si non potuerit invenire, conscientiam suam ex hoc sacramento purgare debebit. Et aput quem novissime venit, aut representet qui fugit, aut paris meriti servum domino reddat; et si servus postea fuerit inventus, illum, quem pro eodem dederat, recipiat et ab omni calumnia securus abscedat.

IX, 1, 5. ***Recc. Erv.***]

V. ANTIQUA.

Si alienum mancipium quis persuadeat, ut fugiat, vel humanitatem inpendat.

Si[1] quis alienum mancipium persuaserit, ut fugiret, aut ei, cum sciret fugitivum, humanitatem dederit[2] aut forte detonderit fugientem[3], si fugitivus potuerit inveniri, duos cum eodem paris meriti servos domino reformare cogatur. Sin autem inventus non fuerit fugitivus, tres servos eius meriti domino conpellatur exolvere. Eadem quoque et de ancillis precipimus custodire.

X, 1, 17. *l.* 1. dominis *R* 3. *E* 1. fundo *R* 3. *V* 1. 2. ad cuius] alienius *V* 1. ‖ *l.* 2. iura] iuram *R* 1; iure *E* 1; ius *Pith.* isdem *E* 1. *l.* 3. aliquid quod] quidquid *R* 2; aliud quod *Pith.* inmobilem *R* 1. ‖ *l.* 4. agnationem] agnatione *R* 1; agnitionem *E* 2; actione *V* 3. debent *V* 2. *l.* 5. vendicare *V* 1. hunus *R* 1. his] eis *E* 2. ‖ *l.* 6. differant *E* 2. *V* 1. 2. ‖ *l.* 7. ad dominorum cognitionem] a dominorum cognitione *R* 1. ‖ *l.* 8. ispatium *R* 1. ipsut] *ita R* 1. 2. *E* 2; ipsum *cett.* resolvere] persolvere *V* 1. 5; persolvere *al. m. corr.* resolvere *E* 2. ‖ *l.* 9. moretur *R* 2. hac] hec *R* 1. neclegentia] *ita R* 1; necligentia *R* 2; neglegentia *E* 2; negligentia *alii.* ‖ *l.* 10. excesserit] excusserit *V* 2. ex his quicquid *V* 1. 2. prolatum vel procreatum *V* 5. utrique] utriusque *E* 2. *V* 1. ‖ *l.* 11. inter se *des. R* 2. *E* 1. *V* 3. *Pith.* numeri vel etatis *des. V* 1. ‖ *l.* 12. supra] *ita R* 1. *E* 2; super *cett.* *l.* 13. divisi[onis equali portione] *uncis inclusa abscisa des. R* 1. divisione *V* 1.

X, 1, 18. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 8. 15. 16). — *l.* 14. FL. — REX] ANTIQUA *V* 15; *des. E* 2. *V* 3. 16. FL. *deest V* 2. GLOR. *deest V* 1. 2. 5. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCESSVINTHUS *R* 2; REC *E* 1; RCDS *V* 1. 5; RCS *V* 2; R *V* 4. ‖ *l.* 15. intellegentiam] *ita R. E* 1; intelligentiam *alii; et similiter infra.* ‖ *l.* 16. contentionis] contemptionis *E* 1; contemnens *corr.* contemtiones *E* 2; intentionis *V* 3. 15. 16. acie] aciem *R* 3? apice *Mad.* videmus *R* 2. *E* 2. *V* 2. desecare] de seculare *R* 1; deserere *Pith.* ‖ *l.* 17. repelli] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. 2; refelli *cett.* uti] ut *E* 1. sic] si *R* 1. *E* 1; *deest Pith.* ‖ *l.* 18. an — an] *ita R. E. V* 1. 2. *Pith.;* aut — aut *Mad.* ‖ *l.* 20. rebus *deest E* 1. *Pith.* intentio] contentio *V* 16.

X, 1, 19. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. (4. 5. 8. 15. 16). — *l.* 21. FL. — REX] ANTIQUA *V* 15; *des. E* 2. *V* 3. GLOR. *deest V* 1. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCSTHUS *R* 2; REC *E* 1; RCDS *V* 5; CHDS *V* 1; CHNDS *V* 2; CHS *V* 8. ‖ *l.* 24. reddendis] retentis *R* 1. quacumque *R* 2.

1) *Cf. Form. Visig. nr.* 6, *LL. Form. p.* 578: cunctoque peculio vel peculiare vestro.
2) *Hanc legem novellam Reccessvindus ad antiquam X.* 1, 11 *supplendam tulit.*

Recc. Erv.] ita ab alio acceperit possidendam, ut ille, qui dat, sic sub alicuius exolutionis debito det, ne videatur ius rei sue amittere voluisse, quidquid debet, qui rem accepit, etiam sine sollicitudinem domini ipse sollicitus reddat. Nam quamvis consuetudo vel promissio exoluta non fuerit, de rebus suis pars domini excludi non poterit, quia non volumtate istius, qui dedit, sed fraude illius, qui rem accepit, videtur commotio rei domino conmoveri. Si vero ille, qui rem accepit, consuetudinem aut promissionem differet adinplere, quodcumque de promisso vel consueto debet, rei domino in duplum exolvat. Nam si ita reddere promissum aut consuetum dissimulet, ut dominum rei legum tempus excludat, usque ad quinquaginta annos rem cum aumento solius laboris, quod ille fecit, amittat. **X, 1, 19.**

Recc. Erv.] II. TITULUS: DE QUINQUAGENARII ET TRICENNALIS TEMPORIS INTENTIONE.

I. Ne post L annos sortes Gotice vel Romane amplius repetantur.

II. Ne mancipia fugitiva post L annos ad servitium revocentur.

III. Ut omnes cause tricennium concludantur.

IIII. Ut exceptis fiscalibus servis tricennale tempus valeat in omnibus causis.

V. De interruptione tricennii.

VI. Ne tricennale tempus inpediat religatis.

Recc. Erv.] I. ANTIQUA. **X, 2, 1.**

Ne post L annos sortes Gotice vel Romane amplius repetantur.

Cod. Eur. 277. ⌈Sortes Gotice et tertia Romanorum, que intra L annos non fuerint revocate, nullo modo repetantur⌉.

X, 1, 19. *l.* 1. exolutionis] executionis *E* 2. *V* 1. 2; executoris *V* 4. ‖ *l.* 2. debito] debitum *R* 2; devita *E* 2. ius rei sue] *ita R* 1. *V* 1. 2; iure sue *E* 2; huius rei sue *R* 2. *E* 1; huius rei sue u s u m *Pith.* quidquid] sed q. *E* 1. *Pith.* ‖ *l.* 3. accepit] *ita R. E;* accipit *cett.* sollicitudinem] *ita R. E* 2; sollicitudine *cett.* sollicite *E* 1. ‖ *l.* 4. suas *R* 1. ‖ *l.* 5. rem *deest R* 1. videtur — accepit *des. V* 1. videtur] *ita R. E. V* 2. 3. 8; videatur *Mad.* commotio] contentio *V* 2. 4. 5. 8; commotio *al. m. corr.* contemtio *E* 2; conscio *V* 3. ‖ *l.* 6. Sin *V* 2. ‖ *l.* 7. differet] *ita R* 1; differat *cett.* promisso] promissione *R* 2. *V* 15. 16; promissio *E* 2. *V* 1. consueto] consuetudo *E* 2; constituto *E* 1. *Pith.;* consuetudine *V* 15. 16. ‖ *l.* 8. ita] iterum *R* 1. dissimulet] d e b i t u m *add. E* 1. *Pith.* *l.* 9. domino *R* 1. quae usque *E* 1. ad *deest R* 1. quinq.] L *E* 2. *V.* rem] suam *add. E* 1. *Pith.* aumento] *ita R;* aucmento *E* 2; augmento *cett.* ‖ *l.* 10. ille] *ita R* 1; illi *R* 2; illic *E. V.* facit *E* 2. admittat *E* 1.

TIT. II. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. — *l.* 11. QUINQUAGINARII *R* 1; QUINQUAGENARIIS *R* 2. *E* 1. TRICENNARIIS *E;* TRICENNARII *V.* ‖ *l.* 12. TEMPORIBUS *R* 2; TEMPORIIS *E* 2. INT.] . . . . . TIONE *R* 1; EMTIONEM *R* 2; TEMPTATIONE *E* 1; INTEMTIONE *E* 2.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 13. L] quinquaginta *E.* Gotice] Cotice *R* 1; Gothicę *E* 1. amplius rep. *des. R* 2. amplius] prius *E* 2. ‖ *l.* 14. fugitiba *R* 2. *E* 2. L] quinquaginta *R* 2. *E* 1. revocentur *deest R* 2. ‖ *l.* 15. tricennium *R* 1; tricennii *R* 2. concludantur *deest R* 2. ‖ *l.* 16. excepto *R* 2. in o. causis *des. R* 2. ‖ *l.* 18. relegatis *E* 2.

X, 2, 1. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. (5. 8. 15. 16. 17). — *l.* 19. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 3. 8. 15. 17; *deest R* 2. *E. V* 1. 2. 4. ‖ *l.* 20. L] quinquaginta *R* 2. *E* 1. *V* 1; *et ita infra.* Gothice *E* 1. *V* 1. 2; *et ita infra.* amplius] prius *al. m. corr.* amplius *E* 2. ‖ *l.* 21. et tertia] *ita R. E* 1; tertia *E* 2; etiam et *V* 1. 2; et *V* 4. *Pith.;* et tertie *cett.* ‖ *l.* 22. intra] *ita R. E* 1. *V* 3. 16. 17. *Pith.;* in *E* 2; infra *cett.*

X, 2, 2. ***Recc. Erv.***] II. ANTIQUA.

Ne mancipia fugitiva post L annos ad servitium revocentur.

Cod. Eur. 277 Mancipia ⌈fugitiva, que intra quinquaginta annos inventa non fuerint, non liceat ad servitium revocare⌉.

X, 2, 3. ***Recc. Erv.***] III. ANTIQUA.

Ut omnes cause tricennium concludantur.

Cod. Eur. ib. ⌈**Omnes causas, seu bonas sive malas**⌉**, aut etiam criminales,** ⌈**que infra XXX annos definite non fuerint, vel mancipia, que in contentione posita fuerant**⌉ **aut sunt,**

Recc. desunt. ***Erv.***] ab alio tamen possessa.

Recc. Erv.] **si definita adque** ⌈**exacta* non fuerint, nullo modo repetantur. Si quis**⌉ **autem** ⌈**post hunc XXX annorum numerum causam movere temtaverit, ste numerus ei resistat, et libram auri cui rex iusserit coactus exolvat**⌉.

* V 4. *addit*: aut vendicata.

X, 2, 4. ***Recc. Erv.***] IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut exceptis fiscalibus servis tricennale tempus valeat in omnibus causis.

Sepe[1] **conpetentis indebita resolutio iuris evanescere facit statum iuste possessionis, et quod nulla generis nobilitas decorabit, indebita licentia libertati contradidit. Tricennalis ergo transcursio temporum cum tam constanter inolevisse videatur in negotiis actionum, ut non iam quasi ex institutione humana, sed veluti ex ipsarum rerum videatur processisse natura, ideo valitura sanctionis huius eternitate decernitur:**

X, 2, 2. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (15. 17. 20). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 3. 15. 17; *deest R* 2. *E. V* 1. 2. 4. ‖ *l.* 2. revocentur] repetantur *V* 3. 15. 20. ‖ *l.* 3. intra] *ita R* 1; infra *R* 2. *E. V* 1. 2.

X, 2, 3. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (8. 15. 16). — *l.* 5. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 8. 15; *deest R* 2. *E. V* 1. 2. 3. 4. 5. ‖ *l.* 6. causas *R* 2. tricennio] tricennium *R* 1; a tricennio *R* 2. concludatur *R* 2. ‖ *l.* 7. Omnes causas *des. V* 2. causas] *ita Eur. et R. E* 1; causa *E* 2; cause *cett.* bonas — malas] *ita Eur. et R. E;* bone — male *cett.* intra] *ita Eur. et R* 2. *E* 1; infra *cett. l.* 8. fuerint] *ita Eur. et R* 1. *V* 1. 2; fuerant *cett.* contentione] contione *V* 2. aut non sunt *V* 8. *l.* 9. ab al. t. possessa *des. R.* ‖ *l.* 10. si definita] si infra tempus diffinita *V* 2. ‖ *l.* 11. ste] *ita R* 1. *E* 2; iste *cett.* ‖ *l.* 12. iusserit] voluerit *V* 16.

X, 2, 4. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. (4. 5. 6. 8. 17. 18). — *l.* 14. FL. — REX] *des. E* 2. *V* 6; NOVITA *V* 4; NOVITER EMENDATUS *add. V* 5; ANTIQUA NOVITER EMENDATA *add. V* 17. GLOR. *deest V* 1. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCESSVINTHUS *R* 2; RECHDS *V* 1; RCHDS *V* 2; RCDS *V* 5. 17. ‖ *l.* 15. excepto *R* 2. tricennali *R* 2; trecennale *E* 2. ‖ *l.* 17. conpetentis] contemptis *E* 1. *V* 17. *Pith.* resolutio] ratio *R* 1. evaniscere *R* 1. statum] statutum tempus *E* 1. *V* 2. 8. 17. *Pith.* ‖ *l.* 18. et *deest R* 1. quod] quem *V* 2. generis] *ita R. E. V* 1. 2. 4; *deest Mad.* decorabit] *ita R. E* 2; *i. e.* decoravit, *quod praebent cett.* libertati] liberati *R* 1; libertate *R* 2. *Pith.* contradidit] *ita E* 2. *V* 2. 18; contradit *R* 2; contradicit *E* 1. *V* 1. 5. *Pith.;* contrarii *R* 1; contrait *cett. l.* 19. cum tam] cuncta *E. V* 1. 2; cunctarum firmiter *V* 18; cum iam sic *Pith.* inolivisse videatur *R* 1; inolevisse videtur *V* 2; inoleverit *Pith.* in negotiis — rerum videatur (*l.* 21) *des. E* 1. *l.* 20. actionum] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. 2. 17. *Pith.;* accionum *R* 2; sanctionum *Mad.* ex institutionem humana *R* 2; ex institutionibus humana *V* 2; ex instructione humana *V* 2. ipsa rerum] ipsarum *V* 2. *l.* 21. precessisse *R* 1. decernimus *V* 1. 2. 4. 18.

1) *Reccessvindus hanc legem antiquiori substituisse videtur, qua, ut crediderim, tricennalis praescriptio a rerum fiscalium vindicatione excludebatur.*

Recc. Erv.] ut, si per tricennii tempus seu fiscus de quorumlibet iure quodcumque tenuerit, sive X, 2, 4.

Recc.] quilibet de fisci	***Erv.***] quelibet de fisci, extra mancipiis fiscalibus,

Recc. Erv.] aut cuiuspiam rebus aliquod fortasse possederit, peremni sibimet iure vindicet et retentet, nec contra hunc numerum, in quo etiam veritas perfecte conpletur etatis, adtemtet conmoveri vox cuiuscumque petitionis. Servi vero fisci,

Recc. desunt. | ***Erv.***] quorum de stirpe servili evidens origo patuerit,

Recc. Erv.] resoluti adque per diversa vacantes, quamvis nihil in pensione tributi persolverint, quamvis fuga vel latebras seu patrocinio quorumcumque defensi latuerint, servitutis condicionem non erunt penitus evasuri, sed in originem pristinam absque temporum preiudicio redigendi, ab huius sententia legis illis tantummodo segregatis, qui percipere meruerint regia conlatione remedia libertatis.

Nov.] FLAVIUS EGIGA REX. **X, 2, 5.**

De prefixo annorum numero, quo fiscales servi possint ad servitium repeti.

Abrogata legis illius[1] sententia, qua de fiscalibus servis precipitur, ut absque preiudicio temporum in servitutis pristine originem redigantur, id novo sanctionis edicto decernimus, ut idem ipsi fiscales servi, quos per XXX annos inter presentes aut quisque possederit, aut ipsi coram positi predictum annorum numerum nullo dominante transierint, vel hi etiam, qui per diversa vagantes sine aliqua tributi vel servitii inpensione quinquagenariam annorum metam pervagando excesserint, nullo modo sint ad fisci servitutem

X, 2, 4. *l.* 1. ut] quod *R* 1. fiscum *V* 2. quorumlibet] quolibet *R* 1. *V* 6. *Pith. in marg.;* corumlibet *R* 2. *E* 2. quodcumque] quicumque *V* 1. ‖ *l.* 2. detenuerit *E* 2. sive] seu *E* 1. ‖ *l.* 3. quilibet de fisci *(col.* 1*) R.* quilibet] *ita R* 1; qualibet *R* 2. quelibet — fiscalibus *(col.* 2*) E. V.* quelibet] quodlibet *V* 1. 18; quidlibet *V* 2. de fiscis *V* 1. 2. mancipiis fiscalibus] *ita E;* mancipia fiscalia *V.* *l.* 5. cuiuspiam — aliquod] quidpiam de rebus alienis *V* 18. cuiuspiam] quispiam *E* 2. *V* 1. 6. de rebus *V* 1. 2. aliquid *V* 1. 2. *Pith.* possideret *R* 2. *E* 2. perennis *R* 1. sibimet] ipsi *add. al. m. E* 2. vendicet *V* 1. 2. ‖ *l.* 6. retentet] retemptet *E* 1. *V* 1; retineat *V* 18. nec] *ita R. E* 1. *V* 1. 2. 18. *Pith.;* ne *E* 2; et nec *Mad.* ‖ *l.* 8. quorum — patuerit *des. R.* servili evidens] servile videns *E* 1. 2. patuerit] pueri *E* 1. ‖ *l.* 9. resoluti — vacantes] *des. V* 1. 2. 5. 18; *al. man. post add. E* 2. vacantes] *ita R* 1. *E;* vagantes *cett.* ‖ *l.* 10. quamvis] quasvis *R* 1. fugam *E.* latebras] *ita R. E. V* 2. patrocinia *V* 2. defensi] defensio *R* 2. ‖ *l.* 11. servitutisque *V* 1. condicione *R* 1. ‖ *l.* 12. retigendi *R* 1. sententiam *R* 1; sententie *E* 2. legis illis tantummodo segregatis] legis huius tantummodo erunt segregati *V* 2. ‖ *l.* 13. meruerint] *ita R* 1; valuerint *cett.* reme[dia libertatis] *uncis inclusa abscisa R* 1.

X, 2, 5. *Codd. V* 2. 3. 4. 5. 13. 14. (15. 16. 17. 18). — *l.* 14. FL. — REX *des. V* 2. EGIGA] *ita V* 4; WAMBA *V* 3; GLS EGICA *V* 5; EGICA *cett.* ‖ *l.* 15. numero] tempore *V* 15. 16. possint] debeant *V* 15. 16. ‖ *l.* 17. Abrogatis legibus quod de *V* 3; Abrogatis legis *etc. V* 4. qua] que *V* 13. ut] aut *V* 13. ‖ *l.* 18. preiuditio *V* 2. pristinem *V* 2. origine *V* 13. 14. redigantur] reducantur *V* 15. *l.* 19. novo *deest V* 2. sancionis *V* 2. decernitur *V* 3. 5. 13. quos] qui *V* 2. ‖ *l.* 20. aut quisque possederit *des. V* 2. 4. 5. aut ipsi] et ipsis *V* 2. ipsi c. pos.] ipsis coram positi dominis *V* 2. coram positi *des. V* 13. 14. ‖ *l.* 21. dominante] . . . nante *V* 2. qui *deest V* 13. 14. ‖ *l.* 22. diversa vagantes loca *V* 2. servitii] servituti *V* 13. 14. quinquagenariam annorum metam] *haec dubitans retinui;* quinquagenarium numerum meta *V* 2; quinquagenariam metam *V* 3; quinquagenariam numeri (innumeri *V* 5) metam *V* 5. 15. 16; quinquagenarii numeri metam *V* 18. ‖ *l.* 23. pervaganda *V* 2. sint] sunt *V* 2.

1) *X, 2, 4.*

X, 2, 5. *Nov.*] ulterius repetendi. Sed quod eos fuisse tricennalis vel quinquagenarius legalis communisque ordo convicerit, hoc eos esse modis omnibus oportebit, ut in perquisitione mancipiorum fiscalium una eademque lex principis teneat, que et in populorum similibus vocibus dinoscitur constituta.

X, 2, 6. ***Recc. Erv.***]

V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De interruptione tricennii.

Sepe proprium ius alterius longinqua possessio in ius transmittit alterius; nam quod XXX quisque annis expletis absque interruptione temporis possidet, nequaquam ulterius per repetentis calumniam amittere potest. Ut ergo tam petenti quam possessori conpetenter possit esse consultum, id ab omnibus observandum est, ut, quicumque rem, que ab alio per XXV annos et supra, infra XXX tamen possessa est, sui iuris esse adstruxerit, et possessor fortasse, sive a iudice seu a repetente conmonitus, vel reddere distulerit vel rationabiliter responsum parare contemserit aut quamcumque dilatione videatur adferre, sive etiam eiusdem rei, que petitur, absente possessore, hoc est aut in alia provincia aut in expeditione publica positum esse constiterit, tunc iudex id, quod reposcitur, id est seu possessionem, sive quodcumque fuerit, pro inruptione temporis coram duobus aut tribus ingenuis petenti consignare procuret; ita ut, si iudex rem ipsam petenti saionis instantia preceperit consignari, per epistulam manu sua suscriptam eundem saionem iuxta modum subterius conprehensum informet. Et si forte possessio est, ubi repositio alicuius substantie sit, ne per rationales[1] excusatio fiat, anulo iudicis aut saionis, qui locum consignat, eadem

X, 2, 5. *l.* 1. quod] quia *V* 13. 14. quinquagenarii *V* 2; quinquagenalis *V* 16. legalis *deest* *V* 3. *l.* 2. convincerit *V* 13. 14. ut] ita ut *V* 16. 18. in perquisitione] pro inquisitione *V* 2. 18; per inquisitione *V* 3; per inquisitionem *V* 16. ‖ *l.* 3. principis] *ita (= principes) codd.* ‖ *l.* 4. in pop.] de pop. *V* 2.

X, 2, 6. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. (3. 4. 5. 6. 8. 15. 16. 18). — *l.* 5. FL. — REX] ANTIQUA *V* 15; *abscisa des.* *R* 1; *des.* *E* 2. *V* 6. CHINDASVINDUS] *ita* *R* 2; CIN *E* 1. *Pith.*; CHDS *V* 1; CDS *V* 3; GLS CHN *V* 2; GLS CHDS *V* 5; GLS *V* 4; ERVIGIUS *V* 8. ‖ *l.* 7. Sepe] Sive *R* 1. longissima *V* 1. ‖ *l.* 8. XXX annis quisque *R* 2. inruptione *R* 2. ‖ *l.* 9. per rep. cal.] repetentis calumnia *R* 2. ‖ *l.* 10. possessori] hinc *Pith.* ‖ *l.* 11. XXV] XV *E* 1; quindecim *Pith.* et supra] aut supra *E* 1. *Pith.* tamen] *ita* *R.* *E.* *V* 2. 18. *Pith.*; tamen annos *V* 1; annos tamen *Mad.* *l.* 14. quamcumque dilatione] *ita* *R* 1. *E* 2; quacumque dilationem *E* 1; quamc. dilationem *cett.* adferre] *ita* *R* 1; auferre *E* 2; afferre *cett.* petitur] repetitur *V* 15. absente possessore] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 1. 2; absentem possessorem *cett.* ‖ *l.* 15. aut in alia pr.] aut *deest* *Pith.*; in *deest* *E* 2; aut in aliam provinciam *E* 1. positum] constitutum *V* 2. 18. ‖ *l.* 16. constiterit] a u t n o n c o n s t i t e r i t *add.* *V* 8; patuerit *V* 18. id quod] in quo *R* 2. possessionem] *ita* *R.* *E.* *V* 1. 2. 18; possessio *Pith.* *Mad.* *l.* 17. pro inruptione] *ita* *R* 2. *E* 1; pro inrumptione *R* 1; pro inruptionem *E* 2; per interruptionem *V* 1. 2; pro interruptione *Pith.* *Mad.* duobus testibus aut tribus *Pith.* aut tribus *des.* *V* 1. tribus testibus ingenuis *E* 1. *V* 2. ingenuis] hominibus *add.* *V* 2. petenti *deest* *V* 1. ‖ *l.* 18. saionis instantia] *ita* *R.* *E.* *V* 18; per saionis instantiam *cett.* consignari] *ita* *R.* *E*; consignare *cett.* ‖ *l.* 19. suscriptam] *ita* *R.* *E* 2; subscripta *V* 1; scriptam *V* 2; subscriptam *cett.* modum] modum l e g i s *V* 15. conpreensum *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 20. repositio] reposito *E* 1. ‖ *l.* 21. per *deest* *V* 1. rationalis *E* 1; irrationalis *V* 1. fiat] faciat *R* 2. anulo] anullo *E* 2; nullo *R* 2. aut] *ita* *R.* *E* 1. *Pith.*; vel *cett.* eadem] eidem *E* 1.

1) *Rationales sunt actores vel procuratores, 'Gutsverwalter'; cf. H. Brunner, 'D. Rechtsg.' II, p.* 120. *Intelligendi sunt rationales possessoris, qui post peractam interruptionem bona domini absentis administranda denuo recipiunt. Substantiam autem ibi repositam per octo dies illos obsignari lex praecipit, ne postea rationales de substantia fortasse deficiente se excusent, dicentes*

***Recc. Erv.*]** hostia, ubi res est reposita, per illos octo dies maneant obsignata, et ille, qui accepit, octo tantum diebus possideat et nihil exinde expendere aut evertere vel alienare presumat; sed in eo tantum loco quod voluerit aut potuerit laboris exerceat. Post octo autem dies rem intemeratam dimittat, ab eo, quem possidentem invenerat, indubitanter adprehendendam, et nulla ex hoc ille, qui hocto diebus possedit, calumniam pertimescat; ita tamen, si vel ipse vel pars eius aut posteritas infra XXX annos a die interrupti temporis rem, quam sibi consignari poposcerat, sui iuris esse convincat. Nam si convinci eadem actio taliter non potuerit, ille quidem, qui supprestis est, qui dominium alienum inquietabit, rei domino velut iniustus satisfaciat petitor; aut si aliquid expenderit vel everterit, in quadruplum reddere conpellatur; parti vero eius aut posteritati nulla ex hoc ulterius calumnia moveatur; illa evidentissime condicione taxata: ut, si diversarum rerum et in diversis locis hec, de qua agitur, fuerit dispersa facultas, ex omnibus his, que ad eandem pertinent repetitionem, unum, quodcumque fuerit, secundum presentis legis decretum a iussionem iudicis consignatum pro traditione teneatur omnium rerum. **X, 2, 6.**

Exemplar epistole informationis.

Ille iudex illi saioni. Informamus te, ut locum illum, quem ille repetit, et nunc in dominio illius esse videtur, iuxta legis ordinem coram duobus aut tribus ingenuis illi consignes octo tantum diebus possidendum; ita ut, si aliquid ibi repositionis habeatur et anulo domini sui non est signatum, propter auferendam excusationem rationalium per illos octo dies anulo tuo maneat obsignatum; ante vero nihil exinde aliquatenus auferatur.

X, 2, 6. *l.* 1. hostia] *ita R. V* 1; ostia *cett.* reposita] *ita R. E. V* 2. 18. *Pith.*; posita *V* 1. *Mad.* illos *deest V* 2. maneat *R* 1. obsignata] consignata *V* 2. ‖ *l.* 2. octo] hocto *R* 2; hoc *E* 2. exinde *deest R* 1. ‖ *l.* 3. quod] quicquid *E* 1. *V* 2. *Pith.*; quo *E* 2. ‖ *l.* 4. ab eo] ei *V* 1. ‖ *l.* 5. adpreendendam *R* 2. *E* 2. nullam *R* 2. hocto] *ita R. E* 2; octo *cett.* diebus] dies *R* 1. ‖ *l.* 6. calumnia *R* 1. si vel] *ita R. E* 2. *V* 1; ut si vel *E* 1. *V* 18. *Pith.*; vel *V* 2; ut sive *Mad.* ipse vel] *ita R. E* 1. *V* 1; vel ipse *al. m. post add. E* 2; ipse aut *cett.* ‖ *l.* 7. quam] quae *E* 1; que *al. m. corr.* quam *E* 2. consignari] d o n a r i *R* 1. ‖ *l.* 8. potuerit] poterit *E* 2. *V* 18. qui] si *V* 2. ‖ *l.* 9. supprestis] *ita R* 1; subprestis *R* 2; subperstis *E* 1; superstes *V* 1. 2; suprestis *cett.* qui dom.] ut qui dom. *Pith.* dominium *corr.* domum *R* 2. inquietabit] *ita R* 1. *E* 2; inquietavit *cett.* ‖ *l.* 10. aliquod *E. Pith.* expenderit] exinde *add. Mad.* quatruplum *R* 1. ‖ *l.* 11. parti] petitor *E* 2. posteritas *E* 2. ulterius] alterius *E* 2; *deest R* 2. illa] *ita R. E. V* 2. *Pith.*; illa vero *V* 1. *Mad.* evidentissima *V* 2. 3. ‖ *l.* 12. taxata] s e r v a t a *V* 16. 18. per diversarum rerum *E* 1. et in] aut in *Pith.* ‖ *l.* 13. ex] et ex *R* 2. *E* 2. *V* 18. his *deest R* 1. que] qui *E* 1. repetitione *R* 1. ‖ *l.* 14. unum] manum *R* 2. quodcumque] quemque *E* 1. *Pith.*; quodque *V* 1. a iussionem] *ita R*; p e r s a i o n e m *V* 15. 16. 18; a iussione *cett.* *l.* 16. Exemplar] Antiqua lex. Capitulare exemplar *V* 15; Item exemplar *Mad.* ‖ *l.* 17. illi] illo *E* 1. *V* 1. 2. *Pith.* repetit] petit *R* 2. *V* 1. 2. 4. 5; repetito *E* 1. ‖ *l.* 18. aut] vel *V* 1. ‖ *l.* 19. octo] hocto *R* 2; hoc *E* 2. aliquid ibi] aliquod *R* 2. ‖ *l.* 20. habetur *E.* anulo] anullo *R* 2. sui *deest R* 1. ‖ *l.* 21. rationalium] *ita R. E. Pith.*; rationabilium *E* 2. *V* 1. 2. *Mad.* ante] *ita R* 1; antea *R* 2; ante *rad. corr.* a t e *E* 2; a t e *E* 1. *V* 1. 2. *Pith.*

eam ab illo, qui per octo dies in possessionem missus erat, ablatam vel consumatam esse. Istam huius loci interpretationem haud dubie rectam debemus v. c. Heinrico Brunner. Cf. etiam infra epistulam informationis.

X, 2, 7. ***Recc. Erv.*]** VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne tricennale tempus inpediat religatis.

Quanto pressuris condicio urguetur humana, tanto multis remediis clementiam principalem necessitati consulere decet humane. Quapropter cum quisque nobilis adque inferior ingenuus sive etiam servus regio iussu in custodiam vel in exilium extiterit deputatus*, et contingat eum quandoque aut liberationem invenire aut ad sua bona reverti, si quamcumque rem in repetitione videtur habere, non illut tempus pro tricennali vel quinquagenario annorum numero in eius actione iungatur, quod ipse in custodiam vel in exilium fuisse dinoscitur. Sed remoto omni illo tempore, quo evidenter eidem persone in pressuris et in penuria constitute sibi debitum negotium sequi non licuit, de cetero iuxta legum decreta vel tempus in eius actionibus legalis ordo maneat constitutus.

*) V 4. 8 *addunt:* aut ab hostibus deportatus.

***Recc. Erv.*]** III. TITULUS: DE TERMINIS ET LIMITIBUS.

I. Ut termini et limites conserventur.

II. De conlisis et evulsis limitibus.

III. Quid observetur, si de terminis contentio oriatur.

IIII. Si alter intra terminos alienos possidere dicitur.

V. Ut, si aliqua pars de alio loco tempore Romanorum remota est, ita persistat.

X, 3, 1. ***Recc. Erv.*]** I. ANTIQUA.

Ut termini et limites conserventur.

Cod. Eur. 277. Antiquos terminos et limites sic stare iubemus, sicut[1] antiquitus videntur esse constructi, nec aliqua patimur eos commotione divelli.

X, 2, 7. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. (6, 8. 15. 16. 18). — *l.* 1. FL. — REX] ANTIQUA *V* 15; *des.* *E* 2. *V* 3. 16. 20. GLOR. *deest* *R* 1. *E* 1. *V* 6. *Pith.* RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCSTHUS *R* 2; REC *E* 1; RECDS *V* 1; RCDS *V* 2. 5. *Pith.*; RC *V* 6; *deest* *V* 4. || *l.* 2. religatis] *ita* *R* 1. *E*. *V* 1. 2. *Pith.*; relegatis *cett.* || *l.* 3. Quanto] *ita* *R*. *E*. *V* 1. 2. 3. 18. *Pith.*; Quantum *Mad.* urguetur] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 2; urgueretur *R* 2; urgetur *cett.* humani *R* 1. tanto] *ita* *R*. *E*. *V* 1. 2. 3. 18. *Pith.*; tantum *Mad.* || *l.* 4. cum] dum *V* 2. || *l.* 5. adque] seu *V* 16. 18. iusso *R* 1. vel exilium *Pith.* || *l.* 6. continguat *R* 2. *E* 1. liberationem] *ita* *R*. *E*. *V* 1—5. 8. 15. 16. 18; gratiamque *add.* *Mad.* ad sua bona] a bona *R* 1. || *l.* 7. si *deest* *R* 1. quacumque *R* 2. *E* 2. videtur] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 1; videatur *cett.* || *l.* 8. pro] per *V* 1. quinquaginario *R* 1; quinquagenari *E* 1. actione] s a t i s f a c t i o n e *E* 2. || *l.* 9. custodiam] *ita* *R*. *E* 2. *V* 1; custodia *cett.* exilium] *ita* *R*. *E* 2. *V* 1; exilio *cett.* remoti *R* 1. illo *deest* *R* 1. *l.* 10. quo] quod *R* 2. *E* 1. in pen.] in *deest* *V* 2. *l.* 11. sequi] prosequi *E* 1. *Pith.* cetero] vero *add.* *E* 1. *Pith.* || *l.* 12. actionibus] obiectionis *E* 1; obiectione *Pith.* constitutum *R* 1. || *l.* 13. aut *deest* *V* 4.

TIT. III. *Lemma.* *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 6.

Index capitulorum. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 17. observentur *R* 1. || *l.* 18. alter] aliter *E* 1. dicitur *R* 1. || *l.* 19. alio] aliquo *E* 1. persistat *deest* *R* 1.

X, 3, 1. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (17. 18). — *l.* 20. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *V* 3. 4. 17; *deest* *cett.* || *l.* 21. Ut] Si *E* 2. || *l.* 22. ut sicut *E* 1. || *l.* 23. eos] *ita* *R*. *E* 2. *V* 1. 6. 18; *deest* *cett.* commotione] conminutione *R* 1; conventione *V* 1. divelli] debelli *R* 2; divelli *al. m. corr.* debelli *E* 2.

Recc. Erv.] II. ANTIQUA. **X, 3, 2.**

De conlisis et evulsis limitibus.

Cod. Eur. 274. ⌜Qui⌝ [1] istudio pervadendi ⌜limites conplanaverit aut terminos fixos fuerit ausus evellere: si ingenuus est, per singula [2] signa vel notas XX solidus⌝ cui fraudem fecit cogatur inferre; ⌜si servus est, per singula signa quinquagena flagella suscipiat. Si quis autem, dum arat vel* vineam plantat, terminum casu, non volumtate convellerit, vicinis presentibus restituat terminum et⌝ postmodum ex hoc ⌜nullum damnum⌝ aut periculum vereatur.

*) *Pro* vel vineam plantat *praebent V* 1. 2*:* aut vineam plantat vel pomeria; *V* 4. 5. 6. 8. *Pith.:* pomaria vel vineam plantat.

Recc. Erv.] III. ANTIQUA. **X, 3, 3.**

Quid observetur, si de terminis contentio oriatur.

Cod. Eur. 275. ⌜Quotienscumque [3] de terminis fuerit orta contentio, signa, que antiquitus constituta sunt, oportet inquiri, id est aggeres terre⌝ sive arcas, ⌜quas propter fines fundorum antiquitus apparuerit fuisse coniectos⌝ adque constructas, ⌜lapides etiam, quos propter indicia terminorum notis evidentibus sculptos constiterit esse defixos. Si hec signa defuerint, tunc in arboribus notas, quas decurias [4] vocant, convenit observari; sed ille, que antiquitus probantur incise⌝.

Recc. Erv.] IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **X, 3, 4.**

Si alter intra terminos alienos possidere dicatur.

Cod. Eur. 275. ⌜Si [5] quis intra terminos alienos per absentiam aut per ignorantiam domini partem

X, 3, 2. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 2. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 16. 17. 18). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 4. 15. 17; *deest cett.* ‖ *l.* 3. istudio] *ita R* 1. *E* 2; studio *cett.* prevadendi *E* 2. *V* 3. ‖ *l.* 4. XX] viginti *R* 2. *E* 2; XXX *V* 15. 16. 18. solidus] *ita R* 1; solid̄ *R* 2; solids *E* 2; solidos *cett.* ‖ *l.* 5. inferre] exsolvere *V* 15. si] et si *V* 2. *Mad.* quinquagena] *ita R. V* 1; L *cett.* suscipiat] et terminum et limitem restituat *add. Mad.* ‖ *l.* 6. termino *R* 1. convellet *Lind.* ‖ *l.* 10. pomaria] *post add. V* 6; aut pomaria *Pith.* vel] aut *V* 5.

X, 3, 3. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. (15. 17. 18). — *l.* 11. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 3. 15. 17; *deest cett.* ‖ *l.* 12. Quid] Quod *R* 2. *E.* de] pro *E* 2. *V* 1. 4. 18. ‖ *l.* 13. Quotiescumque *E* 1. *V* 1. *alii.* ‖ *l.* 14. obportet *R* 1. archas *V* 1. ‖ *l.* 15. coniectos] *ita R* 1; congestos *R* 2; coniestas *E* 2; congestas *cett.* ‖ *l.* 18. ille] *ita R. E. V* 1; illi *V* 3; illas *Mad.*

X, 3, 4. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5. 6. 15. 16. 18. 20). — *l.* 19. FL. — REX] ANTIQUA *post corr.* F RC R *V* 6; ANTIQUA *V* 15; *des. V* 16. 20. GLOR. *deest V* 6. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCSTHUS *R* 2; REC *E* 1; REDS *E* 2; RCDS *V* 1. 5; R *V* 4; RC *V* 6.

1) *Haec lex ex Codice Euriciano in Lege Baiuv.* 12, 1—3 *recepta est, unde eam sub c.* 274 *inter fragmenta codicis illius restituimus supra p.* 3. *Cf. praeterea Dig. XLVII,* 21*; Pauli Sent. V,* 22, 2 *(in L. Rom. Vis. V,* 24, 2*):* Qui terminos effodiunt vel exarant arboresve terminales evertunt *etc.; Ed. Theoder. c.* 104*; L. Burg.* 55, 6. 7*; L. Rom. Burg.* 39, 1. 2*; Ed. Roth. c.* 236—239*; Mommsen, 'Röm. Strafrecht' p.* 822 *sq.; Wilda, 'Strafrecht d. Germ.' p.* 925 *sq.* 2) *Cf. Dig. l. c. l.* 3*:* in terminos singulos, quos eiecerint locove moverint, L aureos in publico dari iubet. 3) *Haec lex ex Codice Euriciano in Lege Baiuv.* 12, 4 *recepta est, unde eam sub c.* 275 *inter fragmenta codicis illius inseruimus supra p.* 3. *Cf. Conc. Hispal. II. can.* 2*; v. infra p.* 398, *n.* 3 *et* 399, *n.* 1. 4) *Cf. VIII,* 6, 1, *supra p.* 349. 5) *Reccessvindus hanc legem posteriori parti capitis* 275, *ut videtur, Codicis Euriciani substituit, ex quo eadem fere verba recepit, quae inde repetiverunt etiam auctores Legis Baiuv.* 12, 4*; v. supra p.* 4. *Cf. de huius legis argumento Dahn, 'Studien' p.* 91.

X, 3, 4. ***Recc. Erv.***] aliquam forte possederit⌝, ita ut diuturna mansio etiam multo tempore inolita vel amplius quam L annos[1] hominum partis eius habitatio publice et inmobiliter con- *Cod. Eur. 275.* sistere aut permanere nullatenus conprobetur, ⌜statim cum per antiqua signa evidentibus inspectoribus[2] fines loci alterius cognoscuntur, amittat domino reformandam. Nec contra signa evidentia⌝ debitum dominium ⌜ullum longe possessionis tempus⌝ excludat[3]; sed hoc, si ex his contendentibus unus possessoris sive autorum eius dominium repperiatur advenisse postremum. Nam si tanta tempora excesserunt, ut nec ipsi nec autores eorum noverint, cuius primum aut dominium aut possessio fuit, et nec per testem nec per scripturam potuerit postremus possessor ostendi, quia dubium prime possessionis constat indicium, unusquisque quod possidet inrevocabiliter possidebit. Verum ubi unus possessor sine alterius domini mansoribus publice possidens per evidentia signa locum ex integro vindicare videtur, nulla ratio sinit, quamvis per longa tempora, ut eius possessionis integritas decerpatur. Unde, si alter illic se per presumtivam introduxerit novitatem, nihil nocere poterit possessori. Si vero idem aliena appetens aliquid ex hoc repetit non presumtive, sed per iudicium, si meretur, obtineat. Nam si incondite et inprovise adtemtet aliquatenus accedere velle, liceat hunc domino vere ut violentum accusare et ut invasorem per iudicium legibus abdicare.

X, 3, 5. ***Recc. Erv.***]

V. ANTIQUA.

Ut, si aliqua pars de alio loco tempore Romanorum remota est, ita persistat.

Cod. Eur. 276. ⌜Si[4] quodcumque ante adventum Gotorum de alicuius fundi iure remotum est et aliquam⌝ possessionem aut vinditionem aut donationem aut divisionem aut aliqua

X, 3, 4. *l.* 1. possiderit *R* 2. *E* 2. etiam] ac si etiam *E* 1. multo] *ita R. E* 1. *V* 1; in multo *cett.* ‖ *l.* 2. L] quinquaginta *R* 2. *E* 2. annos] *ita R* 1; annis *cett.* inmobiliter] cum *add. R* 1. *l.* 3. cum per] compar *V* 1. evidentibus] videntibus *corr.* ev. *R* 2. ‖ *l.* 4. reformanda *R* 1. *V* 6. *Pith.* *l.* 5. debitum *deest V* 1. ullum] illum *R* 1; illum vel *E* 1; illud *V* 18. ‖ *l.* 6. contendentibus] contentionibus *R* 1. unius] unus *R.* possessores *R* 1. autorum] *ita R;* actorum *V* 18; auctorum *cett.* *l.* 7. repperiatur] repetatur *R* 1; reperiantur *E* 1. advenisse] esse *V* 16. 18. si post tanta *E* 2. *l.* 8. autores] *ita R;* auctores *cett.* et] *ita R* 1; set *R* 2; sed *cett.* ‖ *l.* 9. dubium] *ita R. V* 1. 6. *Mad. Pith. (in textu);* n u l l u m *E* 1. *V* 3. *Pith. (in margine);* anullum *E* 2. ‖ *l.* 10. constat] p a t e t *E* 1. *V* 3. *Pith.* ‖ *l.* 11. ubi] ibi *E* 1. *V* 3. sine] in *R* 2. domini] dominum *R* 1; dominii *E* 1. *Pith.;* dominio *R* 2. mansoribus] mansionibus *Pith.* ‖ *l.* 12. sinit] *ita R. E* 2. *V* 1; sinit ut *E* 1. ‖ *l.* 13. longua *R* 1. ut] *ita R. E* 2. *V* 1; *deest cett.* decertatur *R* 2. per *deest R* 1. ‖ *l.* 14. noceri *R* 1. ‖ *l.* 16. incondite] *ita R. E. Pith.;* i n c o g n i t e *cett.* inprovisa ea *R* 2. velle] *deest R* 1. *V* 4; vel *E* 2. *l.* 17. dominum *R* 1. ut violentum] aut violentum *E* 1. et ut] et *R* 2; aut *E.*

X, 3, 5. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. (3. 4. 5. 6. 8. 15. 18). — *l.* 18. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 1. 6. 8. 15; *deest cett.* ‖ *l.* 19. Ut *deest R* 2. alio] aliquo *R* 2. ‖ *l.* 21. Gothorum *E* 1. *V* 1. ‖ *l.* 22. et aliquam] *ita R. E. V* 1. 3. *Pith.;* et ad aliquam *Mad.* aliquam — divisionem] *intellige:* aliqua possessione aut vinditione aut donatione aut divisione. vinditionem] *ita R;* bindictionem *E* 2; venditionem *E* 1. *V* 1; venditione *Mad.* aut donationem *des. E* 1. donationem] *ita R. E* 2. *V* 1; donatione *Mad.* aut divisionem] *ita R* 2. *V* 1; *des. R* 1. *E* 1. *V* 18; aut devisione *E* 2; aut divisione *cett.* aut aliqua transactione] *des. R* 1; aut aliquam translationem *V* 1.

1) *Quinquaginta annorum praescriptio longissima erat; cf. X, 2, 1 sqq.* 2) *De inspectoribus limitum cf. legem subsequentem et p.* 399, *n.* 1. 3) *Cf. Conc. Hispal. II. can.* 2: quia inter utrasque partes hactenus limitis actio ventilata (?) est, cuius quamvis vetusta retentio nullum iuris praeiudicium afferret; *cf. p.* 399, *n.* 1. 4) *Huius legis partem longe maiorem ex Codicis Euriciani capite* 276 *repetitam esse demonstrat fragmentum codicis palimpsesti; cf. supra p.* 4. *Leovigildus ea tantum ex antiquo textu submovisse videtur, quae singulatim ad Gothos vel Romanos et ad terrarum divisionem inter eos factam spectabant. De legis argumento disseruit Dahn l. c.*

Recc. Erv.] transactione translatum est, id in eius fundi, ad quem a Romanis antiquitus probatur adiunctum, iure consistat. Cum [1] autem proprietas fundi nullis certissimis signis aut limitibus probatur, quid debeat observari, eligat inspectio iudicantium, quos partium consensus elegerit⌉; ita ut ⌈iudex, quos certiores agnoverit vel seniores, faciat eos sacramenta prebere, quod terminos sine ulla fraude monstraverint⌉, et tamen ⌈nullus novum terminum sine consortis presentia aut sine inspectore constituat. Quod si forsitan liber hoc fecerit, damnum pervasionis excipiat, quod legibus continetur. Si vero id servus admiserit domino nesciente, CC flagella publice extensus accipiat, et nullum ex hoc preiudicium domino conputetur⌉. **X, 3, 5.**

X, 3, 5. *l.* 1. id] et *R* 1. ad quem a] iure quod *V* 18. ad quem] *ita V;* adque *R. E* 2; atque *E* 1. || *l.* 2. adianctum *R* 1. iure consistat] ita persistat *V* 15. || *l.* 3. quid] quidquid *R* 1; quod *V* 1. || *l.* 4. quos partium] quo ispartio *(sic!) R* 1. helegerit *R* 1. || *l.* 5. sine] *ita R. E. V* 18. *Pith.;* absque *cett.* demonstraverint *R* 2. *V* 1. 4. 5. || *l.* 7. pervasionis] persuasionis *R* 1. excipiat] *ita R. E. V* 1. 3. 4. 5; accipiat *Mad.;* incurrat *V* 16. 18. in legibus *R* 2. || *l.* 8. CC] ducentena *R* 2. || *l.* 9. acipiat] suscipiat *E* 2. *V* 3. 18.

1) *Cf. Concilii Hispalensis II, a. p. Chr.* 620, *ut videtur, habiti (v. de tempore concilii, quae disserui 'N. Arch.' XXVII, p.* 423*) can.* 2*:* . . . inter Fulgentium Astigitanum et Honorium Cordubensem episcopos discussio agitata est propter parochiam basilicae, quam horum alter Celticensem, alter Reginensem asseruit. — . . . placuit inter alternas partes inspectionis viros mittendos; ita ut, si in dioecesi possidentis sitam basilicam veteribus signis limes praefixus monstraverit, ecclesiae, cuius est iusta retentio, sit aeternum dominium. Quod si et limes legitimus eandem basilicam non concludat, sed tam longi temporis probatur obiecta praescriptio, appellatio repetentis episcopi non valebit, quia illi tricennalis obiectio silentium ponit. Hoc enim et saecularium principum edicta praecipiunt . . .

Recc. Erv.] DE EGROTIS ET MORTUIS ADQUE TRANSMARINIS NEGOTIATORIBUS.

LIBER UNDECIMUS.

I. TITULUS: DE MEDICIS ET EGROTIS.

XI, 1, 1. *Recc.*] I. ANTIQUA.

Ne absentibus propinquis mulierem medicus fleotomare presumat.

Nullus[1] medicus sine presentia patris, matris, fratris, filii aut avunculi vel cuiuscumque propinqui mulierem ingenuam fleotomare[2] presumat. Quod si hec pre-

Erv.] I.

Ne absentibus propinquis mulierem medicus flebotomare presumat.

Nullus medicus sine presentia patris, matris, fratris, filii aut avunculi vel cuiuscumque propinqui mulierem ingenuam flebotomare presumat, excepto si necessitas emerserit egritudinis.

LIB. XI. TIT. I. *Lemmata. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 6. — *l.* 1. ET] *ita R. E. V* 1. 6; ATQUE *Mad.*; *deest Pith.* MORTUIS MEDICIS *al. man. corr.* MORTUIS *V* 6; MEDICIS MORTUIS *Pith.* ADQUE *ita R. E*: ATQUE *V* 1. 6. ‖ *l.* 3. UNDECIMUS *ita R* 1: XI *R* 2. *E* 1. *V* 1. 6: IX *E* 2.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 5. fleotomare] *ita R* 1; fleuotomare *R* 2; flebotomare *E.* ‖ *l.* 7. egritudine ad] egrotum detiniat *R* 2: egritudinem ad *E* 2. expetatur] *ita R*: expectatur *E* 2; expectetur *E* 1. ‖ *l.* 9. ipocemata *ita R* 1; ipocema *E* 2; ypocismata *E* 1; opocisma *R* 2. ‖ *l.* 10. fleotomum *ita R*: flebotomum *E* 1; flebotimum *E* 2. vel *ita R* 1. *E*; sive *R* 2. incurrant *E* 2.

XI, 1, 1. *Codd. R* 1. 2. (3). — *l.* 13. ANTIQUA] *ita R* 1; *deest R* 2. ‖ *l.* 19. fleotomare] *ita R* 2: fleutomare *R* 1: flevotomare *R* 3.

XI, 1, 1. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 16. 18). *Pith. Mad.* — *l.* 13. I] ANTIQUA *add. V* 4. 8; ANTIQUA EMENDATA *add. V* 18; NOVA LEX *add. V* 15. ‖ *l.* 15. flebotimare *E* 2; flotimare *V* 3; fleubotomare *V* 6. ‖ *l.* 16. medicus indiscussus *V* 15. 16. ‖ *l.* 17. fratris] mariti *add. V* 15. avunculi] avii *V* 3. ‖ *l.* 18. fleutimare *E* 2; flebothomare *V* 1: flotimare *V* 3: fleubotomare *V* 6.

1) *De hoc capite et sequentibus cf. Dahn, 'Könige'* *VI*², *p.* 278 *sqq.* 2) *'Fleotomare' vel 'fleutomare' i. q. flebotomare vel phlebotomare = sanguinem venis emittere, sanguinem minuere; cf. infra c. 6: 'fleotomum, fleotomia'.*

Recc.] sumserit, X solidos propinquis aut marito coactus exolvat, quia difficillimum non est, ut sub tali occasione ludibrium interdum adcrescat.

Erv.] Ubi etiam contingat supradictas personas minime adesse, tunc aut coram vicinis honestis aut coram servis et ancillabus idoneis secundum qualitatem egritudinis que novit inpendat. Quod si aliter presumpserit, decem solidos propinquis aut marito coactus exolvat, quia difficillimum non est, ut sub tali occasione ludibrium interdum adcrescat. XI, 1, 1.

Recc.] II. ANTIQUA.

Ne medicus custodia retentos visitare presumat.

Nullus medicorum, ubi comites, tribuni aut vilici in custodia retruduntur, introire presumat; ne illi per metum culpe sue mortem sibi ab eodem explorent. Nam si aliquid mortiferum his contigerit, multum rationibus publicis deperit. Si quis hoc medicorum presumserit, sententiam cum ultione percipiat.

Erv.] II. XI, 1, 2.

Ne medicus custodia retentos visitare presumat.

Nullus medicorum, ubi comites, tribuni aut vilici in custodia retruduntur, introire presumat sine custode carceris; ne illi per metum culpe sue mortem sibi ab eodem explorent. Nam si aliquid mortiferum his ab ipsis medicis datum vel indultum fuerit, multum rationibus publicis deperit. Si quis hoc medicorum presumpserit, sententiam cum ultione percipiat.

Recc. Erv.] III. ANTIQUA. XI, 1, 3.

Si medicus pro egritudine ad placitum expetatur.

Si quis medicum* ad placitum pro infirmo visitando aut vulnere curando poposcerit, cum viderit vulnus medicus aut dolores agnoverit, statim sub certo placito cautione emissa infirmum suscipiat.

*) *R* 2 *pro* medicum *praebet:* arciatrum.

Recc. Erv.] IIII. ANTIQUA. XI, 1, 4.

Si ad placitum susceptus moriatur infirmus.

Si quis medicus infirmum ad placitum susceperit, cautionis emisso vinculo,

XI, 1, 1. *l.* 1. X] decem *R* 2. ‖ *l.* 2. coactus *deest R* 2.

XI, 1, 2. *Codd. R* 1. 2. (3). — *l.* 9. ANTIQUA] *ita R* 1; *deest R* 2. ‖ *l.* 18. sententia *R* 1. *l.* 19. suscipiat *R* 3.

XI, 1, 1. *l.* 1. supradictis *E* 2. ‖ *l.* 2. adesse] deesse *V* 1. ‖ *l.* 3. ancillabus] *ita E;* ancillis *cett.* *l.* 5. inpendat] pendat *Pith.* aliter] *ita E. V* 1. 3. 4. 5. 6. 15. 16. 18. *Pith.;* hoc sine predictis *Mad.* ‖ *l.* 6. decem] XX *V* 3. ‖ *l.* 7. non] nullatenus *Mad.*

XI, 1, 2. *Codd. E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. (8. 15). — *l.* 9. II] ANTIQUA *add. E* 2. *V* 1. 3. 4. 8. 15. ‖ *l.* 12. tribuni] aut iudices *add. E* 1. *V* 6. ‖ *l.* 13. vilici] *ita E* 1; bitici *E* 2; villici *V.* custodia] *ita E.* ‖ *l.* 14. sine] ne sine *E* 1. *V* 1. *l.* 16. aliquod *E* 1. ‖ *l.* 17. intultum *E* 2. fuerit] est *E* 2. *V* 5. ‖ *l.* 18. deperit] dispersit *V* 1; disperit *V* 3. presumat *E* 2. ‖ *l.* 19. sententia *E* 2. percipiet *E* 1.

XI, 1, 3. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17). — *l.* 20. ANTIQUA] *ita R* 1. *V* 1. 3. 4. 8. 15. 17; *deest R* 2. *E. V* 5. 6; FLS VAMBA *add. V* 3. ‖ *l.* 21. Si — expetatur *des. R* 2. expetatur] *ita R* 1. *E* 2; expetetur *E* 1; expectetur *cett.* ‖ *l.* 24. suscipiat] *ita R* 2. 3. *E. V;* accipiat *R* 1.

XI, 1, 4. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17. 20). — *l.* 26. ANTIQUA] *ita R* 1. *E. V* 1. 3. 4. 8. 15. 17. 20; *deest cett.* ‖ *l.* 27. susceptus] susceperit *R* 2. ‖ *l.* 28. infirmo *R* 2; infirmūs *E* 1. cautionis] causationis *V* 1. vinculo *deest R* 2.

XI, 1, 4. ***Recc. Erv.***] infirmum restituat sanitati. Certe si periculum contigerit mortis, mercedem placiti penitus non requirat; nec ulla exinde utrique parti calumnia moveatur.

XI, 1, 5. ***Recc. Erv.***] V. ANTIQUA.

Si de oculis medicus ipocemata[1] tollat.

Si quis medicus hipocisim[2] de oculis abstulerit et ad pristinam sanitatem infirmum revocaverit, V solidos pro suo beneficio consequatur.

XI, 1, 6. ***Recc.***] VI. ANTIQUA.

Si per fleotomum[3] ingenuus vel servus mortem incurrat.

Si quis medicus, dum fleotomiam exercet, ingenuum debilitaverit[4], CL solidos coactus exolvat; si vero servum, huiusmodi servum restituat.

Erv.] VI.

Si per flebotomum ingenuus vel servus mortem incurrat.

Si quis medicus, dum flebotomiam exercet, ingenuum debilitaverit, CL solidos coactus exolvat. Si vero mortuus fuerit, propinquis continuo tradendus est, ut, quod de eo facere voluerint, habeant potestatem. Si vero servum debilitaverit aut occiderit, huiusmodi servum restituat.

XI, 1, 7. ***Recc. Erv.***] VII. ANTIQUA.

De mercede discipuli.

Si quis medicus famulum in doctrinam susceperit, pro beneficio suo duodecim solidos consequatur.

XI, 1, 4. *l.* 1. contigerat *R* 1; contingerit *E* 2. *l.* 2. placitum *R* 2. requirit *E* 2. nec ulla exinde *des.* *E* 1. exinde] inde *Pith.* parti calumnia moveatur] particulam nihil amoveatur *E* 2.

XI, 1, 5. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 16. 17. 18). — *l.* 3. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 1. 4. 8. 15. 17; *deest* *R* 2. *E* 1. *V* 6. ‖ *l.* 4. ipocemata] *ita* *R* 1; ypocemata *E* 1; ypocismata *V* 1. 3. *Pith.*; hypochysmata *V* 8. 15. 16; inposcimata *V* 4; ipocisma *V* 5; ypocisma *V* 6; hypochysma *Mad.*; isopocisma *R* 2; spocita *E* 2. ‖ *l.* 5. hipocisim] hipocis *R* 1; ypocisim *E* 1; hypochisim *Mad.*; ipocisin *R* 2; ypocrisin *R* 3; ypocisma *V* 6. *Pith.*; ypocysmata *V* 1. 3; hypochismata *V* 16; inposcismata *V* 4; ypocimata *E* 2. sanitatem] salutem *V* 3. ‖ *l.* 6. infirmus *R* 2. V] quinque *E.*

XI, 1, 6. *Codd.* *R* 1. 2. (3). — *l.* 7. ANTIQUA] *ita* *R* 1; *deest* *R* 2. ‖ *l.* 8. fleutomum *R* 1. *l.* 10. dum fleotomiam exercet] *ita* *R* 1. 2; flevotomum exercens *R* 3.

XI, 1, 6. *Codd.* *E* 1. 2. *V* 1. (3. 4. 5.) 6. 8. 15. 17. — *l.* 7. VI] ANTIQUA *add.* *E* 2. *V* 1. 4. 8. 15. 17. ‖ *l.* 8. flebotimare *V* 3. ‖ *l.* 10. flebotomiam] flebotomum *E* 1. *V* 6; flebotimiam *E* 2; flebothomiam *V* 1. exerceat *E* 2; exercens *V* 1. *l.* 11. CL] C *Pith.* solid *E* 1; solds *E* 2.

XI, 1, 7. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. (8. 15. 17). — *l.* 17. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *V* 1. 3. 4. 6. 8. 15. 17; *deest cett.* ‖ *l.* 18. mercedem *R* 1. ‖ *l.* 19. doctrinam] *ita* *R* 1; doctrina *R* 2. 3. *E.* *V.* duodecim] *ita* *R* 2; duodicim *R* 1; decem *R* 3; IIX *E* 2; XII *cett.* ‖ *l.* 20. consequatur in pretium *V* 3.

1) *I. e. hypochymata. Hypochyma vel hypochisis est suffusio oculorum, morbus oculorum, quem vulgo dicimus 'Staar'.* 2) *Hipocisis i. q. hypochisis; v. n. 1.* 3) *Flebotomus est ferrum ad flebotomandum aptum ('Aderlasseisen, Lanzette').* 4) *Cum in rubrica de morte ex flebotomia secuta scribatur, expectaveris etiam hic* occiderit *vel aliud simile; quod fortasse Codex Euricianus praebuit. Cf. formam Ervigianam.*

Recc. Erv.] VIII. ANTIQUA. XI, 1, 8.

Ne indiscussus medicus custodia deputetur.

Nullus medicum inauditum, excepto homicidii causam, in custodia retrudat. Pro debito tamen sub fideiussorem debet consistere.

Recc. Erv.] II. TITULUS: DE INQUIETUDINE SEPULCRORUM.

I. De violatoribus sepulcrorum.
II. Si sepulcrum mortui auferatur.

Recc. Erv.] I. ANTIQUA. XI, 2, 1.

De[1] violatoribus sepulcrorum.

Si quis sepulcri violator extiterit aut mortuum expoliaverit et ei aut ornamenta vel vestimenta abstulerit, si liber hoc fecerit, libram auri coactus exolvat heredibus et que abstulit reddat. Quod si heredes non fuerint, fisco nostro cogatur inferre et preterea C flagella suscipiat. Servus vero, si hoc crimen admiserit, CC flagella suscipiat et insuper flammis ardentibus exuratur, redditis nihilhominus cunctis, que visus est abstulisse.

Recc. Erv.] II. ANTIQUA. XI, 2, 2.

Si sepulcrum mortui auferatur.

Si quis mortui sarcofacum abstulerit, dum sibi vult habere remedium[2], XII solidus iudice insistente heredibus mortui cogatur exolvere. Quod si domino iubente servus hoc admiserit, dominus pro servo suo conponere non moretur. Servus vero, si ex sua volumtate hoc admiserit, nihilhominus C flagella suscipiat, et quod tulerat et loco et corpori proprio reformetur.

XI, 1, 8. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5). 6. (8. 15. 16. 17). — *l.* 1. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *V* 4. 6. 8. 15. 17; *deest* *R* 2. *E.* *V* 1. 3. ‖ *l.* 2. custodia] *ita* *R* 1. *E.* *V* 6; in custodia *V* 1; custodie *cett.* ‖ *l.* 3. excepto] *ita* *R* 1. *E.* *V* 1; excepta *cett.* causam] *ita* *R* 1. *E* 2; causa *R* 2. 3. *E* 1. *V* 1. custodia] *ita* *R* 1. 2. *E;* custodiam *R* 3. *V.* retrudat] *R.* *E.* *V* 1. 3. 5. 6. 15. 16. *Pith.;* tradat *Mad.* ‖ *l.* 4. fideiussorem] *ita* *R* 1. 2; fidiiussore *E* 2; fideiussore *R* 3. *E* 1. *V.* debeat *R* 2.

TIT. II. *Lemma.* *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. *V* 1. 6. *(E 2 hic rubricam libri XII. habet).* — *l.* 5. SEPULCHRORUM *E* 1.

Index capitulorum. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 6. sepulchrorum *E* 1. ‖ *l.* 7. sepulchrum *E* 1.

XI, 2, 1. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5). 6. (8. 16. 17). — *l.* 8. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *V* 3. 4. 8. 17; *deest* *R* 2. *E.* *V* 1. ‖ *l.* 9. sepulchr- *pro* sepulcr- *hic et infra* *E* 1. ‖ *l.* 10. et ei aut] aut ei *R* 2. ‖ *l.* 11. heredibus] *ita* *R.* *E.* *V* 3; mortui *add.* *V* 1. 6. *Pith.* *Mad.* ‖ *l.* 12. que *deest* *R* 1. abstulerit *V* 1. 3. 6. nostro] hoc *R* 2. cogatur inferre] persolvat *V* 3; cogatur exsolvere *V* 16. *l.* 13. crimen] scelus *Pith.* ‖ *l.* 14. et insuper] insuper et *R* 2. *Mad.* exureretur *R* 2. redditus *R* 1. cuncta *R* 2. ‖ *l.* 15. visus est] ausus est *Pith.*

XI, 2, 2. *Codd.* *R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. (3. 4. 5). 6. (15. 17.). — *l.* 16. ANTIQUA] *ita* *R* 1. *V* 6. 15. 17; *deest* *R* 2. *E.* *V* 1. ‖ *l.* 18. sarcofacum] *ita* *R* 1; artufagum *al. m. corr.* sarcofacum *E* 2; horcobacum *V* 3; sarcofagum *R* 2. *E* 1. *V* 6. *Pith.;* sarcophagum *Mad.;* sartophagum *R* 3. XII] duodecim *R* 2. solidus] *ita* *R* 1; solđs *E* 2; solidos *alii.* ‖ *l.* 20. suo] *ita* *R* 1; *deest cett.* conp. n. mor.] componat *V* 3. si] hoc *add.* *V* 1. ‖ *l.* 21. hoc admiserit] talia fecerit *V* 3; hoc fecerit *V* 4. hoc *deest* *E* 1. *V* 1. nihilhominus *deest* *Mad.* ‖ *l.* 22. corpori] territorio *R* 2.

1) *Neque tituli Codicis Theodosiani IX,* 17 *et Iustiniani IX,* 19, *quibus inscribitur* De sepulcris violatis, *neque Novella Valentiniani III.* 22, *cuius rubrica ad litteram cum huius capitis rubrica convenit, sententias similes huic capiti et subsequenti praebent.* 2) *Sc. medicamentum superstitiosum; v. Dahn, 'Studien' p.* 235.

Recc. Erv.] III. TITULUS: DE TRANSMARINIS NEGOTIATORIBUS.

XI, 3, 1. *Recc. Erv.*] I. ANTIQUA.

Si transmarini negotiatores rem furtivam vendere detegantur.

Si[1] quis transmarinus negotiator aurum, argentum, vestimenta vel quelibet ornamenta* provincialibus nostris vendiderit, et conpetenti pretio fuerint venundata, si furtiva postmodum fuerint adprobata, nullam emtor calumniam pertimescat.

*) *V* 4. 8 *addunt:* aut aliam rem.

XI, 3, 2. *Recc. Erv.*] II. ANTIQUA.

Ut transmarini negotiatores suis et telonariis et legibus audiantur.

Cum transmarini negotiatores inter se causam habent, nullus de sedibus nostris eos audire presumat; nisi tantummodo suis legibus audiantur aput telonarios suos[2].

XI, 3, 3. *Recc. Erv.*] III. ANTIQUA.

Si transmarinus negotiator mercennarium de locis nostris secum transtulerit.

Nullus transmarinus negotiator de sedibus nostris mercennarium audeat in locis

TIT. III. *Lemma. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 6.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 2. rem furtivam] res furtiva *E* 1; rem furatam *E* 2. || *l.* 3. tellonariis *R* 1; tolenariis *E* 2. || *l.* 4. transtulerint *R* 2. || *l.* 5. conmertium *R* 1; conmertio *E* 1.

XI, 3, 1. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. (3. 4. 5). 6. (8. 15. 17. 18. 20). — *l.* 6. ANTIQUA] *ita R* 1. 2. *V* 4. 15. 17. 20; *deest E. V* 1. 3. 6. || *l.* 7. rem furtivam] res furtiva *E* 1; rem furatam *E* 2; furtiva *V* 6. *Pith.* || *l.* 8. qualibet *R* 2. *E* 2. || *l.* 9. venundata] vendita *V* 4. 18. || *l.* 10. si] sive *V* 1. fuerit *V* 1. nulla *E* 2.

XI, 3, 2. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. (3. 4. 5). 6. (8. 15. 17). — *l.* 12. ANTIQUA] *ita R* 1. 2. *E* 1. *V* 3. 4. 6. 8. 15. 17; *deest cett.* || *l.* 13. suis] a suis *al. m. post corr. V* 6. et telonariis] thelonariis *R* 2; et tolenariis *E* 2; et tolenariis *al. m. post corr.* et toloneariis *V* 6; theolenariis *V* 1. *l.* 14. negotiantes *E* 2. habuerint *V* 1. sedibus] rebus *V* 1. || *l.* 15. apud t. s.] a telonariis suis *Pith. in margine.* tellonarios *R* 2; tolenarios *E* 2; tolonarios *corr.* tolonearios *V* 6; theolenarios *V* 1.

XI, 3, 3. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5). 6. (15. 16. 17). — *l.* 16. ANTIQUA] *ita R* 1. 2. *V* 15. 16. 17; *deest E. V* 1. 6. || *l.* 17. mercennarium] *ita hic et infra R. E;* mercenarium *V plerique.* de locis n. transt.] pro conmertio susceperit *R* 2. || *l.* 18. transtulerint *R* 1. || *l.* 19. in locis suis] *ita R* 1. 2. *E. V* 1. 3; in loca sua *R* 3. *V* 6. *Mad.*

1) *De hac regula iuris commercialis pro illo tempore mira cf. L. Goldschmidt, 'Handbuch des Handelsrechts' I*[3], *p.* 111, *n.* 51 *et in 'Zeitschrift f. Handelsrecht' VIII, p.* 333 *sqq.; XVI, p.* 407*; Dahn, 'Studien' p.* 93 *sqq. et in 'Z. f. Handelsrecht' XVI, p.* 404 *sqq.* 2) *Cf. Dahn, 'Könige' VI*[2], *p.* 283 *sq. et in 'Z. f. Handelsrecht' XVI, p.* 396 *sqq.; L. Goldschmidt, 'Handb. d. Handelsrechts' I*[3], *p.* 105, *n.* 32*; p.* 192, *n.* 167. — *Dahn* telonarios suos *interpretatur quasi consules negotiatorum extraneorum, ab his, ut causas commerciales inter se diiudicarent, constitutos, sed eo simul officio functos, ut telonea a popularibus suis perciperent et fisco Visigothorum redderent. Econtra Goldschmidt, cui assentimur, intelligit telonarios regales Visigothos, quibus in emporiis iurisdictio super negotiatores transmarinos commissa erat, complura inferiorum saeculorum eiusdem conditionis exempla afferens.*

***Recc. Erv.*]** suis transferre. Qui contra hoc venire temtaverit, inferat fisco nostro auri libram unam et preterea C flagella suscipiat. **XI, 3, 3.**

***Recc. Erv.*]** IIII. ANTIQUA. **XI, 3, 4.**

Si transmarinus negotiator mercennarium pro conmercio susceperit.

Si quis transmarinus negotiator mercennarium* de sedibus nostris pro vegetando conmercio susceperit, det pro beneficio eius solidus tres per annum unum, et nihilhominus inpleto placito servum domino reformare cogatur.

*) *V* 4. 8 *addunt:* servum sponte domini sui.

XI, 3, 3. *l.* 2. libra unam *R* 1; libra una *R* 2. *E* 2. C] CC *E* 1.

XI, 3, 4. *Codd. R* 1. 2. (3). *E* 1. 2. *V* 1. (4. 5). 6. (8. 15). — *l.* 3. ANTIQUA] *ita R* 1. 2. *V* 1. 4. 8. 15; *deest E. V* 6. ‖ *l.* 4. conmercio] suo *add. R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 5. transmarinus] marinus *E* 1. sedibus] locis *V* 15. pro vegetandi conmercium *R* 1; pro vegitando conmercio *E* 1. ‖ *l.* 6. eius] ei *E* 2; suo *Pith.* solidus] *ita R* 1; solds *E* 2; solidos *cett.* tres] *ita R* 1. *E;* III *cett.*

Recc. Erv.] DE REMOVENDIS PRESSURIS ET OMNIUM HERETICORUM SECTIS EXTINCTIS.

LIBER DUODECIMUS.

I. TITULUS: DE TEMPERANDO IUDICIO ET REMOVENDA PRESSURA.

XII, 1, 1. *Recc. Erv.*]

I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De conmonitione principis, qua iubetur, ut iudicium temperent iudices.

Qui necessariam culpis hominum severitatem disponimus, convenit, ut Deo placita remedia miseris inpendamus. Obtestamur itaque iudices omnes cunctosque, quibus iudicandi concessa potestas est, teste virtutum omnipotente Deo, conmonemus ad investigandam quidem rei veritatem in causis omnibus sollerter existere et absque personarum acceptione negotiorum omnium contentiones examinare, circa victas tamen personas ac presertim paupertate depressas severitatem legis aliquantulum temperare. Nam si in totum iudicii proprietas adtenditur, misericordie procul dubio mansuetudo deseritur.

LIB. XII. TIT. I. *Lemmata. Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. 6. — *l.* 1. PRESURIS *R* 2. OMNIUM OMNIBUS *V* 1. ‖ *l.* 2. HERET. *deest E* 1: OMNIMODO *add. Mad.* EXTINCTIS] EXTENTIS *E* 2; EXTIRPATIS *V* 6. *Pith. in textu.* ‖ *l.* 3. DUODECIMUS] *ita R* 1; IIX[us] *E* 2; XII *cett.* *l.* 4. PRESSURA] PRESURA *E* 1; Quaeritur hic lex de confirmatione concilii aedita *add. V* 6.

Index capitulorum. Codd. R 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 5. commonitione] comutione *E* 1. ut *deest E* 2. iudices] II. De damnis iudicum aliena contingentium *add. E* 1, *ubi tamen textus huic rubricae respondens non legitur.* ‖ *l.* 6. II] III *E* 1. potestatem] iudices *add. E* 2. ‖ *l.* 7. indictionibus] dictionibus *E* 2. pertemtet] III. (IIII *E* 1). Lex in confirmatione concilii edita *add. E* 1. *V* 5. *Pith., cui rubricae respondet novella XII.* 1, 3.

XII. 1. 1. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5). 6. 8. 15. 16). — *l.* 8. FL. — REX] *des. V* 1. 4. 5. 6. 15; ANTIQUA *V* 8. CHIND.] CHINDS *R* 1; CNDS *R* 2; RCS *V* 3; GL *E* 1; GLS *Pith.* *l.* 9. conmonitione] comotione *E* 2. ‖ *l.* 11. necessaria *R* 1. ‖ *l.* 12. inpendimus *R* 1. ‖ *l.* 13. concessa *deest R* 1. teste] *ita R. V* 6. *Pith.*; et per testem *V* 1; et teste *cett.* omnipotentem *R* 1. Deo] *ita R* 2. *V* 3; Deum *R* 1; Domino *cett.* ‖ *l.* 14. sollerter] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. 6; sollertes *cett.* *l.* 16. personas] pressonas *R* 1. severitate *R* 1. legis] legalem *V* 16. ‖ *l.* 17. in toto *V* 6. adtenditur] *ita R* 1; adtendatur *cett.*

Recc. Erv.]

II. FLAVIUS RECCAREDUS REX.

XII, 1, 2.

Ut nullus ex his, qui populorum accipiunt potestatem et curam, quoscumque de populis aut in sumtibus aut indictionibus inquietare pertemtet.

Omnes, quos regni nostri felicitate tuemur, nihil aliut eorum utilitatibus consulentes, momentis omnibus statuimus, nisi, ut nulla dispendiorum suspicionem patiantur. Quid est enim iustitie tam proximum vel nobis familiare, quam piam fidelibus manum porrigere et iuste hos, quos regimus, in diversis negotiis adiubare? Decernentes igitur et huius legis nostre severitatem constituentes iubemus, ut nullis indictionibus, exactionibus, operibus vel angariis comes, vicarius vel vilicus pro suis utilitatibus populos adgravare presumant [1] nec de civitate vel de territorio annonam accipiant; quia nostra recordatur clementia, quod, dum iudices ordinamus, nostra largitate eis conpendia ministramus [2]. Simili autoritate iubemus rectorem provincie sive comitem patrimonii aut actores fisci nostri, ut nullam in privatis hominibus habeant potestatem nullaque eos molestia inquietent. Sed si privatus cum servis fisci nostri habuerit causationem, actor vel procurator commonitus in iudicio rectoris provincie vel iudicis territorii, ubi causa fuerit intromissa, suum representet minorem, ut discusso negotio districtione legali uniuscuiusque emendetur excessus. Et quia, dum regali cura actores nostrarum perquireremus provinciarum, conperimus, quod numerarii vel defensores annua vice mutentur, qua de causa detrimentum nostris non ambigimus populis evenire, ideoque iubemus, ut numerarius [3] vel defensor [4], qui electus ab episcopis vel populis fuerit, conmissum peragat officium; ita tamen, ut, dum numerarius vel defensor ordinatur, nullum beneficium iudici dare debeat, nec iudex presumat ab eis aliquid accipere vel exigere. Quod si quis iudicum hanc nostram transcenderit constitutionem, honore privatus decem libras auri fisco nostro coactus exolvat. Sacerdotes vero, quos divina obtestatione conmonemus, si excessus iudicum

XII, 1, 2. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4. 5. 6. (17. 20). — *l.* 1. FL. — REX *des. E* 2. *V* 3. 5. RECCAREDUS] *ita R* 2. *V* 17 *(in marg.)*; RECAREDUS *R* 1. *V* 20; GLS RECDS *E* 1; RCDS *V* 17; GLS *V* 4; GLS ERVIGIUS *V* 1; CHDS *V* 6. ‖ *l.* 2. et] iudices *E* 2. ‖ *l.* 3. in sumtibus] subtibus *R* 1. indictionibus] *ita R. E* 2. *V* 1. 6; in ind. *E* 1. *Pith. alii.* ‖ *l.* 4. pertemtet] presumat *V* 1. 4. 5. *l.* 5. hutilitatibus *hic et infra R* 1. ‖ *l.* 6. momentis] m o d i s *V* 1. 6. nulla] *ita R* 1. *E* 2; nullam *cett.* *l.* 7. piam] pie *V* 1. ‖ *l.* 8. hos] *ita R. E* 1. *V* 1. 6. *Pith.*; eos *cett.* adiuvare *E* 1. *V.* ‖ *l.* 9. severitatem] *ita R* 1. *E* 2. *V* 6; esse virtutem *V* 3; severitate *cett.* ‖ *l.* 10. angariis] auguriis *V* 1. vel] *ita R. E. V* 1. 6. *Pith.*; *deest Mad.* villicus *V.* ‖ *l.* 11. populos *deest V* 1. vel de] de *deest R* 1. territurio *E* 1. annonas *R* 2. *V* 3. ‖ *l.* 13. ministremus *R* 1. autoritate] *ita R* 1; auctoritate *cett.* *l.* 14. actores] auctores *R* 2. *E* 2. *V* 1. 6. ut nullam — servis fisci nostri] *des. R* 2; *al. man. post add. E* 2. privatis] pravitatis *R* 1. ‖ *l.* 15. eos] eis *V* 1. ‖ *l.* 16. causationem] causam *Pith.* causa[tionem actor vel procurator] *uncis inclusa abscisa sunt R* 1. actor] auctor *E* 2. *V* 1. 6. ‖ *l.* 17. suum representet minorem] suum presentet minorem *V* 3. 5. 15. 16; suam presentet personam et minorem *V* 1. 6; suam representet p. et min. *Pith.* ‖ *l.* 19. auctores *E* 2. *V* 6. perquiremus *R* 2; perquirimus *V* 16. *l.* 21. evenire] ęvenire *R* 1; non aliter *add. E* 1. ęlectus *R* 1. ‖ *l.* 22. episcopo *E* 1. *V* 1. 6. *Pith.* a populis *V* 1. conmissum] suum *add. V* 1. 6. ‖ *l.* 23. ordinatus *E* 2. *V* 15. 16. iudici] iudicium *V* 1; iudicii *V* 3. ‖ *l.* 24. iudicum] iudicium *E. V* 3. ‖ *l.* 25. fisco nostro] *des. R* 1; in f. n. *V* 3. ‖ *l.* 26. exolvat] resolvat *Pith.* conmonemus] *ita R* 1; convenimus *R* 2. *E.* excessum *V* 6. *Pith.* iudicum] iudicium *R* 2.

1) *Cf. can.* 18. *concilii Toletani III, a.* 589. *Reccaredo regnante celebrati:* Iudices vero locorum vel actores fiscalium patrimoniorum ex decreto gloriosissimi domini nostri simul cum sacerdotali concilio autumnali tempore die kalendarum Novembrium in unum conveniant, ut discant, quam pie et et iuste cum populis agere debeant, ne in angariis aut in operationibus superfluis sive privatum onerent, sive fiscalem gravent; *cf. can.* 21. 2) *Cf. G. Kaufmann, 'D. Geschichte' II, p.* 411 *sqq.* 3) *Cf. Dahn, 'Könige' VI²*, *p.* 341 *sq.* 4) *Cf. ib. p.* 300 *sqq.* 304 *sq.*

XII, 1, 2. *Recc. Erv.*] aut actorum scierint et ad nostram non retulerint agnitionem, noverint se concilii iudicio esse plectendos, et detrimenta, que pauperes eorum silentio pertulerint, ex eorum rebus illis esse restituenda.

XII, 1, 3. *Nov.*]

FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Lex[1] in confirmatione concilii edita.

Eximia sinodalis auctoritas et veneranda est pariter et tremenda, que in tantum per donum sancti Spiritus agitur, ut ex diversitate multorum animorum et cordium unum cor unamque animam[2] fecisse monstretur; dum numerositas aggregata pontificum non per sententiam discrepat, non per stilum diversa obiectat, nec per iudicium aliud unus quam universitas format. Ideo reverendum mihi conventum sinodalis concilii, in cuius medio presentia sancti Spiritus se habitare promisit, devote venerans instanterque honorans ea, que illorum ore nostreque glorie hortatu digesta sunt, in notitiam deducimus singulorum; illa dicimus sinodalis concilii gesta, que anno quarto regni nostri in Toletana urbe noscuntur esse confecta, quorum institutionum evidentia, ut sine cunctatione omnibus innotescant, hic ea specialiter preelegimus renotanda.

Est igitur primus canon[3] de reddito testimonio dignitatis eorum, quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in societatem tyrannidis[4]. Quos celsitudo nostra una cum filiis per huius nostre legis edictum et testimonio nobilitatis pristine uti et rebus, quas per auctoritatis nostre vigorem perceperint, decernimus revestiri.

Item secundus est canon de accusatis sacerdotibus seu etiam optimatibus palatii atque gardingis, sub qua eos iustitie cautela examinari conveniat. Quos nostre glorie mansuetudo iuxta ipsius canonis instituta nullis tormentorum generibus ante publicam discussionem subici censuit; sed omnes, qui deinceps fuerint accusati, iuxta sanctionem predicti capituli erunt procul dubio iudicandi. Unde id specialiter observandum fore censemus, ut, quidquid contra hanc regulam sententie nostre vel predicti canonis institutionem aut in personam cuiusquam fuerit actum aut de rebus accusate persone extiterit iudicatum, iuxta predicti canonis instituta nullo vigore subsistat, quod persona ipsa, aliter quam decernimus iudicata, aut testimonii sui dignitatem amittat, aut questu rei proprie careat.

XII, 1, 2. *l.* 1. actorum] auctorum *E* 2. *V* 1. 6. scierint] scierunt *E* 1; iscierit *E* 2. || *l.* 2. pertulerunt *E* 2.

XII, 1, 3. *Codd. E* 1. *V* 1. 4. 5. (8. 15). *Pith. Mad.* — *l.* 4. FL. — REX] IN NOMINE DOMINI *add. V* 5. *Pith.* GLOR. *deest E* 1. *V* 5. *Pith.* ERVIGIUS] *ita V* 1. 5; REUS *E* 1; RCNS *Pith.; deest V* 4. || *l.* 5. edita *deest Mad.* || *l.* 6. que] atque *Mad.* || *l.* 8. cor] corpus *Mad.* || *l.* 10. format] affirmat *Pith. Mad.* || *l.* 11. referendum *E* 1. *Pith.;* refferendum *V* 5. || *l.* 13. hortatu] *ita V* 4. 5; ortatu *Pith.;* oratu *E* 1; ornatu *V* 1. || *l.* 16. omnibus] hominibus *E* 1. *Pith.* hic] hinc *E* 1. *V* 1. *Pith.* preelegimus] prae legibus *E* 1; prelegimus *cett.* || *l.* 23. accusatis] causatis *V* 1. obtimatibus *E* 1. *V* 1. || *l.* 25. instituta] constituta *E* 1. *Pith.* || *l.* 26. sed omnes] ut et homines *Mad.* || *l.* 28. quicquid *E* 1. *V* 1. || *l.* 31. instituta] institutionem *V* 1. *Mad.*

1) *Haec lex, etiam inter acta concilii Toletani XIII. a.* 683. *tradita, edita est duobus fere annis post introductum librum legum emendatum; v. p.* 410, *n.* 1. *Legem autem postea iussu regis insertam esse crediderim.* 2) *Cf. Acta apost.* 4, 32. 3) *Cum singulis capitibus ipsi canones concilii Toletani XIII. conferendi sunt.* 4) *De seditione Pauli cf. Dahn, 'Könige' V, p.* 207 *sqq.*

Nov.] Tertius quoque canon est de tributorum principali relaxatione in plebe, ubi nostre glorie auctoritate simul et exhortatione sancitum est, ut omne tributum preteritorum annorum usque in annum primum regni nostri, quod in privatis sive in fiscalibus populis reiacet, absolutionis perpetue debeat sanctione laxari; ea tantum precipientes thesauris publicis exhiberi, que exacta, non inlata fuisse constiterint. **XII, 1, 3.**

Quartus post hec sequitur canon de munitione prolis regie, quem prompto voluntatis adnisu omnis conventus sacerdotum atque etiam seniorum condere preelegerunt.

Quintus canon sequitur, ne defuncto principe relictam eius coniugem quisquam sibi aut in coniugio aut in adulterio audeat copulare.

Sextus deinde sequitur canon, ut, exceptis servis vel libertis fiscalibus, nullus de servitute quorumlibet aut libertis deinceps ad palatinum officium transeat. Quod si fecerint, presentis legis nostre edicto ad proprie servitutis iugum modis omnibus reducendi sunt; qualiter aut dominis suis, si superstites sunt, aut eorum propinquis, quibus decedentium successio ex lege debetur, servituri tradantur.

Post hunc septimus est canon de his, qui pro accidentia iurgiorum altaria nudare presumunt vel luminaria ecclesie subtrahunt.

Octavus quoque sequitur canon, ne admonente metropolitano quisquam ex confinitimis ad locum, ubi invitatur, venire contemnat.

Nonus quoque canon subsequitur de confirmatione concilii Toletani duodecimi, quod factum est anno primo glorie nostre.

Decimus huic canon adiungitur, ubi speciali sententia definitur, utrum audeant ministrare hi, qui penitentiam in sacerdotio constituti accipiunt.

Undecimus quoque canon habetur, ne quis alienum clericum vel monachum suscipiat fugientem.

Duodecimus post hec canon scribitur de non excommunicandis a proprio episcopo personis illis, que ad metropolitanum suum negotia sua suggesturi accesserint.

Ultimus et tertius decimus post hunc canon subsequitur de relatione gratiarum, que post peractionem concilii Deo et principi persolvantur.

Que omnia premissa sinodalium institutionum decreta a presenti die vel tempore omni cura omnique vigilantia per cunctas regni nostri provincias decernimus observanda; qualiter et perspicuum auctoritatis valide fastigium subeant et perpetuo vigoris ordine solidata persistant. Quamobrem sacre huius legis oraculo omnibus generaliter, religiosis atque etiam laicis sub regni nostri ditione manentibus, interdicimus pariter et iubemus, ut predicta sinodalia gesta nullus contemnat, nullus etiam preterire aut convellere audeat. Nemo notus harum constitutionum iura resolvat, nemo incognitus nescientie se

XII, 1, 3. *l.* 1. relaxatione] relatione *E* 1. *V* 1. *Pith.* *l.* 4. sive] vel *Mad.* populis reiacet] populis nostrę reiacent *E* 1. *V* 1; populis nostris reiacet *Pith.* adsolutionis *E* 1. debeant *E* 1. *l.* 7. de] pro *Mad.* monitione *E* 1. *Pith.* prolis *deest* *E* 1. quem prompto] quam promptae *Mad.*; quam prompto *Pith.* || *l.* 8. adnisu] *ita* *E*. *V* 4. 5. *Pith. in margine*; adnisum *V* 1; effectu *Pith. in textu. Mad.* || *l.* 11. copulare] sociare *Mad.* || *l.* 13. servitute] *ita edd. Conc.*; servitu *E* 1. *Pith.*; servitio *cett.* *l.* 15. subperstites *E* 1; superstes *V* 1. || *l.* 16. decidentium *E* 1. *V* 1. || *l.* 18. pro accidentia] per accidentibus *V* 1. || *l.* 20. quisque *E* 1. *V* 1. || *l.* 23. duodecim *E* 1. quod factum] qui factus *V* 1. *l.* 25. pęnitentiam *E* 1. || *l.* 29. metropolitarium *E* 1. suggesturi] *ita* *V* 1. 4. *Pith.*; suggesuri *E* 1; suggessuri *V* 5; dicendum *Mad.* || *l.* 30. accesserunt *V* 1. || *l.* 35. vastigium *E* 1. || *l.* 39. contemnat] condemnat *E* 1. || *l.* 40. nescientie] nescienti *E* 1. *V* 1. *Pith.*

XII, 1, 3. *Nov.*] obiectibus excusare coniciat. Nam a prememorato superius die et tempore et auctoritatis debite vigore pollebunt, et institutionum suarum regulis cunctorum universitas adstringetur. Si quis autem huius nostre legis violator extiterit, ac non potius ea, que premissa sunt, custodierit, et diutinam ecclesiastice discipline excommunicationem excipiat, et decimam partem rei sue fisci partibus sociandam amittat. Quod si nihil habuerit facultatis, unde predictam conpositionem persolvere possit, absque aliquo infamio sui L eum oportebit ictibus verberari. Huius igitur legis nostre decretum, quod in confirmatione huius sacri concilii noscitur promulgatum, gloriose manus nostre exaratione subscripsimus et ad perennem memoriam valorem ei perpetuum innodamus.

Edita lex in confirmatione concilii Toleto sub die idus Nov. era DCCXXI, anno quoque feliciter quarto regni glorie nostre[1]. In Dei nomine. Toleto.

Recc. Erv.]

II. TITULUS: DE OMNIUM HERETICORUM ADQUE IUDEORUM CUNCTIS ERRORIBUS AMPUTATIS.

I. Quod post datas fidelibus leges oportuit infidelibus constitutionem ponere legis.
II. De omnium heresum erroribus abdicatis.
III. De datis et confirmatis legibus supra Iudeorum nequitiam promulgatis.
IIII. De cunctis Iudeorum erroribus generaliter extirpatis.
V. Ne Iudei more suo celebrent Pasca.
VI. Ne Iudei more suo fedus copulent nuptiale.
VII. Ne Iudei carnis faciant circumcisiones.
VIII. Ne Iudei more suo diiudicent escas.
VIIII. Ne Iudei questione christianos inscribant.
X. Ne Iudei contra christianos testificentur, [et quando ex illis progenitis testificari sit licitum].
XI. De pena, qua perimenda est transgressio Iudeorum.
XII. Ne Iudeus christianum mancipium circumcidat.
XIII. De mancipiis christianis, que a Iudeis aut vendita aut libertati tradita esse noscuntur.

XII, 1, 3. *l.* 1. superius] subterius *E* 1. *V* 1. *Pith.* et] vel *Pith. Mad.* || *l.* 2. regulis] legibus vel regulis *Pith. Mad.* || *l.* 3. universalitas *Pith. Mad.* || *l.* 9. confirmationem *Mad.* || *l.* 12. Edita] Ita *E* 1. *Pith.*; Ista *V* 1. 4. concilii] edita *add.* *V* 4. idus] id *E* 1. Novbr *V* 1. DCCXXI] septingentesima XXI *E* 1. *V* 1. *Pith.* || *l.* 13. regni glorie nostre *des.* *E* 1. *V* 1. 4. *Pith.* Toleto *deest* *V* 5.

TIT. II. *Lemma.* *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 6. — *l.* 15. ATQUE *E* 1. HERRORIBUS *R* 1. AMPUTATIS *ita* *R* 1. *E*; PUTANDIS *R* 2; AMPUTANDIS *V* 6.

Index capitulorum. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. — *l.* 16. constitutionem ponere legis] *ita* *E* 2; constitutione ponere leges *R* 1; constitiones p. legis *E* 1; *des.* *R* 2. || *l.* 18. heresum] eresium *E* 2. addicatis *R* 2. || *l.* 19. nequitia *R* 2. *E* 2. promulgatis *deest* *R* 2. || *l.* 20. exstirpatis *E* 1. || *l.* 21. V. Ne Iudei — Pasca *des.* *E* 2. Pascha *E* 1. || *l.* 22. VI] V *E* 2, *et ita infra* VI *etc.* *pro* VII *etc.* *l.* 23. circumcisionis *E* 2. || *l.* 24. diiudicent] iudicent *R* 2. *E* 1. || *l.* 25. quest. christ.] christianis questiones *R* 2. scribant *E* 1. || *l.* 26. et — licitum *des.* *R.* et *deest* *E* 2. progeniti testificare *E* 2. *l.* 29. XII. Ne Iudeus — circumcidat *des.* *E* 2. || *l.* 30. XIII] XI *E* 2, *et ita infra* XII *pro* XIIII *etc.* que a] qua *R* 1. aut libertati — noscuntur *des.* *R* 2. || *l.* 31. esse noscuntur *des. etiam* *R* 1.

1) *Est dies* 13. *Nov.* *a. p. Chr.* 683.

***Recc. Erv.*]** XIIII. Ut nullis modis Iudeis mancipia adereant christiana, [et ne in sectam eorum modo quocumque ducantur].

XV. De interdicto omnibus christianis, ne quisque Iudeum quacumque factione adque favore vindicare vel tueri pertemtet.

XVI. De Iudaizantibus christianis.

XVII. Placitum Iudeorum in nomine principis factum.

***Recc. Erv.*]** I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **XII, 2, 1.**

Quod post datas fidelibus leges oportuit infidelibus constitutionem ponere legis.

Actenus per arduas culparum semitas iudiciorum cautos dreximus gressos et per humane adinventionis precipites et inmoderatos excessos ordinate gravitatis emisimus cursus. Egisse namque nostram illic intentionem conspicuum est, et dissuadere, quod male suasum irrite libet, et proibere, quod turpe non decet, et auferre, quod male actum decus honestatis aborret. Ut enim legalis ordo male consciarum sibi mentium abdita penetrabit, ita legalis censura et morum prava correxit et scelerum conmissa truncabit. Verum hanc pudicitiam animorum non egimus alibi quam intra ecclesiam Dei vivi, qui diversitatem simul nationum et hominum unius tunice inmortalitate vestivit, unius etiam sacre religionis sibi vinculis religabit. Ibi enim, licet excellentia nostri vigoris a virtutum Deo fuerit terrene glorie sublimata culminibus, interdum tamen motu conpassionis, interdum acie iudicantis et peccandi licentiam sollicite vetare curabit et perventa delicta modo temperanter diminuendo subtraxit, modo vehementer stirpando conlisit, non solum sequens nobilium inlustriumque gentium mores, que rationabilibus et modestis legibus ordinare curaverunt inlicitos populorum excessos, sed sanctissimorum quoque patrum toto terrarum orbe felicium et regulas imitans et exempla presumens, quo possit amplitudo nostre mansuetudinis in illorum preceptis velut in forma operis imitationem exprimere actionis, et ex hoc debere cognoscere proximis subiectisque plebibus

l. 1. Iudeis *deest* *R* 2. adhereant *E* 1. et — ducantur] *ita E: des. R.* ‖ *l.* 3. De] Ne *R* 1. quisque] quis *E* 1. quacumque — pertemtet *des.* *R* 2. quācumque *R* 1; quecumque *E* 2. ‖ *l.* 5. *Rubricae capitulorum XVI. et XVII. in E et numero et ordine inter se commutatis leguntur.*

XII, 2, 1. *Codd.* *R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5. 6. 15. 16). — *l.* 7. FL. — REX *des.* *V* 4. 5. 6. 16. GLOR. *deest* *E* 2. *V* 3. RECC.] REC&DS *R* 1; RECCESSVINTHUS *R* 2; REC *E* 1; RECDS *E* 2. *V* 1. *l.* 8. data *E.* constitutiones *R* 2. *V* 1. 6; constitutione *E* 1. ‖ *l.* 9. leges *E.* *V* 1. ‖ *l.* 10. Actenus] *ita R;* Quatenus *E* 1; Hactenus *cett.* iudiciorum] *ita R.* *E* 1. *V* 1. 5; iudaeorum *E* 2. *V* 3. *Mad.* cautos] custos *E* 2. gressos] *ita* *R* 1. *E;* regressus *R* 2; gressus *cett.* ‖ *l.* 11. excessos] *ita R:* excessus *cett.* ‖ *l.* 12. Egisse] Exegisse *V* 3. illic] *ita* *R* 1. *V* 3; ilico *R* 2; illuc *E* 2; illis *cett.* *l.* 13. dissuadet *E* 1. irrite libet] irritet libet *V* 6; erat *Pith.* quod turpe non] *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 1. 3. 4. 6; non *E* 1, *ubi* quod turpe *des.;* turpe re quod *R* 2; quod turpe *Pith.;* quod turpe est *Mad.* decet] debet *E* 1; *deest Pith.* ‖ *l.* 14. actus *E* 1. decus] *ita* *R* 1. *E.* *V* 1. 3. 6; decore *R* 2; et a decore *Pith. Mad.* aborret] *ita R.* *E* 2. *V* 1. 3. 6; abhorret *cett.* ‖ *l.* 15. consciarum] conscientiarum *R* 2. *E* 2. abdita] abdicata *E* 1; abita *E* 2. penetravit *E* 1. legalis] legali *R* 1; legis *R* 2. *l.* 16. iscelerum *R* 2. *E* 2. truncabit] *ita* *R* 1. *E* 2; truncavit *cett.* pudicitia *R* 1. ‖ *l.* 17. qui] que *V* 1. 6. *Pith.* ‖ *l.* 18. vestibit *R* 2. *E* 2. vinculum *R* 1. ‖ *l.* 19. religabit] *ita* *R* 1; regabit *R* 2. *E* 2; religavit *cett.* enim] *ita R.* *E* 2. *V* 1. 3. 6. 15. 16. 20. *Pith.;* etiam *E* 1. *Mad.* excellentiam *R* 1. *E* 1. ‖ *l.* 20. aciȩ *R* 1. ‖ *l.* 21. licentia *R* 1. sollicite *deest* *R* 2. vetare] *ita* *R* 1. *E.* *V* 1. 6. *Pith.; deest* *R* 2; vitare *cett.* curabit] *ita (= curavit)* *R* 1. *E* 2; curavit *cett.* delicta] dilata *V* 6. *l.* 22. stirpando] *ita* *R* 1. *E* 2. *Pith.;* tirpando *E* 1; exatdando *R* 2; exstirpando *cett.* conlisit] consumsit *E* 2. ‖ *l.* 23. inlustriumque gentium] inlustrium agentium *R* 2. ‖ *l.* 24. excessos] *ita* *R* 1; excessus *cett.* sed] et *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 25. et *deest E.* posset *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 26. in illorum] *ita R.* *E* 1. *V* 1; in *deest cett.* imitationis *E* 1.

XII, 2, 1. ***Recc. Erv.***] honestatis conpetentia indidisse decreta, ex quo aut culparum meritis sunt evidenter inpressa, aut sanctorum patrum sententiis prorsus non inveniuntur externa, duo mihi dona uno divinitatis premio provenire confidens, ut et cum proximis salutari temporum perfruar pace, et divinis iudiciis munere regiminis peracta mercede dispositis dehinc populorum fidelium legibus adque in domo sancte fidei vere propriis membris confecto medicamine salutari et ordinata caritatis decentissime pace, fidenter in virtute Dei adgrediar hostes eius, insequar emulos, persequar adversos, contendens viriliter, perseverans instanter, aut comminuere[1] illos ut pulverem excussum aut delere ut lutum sordentium platearum, certe aut de illis et fidei conquirere lucrum et glorie Dei dare tropheum, ut, dum fideles populos in religionis sacre pacem possederim adque infideles ad concordiam religiose pacis adduxerim, et mihi crescat gloria premium, et virtutum Deo dilatem adque augeam regnum[2].

XII, 2, 2. ***Recc. Erv.***] II. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De omnium heresum erroribus abdicatis.

Divine virtutis eternum consilium et in ultimorum serię seculorum pietatis eius revelatum arcanum per retroactarum dierum tempora omnem, ut cernimus, a cunctis nostri regimonii finibus et perfidiam dissipavit errantium et dogmatum abdicabit conmenta pravorum. Verumtamen ne, dum nostris consistimus in diebus, tempus illut occurrat, de quo vas electionis[3] olim protulit, dicens: 'Erit[4] enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum sua desideria coacerbabunt sibi magistros prurientes auribus; et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur', convenit et ea, que in luce fidei manent, a tenebris contradictionum edicto legali defendere et ea, que exoriri obvia forsitan error inpulerit, gestis legalibus propulsare. Nullus itaque cuiuscumque gentis aut generis homo, proprius et advena, proselitus et indigena, externus et incola, contra sacram et singulariter unam veritatis catholice fidem quascumque noxias disputationes eandem fidem inpugnans palam pertinaciter aut constanter vel proferat vel proferre silenter adtemtet. Nullus

XII, 2. 1. *l.* 1. meriti *R* 1. *E.* ‖ *l.* 2. inpressa] expressa *R* 1; pressa *E* 1. ‖ *l.* 3. salutaris *E* 1; salutare *R* 2. *E* 2. *l.* 4. divini indicis *V* 1. peractam *R* 1. ‖ *l.* 5. sancta *Mad.* vere] ut *add.* *V* 1. ‖ *l.* 6. ordinata] ordinato *R* 1; ornata *R* 2; ordinatam *E* 2. decentissima *Mad.* ‖ *l.* 7. insequar] *ita R. V* 1. 3. *Pith.*; et insequar *cett.* ‖ *l.* 8. pulvere *R* 1. pulverem ante faciem venti excussum *V* 16. ‖ *l.* 9. sordentium] sordidum *Pith. in marg.* glorie Dei] ecclesiae *V* 16. ‖ *l.* 10. Dei *deest V* 1. tropheum] *ita R. E. V* 1. 3. 5. 15. *Pith.*; triumphum *Mad.* pacem] *ita R* 1. *V* 1; pace *cett.* *l.* 11. gloria] *ita R* 1. *V* 1; in gloria *R* 2. *E. V* 6. *Pith.*; gloriae *Mad.* ‖ *l.* 12. et] ut *E* 1. virtutem Dei *Pith.*; virtutum Deo *des. Mad.* Deo] Domino *V* 3. 16.

XII, 2, 2. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16. 17. 19). — *l.* 13. FL. — REX] ANTIQUA *V* 3; *des. V* 15. 19. RECC.] RECCDS *R* 1; RECCESSVINTHUS *R* 2; REC *E* 1; RECTS *E* 2; RCDS *V* 1. 5; R *V* 4; *deest V* 6. ‖ *l.* 14. heresum] hereticorum *E* 2. *V* 15. 19; heresium *Mad.* *l.* 15. serię] *ita R* 1. *E* 1; series *E* 2. *V* 1. 3; serie *cett.* seculorum] populorum *V* 3. ‖ *l.* 16. retroactarum] *ita R* 1. *V* 1. 8; retrocatorum *R* 2. *E* 1. *V* 3. 4. 6. 15. 16. *Pith.*; retroacta *E* 2. *Mad.* *l.* 17. nostris *E.* regimonii] regiminis *V* 5. 16. *Pith.* perfidia *R* 1. docmatum *R* 2. *E* 2. abdicavit *E* 1. *V.* ‖ *l.* 19. dicens] Paulus apostolus *add. V* 5. 8. enim *deest R. E* 1. *Pith.* cum] quando *E* 1. *V* 3; quo *Pith.* ‖ *l.* 20. non sustinebunt *des. R* 1. coacerbabunt] *ita R* 1. *E* 2; coacervabunt *cett.* *l.* 22. et *deest E. V.* lucem *R* 2. *E* 2. *V* 1. ‖ *l.* 23. exuriri *R* 1. forsan *E.* ‖ *l.* 24. cuiuscumque] *ita R* 1; cuiuslibet *cett.* ‖ *l.* 25. prosilitus *R* 2. *E.* ‖ *l.* 26. quacumque noxia disputatione *V* 8. *l.* 27. aut] *ita R. E. V* 1. 3; atque *Mad.* vel proferat] *des. E* 1; vel *deest Mad.*

1) *Cf. Psalm.* 17, 43. 2) *Huius et proxime sequentium legum tumida et saepius obscura verbositas eandem fere rhetorum scholae sapit doctrinam atque sententiae libri I.* 3) *Cf. Act. apost.* 9, 15. 4) 2. *Tim.* 4, 3. 4.

Recc. Erv.] evangelia sacra convellat. Nullus apostolica instituta decerpat. Nullus antiquorum patrum defensionis huius sacras definitiones inrumpat. Nullus modernorum disserentium congruentes fidei tractatus spernat. Nullus contra omnem sanctum vere fidei sacramentum aut cogitationes ruminet cordis aut verba patuli proferat oris. Non in contradictione controversiam perfidus excitet pervicacis, non inprovitatis contentione litem statuat adversantis. Nam quecumque persona in cunctis istis vetitis extiterit deprehensa, si quidem ex quacumque religionis potestate vel ordine fuerit, amisso loci et dignitatis honore, perpetuo reatu erit obnoxius, rerum etiam cunctarum amissione multatus. Si vero ex laicis extiterit, et honore solutus et loco, omni rerum erit possessione nudatus, ita ut omnis transgressor sanctionis huius aut eterno exilio mancipatus intereat, aut divina miseratione respectus a prevaricatione convertatur et vivat. **XII, 2, 2.**

Recc. Erv.] III. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **XII, 2, 3.**

De datis et confirmatis legibus supra Iudeorum nequitiam promulgatis.

Vetitis[1] et seclusis generaliter omnium hereticorum presumtionibus execrandis, nunc specialiter nobis est de presentibus ordinandum, quoniam et in presenti de his cognoscimus esse presumtum. Nam cum virtus Dei totum universaliter acie verbi sui radicitus heresum extirpaverit surculum, sola Iudeorum nequitia ingemiscimus regiminis nostri arva esse polluta. Unde per spiritum Dei vindicare conabimur pacem nostram, que gentibus[2] quidem stultitia est, eisdem vero Iudeis scandalum, nobis autem credentibus idem Christus, Dei virtus et Dei sapientia, cuius miseratione preventi concutimur intentione fideli, tam vetustis erroribus ponere finem, quam futurorum exordiorum concidere novitatem. Quapropter eternam legem iubemus et sacrarum scripturarum iussu decernimus tam nostrarum legum edicta, quam precessorum nostrorum regum legali serie sententias promulgatas, que contra eorum

XII, 2, 2. *l.* 1. evangelia sacra] *ita R. E* 2; evangelii sacra *V* 8; evangelii sacramenta *V* 15; evangelii decreta *cett.* convellat] conpellat *E* 1 *et e corr. E* 2; contemnat *V* 15. decerpat] decertet *R* 2. Nullus — inrumpat *des. E* 1. ‖ *l.* 2. defensionis] defensionibus *V* 3. 4. 5. 8; impugnationibus *Pith.* huius] aliquibus *V* 8; suis *Pith.* *l.* 3. tractus *E* 1. *V* 1. omnem] *ita R* 1. *E* 2. *V* 1. sanctum] *ita R. E* 2. *V* 5; dictum et factum *add. E* 1. *Pith.;* dictum aut factum *add. V* 1. 3. *Mad.* vere fidei sacramentum *des. E* 1. *V* 3. ‖ *l.* 5. inprovitatis] *ita R;* inprobitatis *cett.* contentione] *ita R. E* 1; contemtione *E* 2; contentionem *V* 1. ‖ *l.* 6. adversantis — vetitis *des. E* 2. persona] *ita R;* ex his *add. E* 1. *V.* istis] stis *R* 1. ‖ *l.* 7. si *deest R* 1. religionis] regionis *R* 2. potestatem *R* 1. admisso *R* 1. ‖ *l.* 8. honore] ordine *Pith. in textu, ubi in margine legitur* honore. ‖ *l.* 9. omni] *ita R. E;* omnium *V* 1; et omni *Mad.* ‖ *l.* 10. huius] *ita R* 1; stius *E* 2; istius *cett.*

XII, 2, 3. *Codd. E* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5. 6. 15). — *l.* 13. FL. — REX *des. V* 3. 15. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCESSVINTHUS *R* 2; RECSD *E* 2; RCDS *V* 1; RECHERENDUS *V* 4; CHINDS *Pith.; deest E* 1. ‖ *l.* 16. in] de *R* 2. presenti] presentibus *E* 1. ‖ *l.* 18. heresum] heresuum *E* 2; heresium *Mad.* surculum] *ita R. E* 1; f o m i t e m *V* 3; fommitem *E* 2; f o m i t e m v e l surculum *Mad.;* fomitem vel ferculum *V* 1. solam Iudeorum nequitiam *R* 1. ‖ *l.* 19. arva] area *R* 2; arma *V* 4. conavimur *R* 1; conamur *R* 2. ‖ *l.* 20. nostram] sanctam *R* 2. ‖ *l.* 21. miserationem *R* 1. *l.* 22. concuttiantur *R* 1. ‖ *l.* 23. concedere *E* 1. eternam legem] *ita R* 1. *E;* eterna lege *R* 2. *V.* *l.* 24. sacrorum scriptorum *R* 2. *E.* edictum *R* 1. precessorum] *ita R. E. V* 1; predecessorum *Mad.* *l.* 25. legalis *E* 1; regali *E* 2. eorum] *ita R. E. V* 1. 3; Iudaeorum *Mad.*

1) *De legibus de Iudaeis latis, quae reliqua omnia huius tituli capita efficiunt et totum titulum III. implent, cf. Helfferich, 'Westgothen-Recht' p.* 40 *sqq.* 68 *sqq.* 179 *sqq.* 192. 207 *sq.; H. Grätz, 'Die westgothische Gesetzgebung in Betreff der Juden', Vratislaviae* 1858; *Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 411 *sqq.* 2) *Cf.* 1. *Cor.* 1, 23. 24.

XII, 2, 3. ***Recc. Erv.***] perfidiam et personas data consistunt, eterna consecratione inviolata persistere et perenni custodia observata manere. Que si quis eorum temerare detectus extiterit, et subteriacentium legum damnis noxius erit et specialibus ultionum sententiis subiacebit.

XII, 2, 4. ***Recc. Erv.***] IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De cunctis Iudeorum erroribus generaliter extirpatis.

Nullus Iudeorum sacre religionis christianam fidem, quam sancti percepit tinctione babtismatis, aut profanet aliquatenus aut relinquat. Nullus hanc factis, nullus dictis inpugnet. Nullus huic absconse, nullus palam insultet. Nullus fugere ad hanc evadendam contendat. Nullus, ut hanc effugiat, quibuscumque latibulis sese occultandum iniciat. Nullus spem quandoque profanationis iterande contineat. Nullus confidentia renovandi erroris adsumat. Nullus prorsus perfidia et christiane religioni obviam sectam corde teneat, verbis promat, factis ostendat. Nullus ex his, que in eorum placitis sunt conscripta eorumque publica suscriptione notata[1], temerare studeat vel verberare presumat. Nullus omnium morum vetitorum conscium vel operatorem celare adtemtet. Nullus inventum latentem publicare retardet. Nullus auditam latebram denuntiare recuset. Cunctorum namque eorum quisque transgressor inventus constitute legis[2] erit supplicio puniendus.

XII, 2, 5. ***Recc. Erv.***] V. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne Iudei more suo celebrent Pasca.

Nullus de Iudeis XIIII. luna[3] mensis alicuius[4] faciat Pasca, neque dierum

XII, 2, 3. *l.* 1. perfidia *R* 1. eterna] *ita R. E* 1. *V* 1; et eterna *cett.* consecrationem *R* 1. *l.* 2. obs. manere] observatam esse *R* 2. *l.* 3. noxius] *ita R. E*; obnoxius *cett.*

XII, 2, 4. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16. 19). — *l.* 5. FL. — REX *des. V* 3. 15. 16. 19. GLOR. *deest E* 2. *V* 1. 6. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCESSVINTHUS *R* 2; RECDS *E* 2. *V* 1; RCDS *V* 5; REC *V* 6; R *V* 4; *deest E* 1. || *l.* 6. extirpandis *V* 1. 6. 8. *Pith.* || *l.* 7. perceperint *V* 5; perceperunt *V* 8. 16. tinctione] unctione *Pith. in textu, ubi in margine* tinctione. *l.* 8. babtismatis] *ita E* 2; bautismatis *R* 1; baptismatis *cett.* profane *R* 1. || *l.* 9. huic] *ita R. E. Pith.*; hinc *V* 5; alibi *cett.* || *l.* 10. evadenda *R* 1. effugiat] aut *add. V* 1. quibuscumque] cuiuscumque *E* 1. *V* 1; cuius *V* 3. hoccultandum *R* 1. || *l.* 11. iterando *E* 1. *V* 1. || *l.* 12. confidentia] *ita R. E* 2; confidentiam *cett.* perfidia] *ita R. E* 2; perfida mente *E* 1. *Pith.*; perfidiam *cett.* et] *deest R* 2; ad *V* 1. *l.* 13. obvia secta *R* 1. teneat] *ita R. E. V* 15. *Pith.*; retineat *cett.* his] is *E* 2; i *R* 2. || *l.* 14. suscriptione] *ita R* 1. *E* 2; subscriptione *cett.* studeat] istudeat *R* 1; presumat *V* 15. || *l.* 15. verberare] *ita habet R* 1, *sed dubito, an recte. In textu principali fortasse* reverrare (= reverrere) *legebatur, quod coniecimus ex his lectionibus:* severrare *R* 2; reverare *E* 1; revelare *Pith. Mad. In E* 2 rare *tantum scriptum, al. man. post corr.* oberare; oberrare *V* 1. 4. 5. 8; *deest V* 3. omnium morum vetitorum] *ita R* 1; o. m. vestitorum *R* 2; ominum veticorum orum (*corr.* eorum) *E* 2; hominum vetitorum morum *V* 1; omnium horum vetitorum *E* 1. *Pith.*; horum omnium vetitorum *cett.* || *l.* 16. adtemtet] obtemptet *V* 5; pertentet *Mad.* pubplicare *R* 1. || *l.* 17. eorum] horum *R* 2. *V* 1; orum *E* 2. quisque] quisquis *Mad.* inventus fuerit *Mad.* || *l.* 18. subplicio *R* 1.

XII, 2, 5. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16. 17). — *l.* 19. FL. *deest V* 3. GLOR. *deest E* 2. *V* 1. 3. 17. RECC.] RECΘDS *R* 1; RECCESSVTHS *R* 2; RECTUS *E* 2; RCDS *V* 1. 5. 6. *Pith.*; RCS *V* 17; R *V* 4; RESCINDUS *V* 16; EGICA *V* 3; *deest E* 1. || *l.* 20. Ne — pasca *legi nequeunt R* 1; *des. V* 4. Pasca] *ita R* 2; Pascha *cett.* || *l.* 21. de *deest E. Pith.* Iudaeus *E* 1; Iudaeorum *Pith.* XIIII] *ita R* 1. *E* 1; quarta decimam *R* 2; quarta decima *E* 2. *V* 1. lunam *R* 2. mensis] *ita R. E. V* 5. 15. 16. *Pith.*; primi *add. cett.* alicuius — soliti sunt *des. R* 1. faciant *R* 2. Pasca] *ita R* 2; Pascha *cett.*

1) *Exstat exemplar placiti huiusmodi XII, 2, 17.* 2) *XII, 2, 11.* 3) *Luna quarta decima est dies quartus decimus mensis lunaris, incipientis a prima seu nova luna.* 4) *Iudaei Pascha celebrant luna quarta decima mensis, quem dicunt Nisan, christiani vero die dominico post lunam quartam decimam post aequinoctium vernum.*

***Recc. Erv.*]** ipsorum, ut soliti sunt, sollemnia celebrabunt. Non dies festos omnis sollemnitatis mediocres aut summos quisque eorum venerabitur aut intendat errore vel honore vetusto, non ferias custodiet, non sabbata et omnia festa ritu observantie sue deinceps aut coleat aut contingere quandoque presumat. Nam perventus mox speciali damnationis sue multabitur ultione [1]. **XII, 2, 5.**

***Recc. Erv.*]** VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **XII, 2, 6.**

Ne Iudei more suo fedus copulent nuptiale.

Nemo ex Iudeis propinquitatem sanguinis sui coniugio copulet, adulterio polluat, incestu conmaculet. Nullus usque ad sextum generis gradum coitum personam quamcumque contingat. Nullus festa nuptialia aliter, quam christianorum mos habet, vel adpetat vel usurpet. Nam detectus damnationis date ultionibus punietur [1].

***Recc. Erv.*]** VII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **XII, 2, 7.**

Ne Iudei carnis faciant circumcisiones.

Nullus Iudeorum circumcisionem operabitur carnis. Nullus hanc sibi fieri patietur indemnis. Non servus, non ingenuus aut libertus, incola vel extraneus, eiusdem detestande sectionis obprobrium quacumque occasione aut perferet aut alteri inferre presumat. Nam quicumque sponte talia fecisse vel sustinuisse probabitur, date legis severitate plectetur [1].

***Recc. Erv.*]** VIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **XII, 2, 8.**

Ne Iudei more suo diiudicent escas.

Cum beatus Paulus apostolus dicat: ‘Omnia [2] munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum’, merito Iudeorum detestabilis vita et discretionis

XII, 2, 5. *l.* 2. eorum — vetusto, non *des. R* 2. intendat] intendet *E. V* 3; intentet *V* 15; impendat *V* 1. 4. 5. errore vel honore] *ita R* 1. *E;* de errorem vel honorem *V* 3; honore vel errore *cett.* ‖ *l.* 3. custodiet] *ita R. E* 2; custodiat *cett.* ritum *R* 1. ‖ *l.* 4. sive deinceps *E* 1. coleat] *ita R;* colet *corr.* colat *E* 2; colant *E* 1; colat *cett.* contingere] continere *V* 15. perventus] *ita R. E. V* 1; praeventus *Mad.* ‖ *l.* 5. ultionem *R* 1.

XII, 2, 6. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16. 17. 19. 20). — *l.* 6. FL. — REX *des. V* 1. 3. 4. FL. GLOR. *des. V* 16. 17. 20. RECC.] RECϴDS *R* 1; RECCSTHS *R* 2; RECDS *E* 2; RECCDS *V* 17. 20; RCDS *V* 5; RECINDS *V* 16; R *V* 6; *deest V* 8. *Pith.* ‖ *l.* 7. [fedus copulent nuptiarum] *(sic!) uncis inclusa legi nequeunt R* 1. ‖ *l.* 8. Nemo] Nullus *V* 1. coniugio] coniunctio *R* 1. copulent *R* 1. aut adulterio *E* 1; aut *al. m. post add.,* adulterio *E* 2. ‖ *l.* 9. incesto *R* 1. sextum] *ita R. E. V* 1. 3. 8. 15. 16. 19. *Pith.;* septimum *Mad.* coitum] *ita R* 1. *V* 1; coita *R* 2; coitu *(quod est intelligendum) cett.* ‖ *l.* 10. vel] *ita R. V* 1; *deest E.* ‖ *l.* 11. abpetat *R* 1. puniatur *V* 1.

XII, 2, 7. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (4. 5. 6. 8. 15. 16. 17). — *l.* 12. FL. — REX *des. V* 1. GLOR. *deest E* 2. RECC.] RECϴDS *R* 1; RECCESSVINTUS *R* 2; RCDS *E* 2. *V* 5; RCS *V* 8. 17; R *V* 6; *deest E* 1. ‖ *l.* 13. Ne — circumcisiones *des. R* 2. circumcisionis *E* 2. ‖ *l.* 14. operabitur] *ita R. E. V* 1. 3. *Pith.;* operetur *Mad.* ‖ *l.* 16. sectionis] *ita E* 1. *Pith. (in textu);* sanctionis *R* 1. *E* 2. *V* 1. 6; setionis *R* 2; sectationis *V* 3; secta *Pith. (in marg.);* factionis *V* 4. perferet] *ita R;* perferat *E. V* 1. 4. 5. 15. 16. *Pith.;* perferre *V* 3; ferre *Mad.* ‖ *l.* 17. isponte *R* 1. vel sustinuisse *des. V* 1. 4. probatur *R* 2. ‖ *l.* 18. data *R* 1. plectatur *R* 2.

XII, 2, 8. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. 4 (*usque ad* inmundis diiudicet escas *p.* 416, *l.* 3). (5. 6. 8. 15. 17. 20). — *l.* 19. FL. — REX] *legi nequeunt R* 1; *des. V* 1. GLOR. *deest E* 2. *V* 3. 6. 20. RECC.] RECCESTHUS *R* 2; REC *E* 1; RESTUS *E* 2; RCDS *V* 6; RCS *V* 3. 8. 17. 20. ‖ *l.* 20. Ne — escas *legi nequeunt R* 1. diiiudicent *R* 2. ‖ *l.* 21. apostulus *R* 1. coinquinatis] inquinatis *R* 2.

1) *Cf. XII,* 2, 11. 2) *Tit.* 1, 5.

XII, 2, 8. **Recc. Erv.**] horrende mundicia omni sordium errorem inmundior. et refelli oportet et habici debet. Ne quis ergo ex his primeve ritu tradicionis et usuati consuetudine moris mundas ab inmundis diiudicet escas. Nemo sumenda inhonesta reiciat, que valde bona esse sui condicio probat. Nemo ex his aliut privet, aliut usurpet, nisi tantum illa discretione servata, que ab omnibus christianis tenetur salutaris et congrua. Alioquin in transgressione quisque detectus constitutis erit suppliciis addicendus [1].

XII, 2, 9. **Recc. Erv.**] VIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne Iudei questione christianos inscribant.

Speciali hoc decreto censetur, nulli Iudeo pro qualicumque negotio quandoque licere contra christianum, quamvis humilis servilisque persone, testimonium dicere neque pro qualibet actione aut inscriptione christianum inpetere, aut pro Iudeorum causis quacumque factione hunc tormenta subire. Profanum etenim satis est infidelis fidem fidelibus anteponere et membra Christi adversariorum eius molestiis subiugare. Sane si idem inter se causarum negotia repperiantur habere, et testificandi adversum se et in servis suis tantumdem coram christianis iudicibus questionem inicere sit illis liberum ex lege licere.

XII, 2, 10. **Recc. Erv.**] X. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne Iudei contra christianos testificentur, et quando ex illis progenitis testificari sit licitum.

Si coram hominibus reppertum mendacium et infamem facit et damnis adfligit, quanto magis in divina fallax fide perventus non erit penitus ad testimonium admittendus [2]. Merito ergo testificari proibiti sunt Iudei, seu baptizati, sive non extiterint baptizati. De stirpe autem illorum progeniti si morum provitate et fidei plenitudine habeantur idonei, permittitur illis inter christianos veredica quidem testi-

XII, 2, 8. *l.* 1. orrende *R* 2. *E* 2. mundicia] *ita R* 1; munditia *R* 2. *E* 1. *V* 3; inmunditie *E* 2; inmundicia *cett.* errorem] *ita R;* horrore *V* 15. *Pith.;* errore, *quod intelligendum est, cett.* refelli] *ita R. E* 1. *Pith.;* repelli *cett.* || *l.* 2. habici] *ita R;* abici *cett.* primeve ritu] *ita E* 1. *V* 1. *Pith.;* primeve ritum *R* 1; primaverit ut *R* 2; primeberit · ut *E* 2; primevae ritus *Mad.* trad.] raditionis *E* 2. usuati] a s s u e t i *V* 1. consuetudine moris] *ita R* 1. *E. V* 1. 3. 5. *Pith.;* consuetudinem horis *R* 2; consuetudinem mortis *V* 4; consuetudine (moris *deest*) *Mad.* || *l.* 3. diiiudicent *R* 2; diiudicent *V* 1. inhonesta] *ita R. E* 1; inhoneste *cett.* || *l.* 6. addicendus] abdicatis *R* 2; abdicandus *E* 1. *V* 1; abditus *E* 2.

XII, 2, 9. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. 5. 6. 8. 15. 16. 17. 20). — *l.* 7. FL. — REX *des. V* 3. GLOR. *deest E* 2. *V* 1. 15. 20. RECC.] RECCDS *R* 1; RECCSTHUS *R* 2; REC *E* 1; RCTS *E* 2; RECDS *V* 1; RCDS *V* 5. 6. *Pith.;* RECCDS *V* 20; RCS *V* 8. 17; R *V* 15. || *l.* 8. questione] questioni *R* 1; questionem *V* 1; *deest E* 2. *V* 19. christianis *R* 2. || *l.* 9. Specialiter *R* 2. *E* 1. *Pith.* qualicumque] quacumque *R* 1. || *l.* 10. liceret *R* 2. || *l.* 11. actione] hactione *R* 2. *E* 2; *deest E* 1. aut inscriptione] aut inscriptionem *R* 1; ab scriptione *R* 2; adscriptione *E* 2; ad inscriptione *E* 1; ad inscriptionem *V* 1. 5. 15. 16. *Pith.; des. V* 3. inpetere] inplectere *E* 1. || *l.* 12. subire] *ita R. E* 1 *et pr. man. E* 2; p r e s u m a t *add. cett. (al. man. E* 2). etenim] enim *V* 1. infidelis fidem] infideles *Pith.* || *l.* 15. in] inter *E* 1.

XII, 2, 10. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (5. 6. 8. 15. 16. 17. 20). — *l.* 17. FLAV. *deest V* 15. 16. 20. GLOR. *deest E* 2. *V* 3. 15. 16. 17. 20. RECC.] RECCDS *R* 1; RECCESSVINTHUS *R* 2; RECESVINTUS *E* 2; REDS *V* 1; RCDS *V* 3. 5. 6. 17; RECCDS *V* 20; RCS *V* 8; RESINDS *V* 15; RENCILDUS *V* 16; *deest E* 1. || *l.* 20. infamen *R* 1. faciat *R* 2. || *l.* 21. perventus] *ita R. E. V* 1; praeventus *Mad.* penitus *deest R* 1. || *l.* 22. prohibiti *E* 2. *V.* || *l.* 23. istirpe *R* 1. progeniti] progenitis *E; deest R* 2. provitate] *ita R* 1; pravitate *R* 2; pravitatem non tenuerint *V* 1; probitate *corr.* prabitate *E* 2; probitate *cett.* || *l.* 24. plenitudine habeantur] plenitudinem habere videantur *V* 1. veredica] verefica *R* 1; veredicant *R* 2; viridica *E* 2; veridica *cett.*

1) *Cf. XII.* 2. 11. 2) *Similiter Conc. Tolet. IV. can.* 64.

Recc. Erv.] ficandi licentia, sed non aliter, nisi sacerdotem, regem vel iudicem mores illorum et fidem omnimodis conprobantes. **XII, 2, 10.**

Recc. Erv.] XI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **XII, 2, 11.**

De pena, qua perimenda est transgressio Iudeorum.

Hec de sinu fortissimarum legum sententia emanat ad puniendam perfidiam Iudeorum, ut, quicumque aut superioribus vetita legibus aut suis inexa placitis temerare voluerit vel frustrare presumserit, mox iusta sponsionem ipsorum gentis sue manibus aut lapide perimatur aut igne cremetur. Quod si denotatum crimine reum principalis pietas reservaberit viviturum, ille cui placuerit serviturus a rege donetur, et omnia bona eius aliis possidenda tradantur; sicque fiat, ut nec rem amissam recipiat dominus, nec libertatem reparet servus.

Recc. Erv.] XII. FLAVIUS RECCAREDUS [1] REX. **XII, 2, 12.**

Ne Iudeus christianum mancipium circumcidat.

Nulli [2] Iudeo liceat christianum mancipium conparare vel donatum accipere. Quod si conparaverit vel donatum acceperit et eum circumciderit, et pretium perdat, et quem acceperat liber permaneat. Ille autem, qui christianum mancipium circumciderit, omnem facultatem suam amittat et fisco adgregetur. Servus vero vel ancilla, qui contradixerint esse Iudei, ad libertatem perducantur.

XII, 2, 10. *l.* 1. sacerdotem, regem vel iudicem — conprobantes] *ita R* 1; sacerdote, rege vel iudice — conprobante (probante *Pith.*) *R* 2. *E. V* 1. *Pith.*; a sacerdote, rege vel iudice — conprobentur *cett.* || *l.* 2. omnismodis *R* 2. *E* 2.

Capita XI. et XII. sub his numeris et hoc ordine praebent R. E. V 1. 3. 5. 6. 8. 15. 16. 17. 19. *Pith.; numeris mutatis et inverso ordine Mad.*

XII, 2, 11. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. (5. 6. 8. 15. 16. 17. 19. 20). — *l.* 3. FL. — REX *des. V* 3. 5. GLOR. *deest E* 2. *V* 1. 8. 17. 20. RECC.] RECΘDUS *R* 1; RECCESVINTUS *R* 2; RETS *E* 2; RCDS *Pith.*; RCCDS *V* 17. 20; CHDS *V* 1. 8; *deest E* 1. || *l.* 4. perim.] derimenda *E* 1. *l.* 5. sino *R* 1. sententie manat *R* 2; sententia manat *E.* puniendam] perimendam *V* 15. 19. || *l.* 6. de superioribus vetitis legibus *V* 1. inexa] *ita R* 2; inixa *R* 1; inexsa *E* 2; innexa *cett.* || *l.* 7. iusta] *ita R* 1. *E* 2; iuxta *cett.* isponsionem *R* 1. || *l.* 8. lapide] *ita R. E;* lapidibus *cett.* ignibus *V* 1. 5. 6. concremetur *V* 1. 3. || *l.* 9. reservaberit] *ita R* 1; reserbaberit *E* 2; reservare voluerit *V* 1. 6; servaverit *V* 15. 19; reservaverit *cett.* viviturum] *ita R. E. V* 1. 6; victurum *Pith.;* nimirum *Mad.* ille] *ita R. V* 1; illi *cett.* || *l.* 11. reparet servus] reppereat secura *R* 1; repararet servus *R* 2.

XII, 2, 12. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. 5. (6. 8. 15. 16. 17). — *l.* 12. FL. — REX *des. V* 3. *Mad.* RECCAREDUS] *ita solus R* 2; *(etiam in R* 1 *aliisque codicibus compendia, quae aliis locis Reccessvindi nomen exprimunt, perperam pro* RECCAREDUS *scripta esse suspicor, quia* GLORIOSUS *ibi titulo regis deest);* RECΘDS *R* 1; RECDS *E* 2; RCDS *V* 1. 5; RCS *V* 8. 17; GL REC *E* 1; GLS RCDS *V* 6. *Pith.* || *l.* 13. Iudus *R* 1. || *l.* 14. vel] nec *R* 2. *E* 1. *Pith.* || *l.* 16. circiderit *R* 1. || *l.* 17. adcregetur *R* 1.

1) *Hanc legem a Reccaredo I. latam esse, id quod codices nostri probant (v. supra l.* 34 *sqq.), iam suspicati sunt Helfferich, 'Westg.-Recht' p.* 42, *et Grätz, 'Westgoth. Gesetzgebung in Betr. d. Juden' p.* 31. *Dubito autem, num haec lex sit 'constitutio' illa, quam 'contra Iudaeorum perfidiam' a Reccaredo rege latam esse Gregorius M. papa in epistula a.* 599, *Reg. IX,* 228, *Epist. II, p.* 223, *refert. Est fortasse singulare quoddam caput legis illius, quod solum ex ea recepit Reccessvindus, ceteris nova sua substituens.* 2) *Haec constitutio ex legibus Romanis recepta est; cf. L. Rom. Vis. C. Th. III,* 1, 5; *XVI,* 4, 1. 2; *Paul. V,* 24, 3. 4. *Cf. praeterea Concil. Tolet. III. can.* 14. *et IV. can.* 59. 66.

XII, 2, 13. ***Recc. Erv.***] XIII. FLAVIUS SISEBUTUS REX.

De mancipiis christianis, que a Iudeis aut vendita aut libertati tradita esse noscuntur.

Sanctissimis[1] ac beatissimis Agapio[2], Cicilio[3], item Agapio[2] episcopis sive iudicibus ibidem institutis, similiter et reliquis sacerdotibus vel iudicibus in territoria Barbi[4], Aurgi[5], Sturgi[6], Iliturgi[7], Viatia[8], Tuia[9], Tutugi[10], Egabro[11] et Epagro[12] consistentibus. Dudum late constitutionis autoritas a domino et precessore nostro Reccaredo rege[13] sufficere poterat, ut mancipia christiana nullatenus in Aebreorum iure manerent obnoxia, si inpostmodum contra iustitie instituta eorum pravitas subripiendo principum animos aliqua sibi iniusta non poposcissent beneficia. Proinde, quia Deo adiubante legem fieri decrevimus et fraudibus eorum per diversa capitula obstitimus, ideo pro id, quod retro tempore fuerat vitiatum, iuxta edictum ante dicti principis decernimus: ut, si qua christiana mancipia eo tempore, quo autoritas data est, in eorum iure fuisse probantur, seu sint libertati tradita, seu forte ad libertatem

XII, 2, 13. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 3. 5. (6. 8. 15. 16. 17. 20). — *l.* 1. FL. — REX *des. V* 3. *Mad.* SISEBUTUS *ita R. E* 1. *V* 8. 17. 20. *Pith.*; REDS *E* 2; GLS RCDS *V* 1. 6; GLS *V* 5. *l.* 4. ac] hac *R* 1. Cicilio] *ita R. E* 2. *V* 8; Cilicio *V* 15; Cilicii *V* 19; Cecilio *cett.* ‖ *l.* 5. iudicibus] iudibus *R* 1. vel iudicibus] *des. E* 2. *V* 5; et iudicibus *E* 1; vel d u c i b u s *V* 15. 19. territoria] *ita R. E* 2. *V* 19; territurio a *E* 1; territorio *cett.* ‖ *l.* 6. Barbi] *ita R. E* 1; Varbi *Mad.*; Varvi *corr. al. m.* Varvia *E* 2; Barbia *V* 3; Varbia *V* 1; Barbari *V* 15; Barbaria *V* 19; Harbi *V* 5; Arbi *V* 6. 17. *Pith.* Aurgi] *ita R. E* 1. *V* 1. 8. 15. 16. 20; Ausgi *Mad.*; Urgi *E* 2. *V* 3. 5. 17. *Pith.* Iliturgi] Ilisturgi *V* 5; Ilitarni *V* 3. Viatia] *ita R. E. V* 16. *Pith.*; Biathia *V* 1; Biacia *V* 6, *cf. V* 17. *Pith.*; Beatiae Vitia *V* 8; Viata *V* 3; Vivacia *V* 15. 19; Biarie *V* 5; Avatia *V* 20; Viatulae *Mad.* Viatia Tuia Tutugi] Biaciatui Agatugiae *V* 17. *Pith.* Tuia] *ita E* 2. *V* 6. 8. 15, *cf. V* 17. *Pith.*; Tula *R*; Thuia *V* 1; Tuga *E* 1. *V* 20; Tuitu *V* 3; Tuhie (?) *V* 5; Tirga *V* 16. Tuia Tutugi] Tuhietta thugi *V* 5. Tutugi] *ita R* 1. *E*; Tuturgi *V* 19; Tutigi *R* 2. *V* 3; Tatugi *V* 1. 15; Tathugi *V* 5; Tatugia *V* 8; Taugi *V* 16. 20. Egabro] *ita R. E. V* 1. 3. 6. 8. 15; Egabri *V* 5; Agabro *V* 16. 20. et *deest R* 1. Epagro] *ita R* 1. *E. V* 3. 20; Evagro *V* 1; Ephagro *V* 8; Epagri *R* 2. *V* 5. 6. 17; Pagro *V* 15; Pago *V* 19; Apagro *V* 16. ‖ *l.* 7. autoritas] *ita R* 1; auctoritas *cett.*; *et ita infra.* nostro] d i v e m e m o r i e *add. V* 1. 6. 8. ‖ *l.* 8. Reccaredo] Recaredo *E* 2; Recharedo *V* 1. 6; Ricardo *V* 5. Aebreorum] *ita R* 1; Ebreorum *R* 2. *E* 2; Hebreorum *cett.* ‖ *l.* 9. permanerent *V* 16. iustitie i n s t i t u t e instituta *R* 1. ‖ *l.* 10. subripiendos *E* 1. poposcissent] *ita R. V* 1; poposcent *E* 1; poposcens *V* 3; poposcit et *V* 5; poscant *Pith.*; poposcisset *cett.* *l.* 11. adiubante] *ita R* 2; aiubante *E* 2; iubante *R* 1; adiuvante *cett.* capitula — pro id *abscisa desunt R* 1. ‖ *l.* 12. obstitimus] obstituimus *E* 2; obstamus *V* 1; obtinuimus *R* 2; obtatibus *V* 3. pro id] *ita E* 2. *V* 1. 3; *des. R* 1; pro eo *cett.* iuxta] iudex *R* 2. ‖ *l.* 13. quo] e quo *R* 1; quo haec *Mad.* *l.* 14. probatur *R* 1.

1) *De tempore huius constitutionis v. infra p.* 420, *n.* 1. 2) *Alter Agapius episcopus Tuccitanus, alter Cordubensis; cf. Florez, 'España sagrada' XII, p.* 398 *sq.*; *X, p.* 228 *sqq.* 3) *Caecilius episcopus Mentesanus, l. c. VII, p.* 249 *sqq.* 4) *Olim municipium Singiliense Barbense, nunc 'el Castillon' prope Anticariam ('Antequera'), prov. 'Malaga'; cf. Corpus Inscriptionum Latinarum II, p.* 272. 5) *Nunc 'Jaen'; cf. C. I. L. II, p.* 452. 6) *Vel Isturgi, nunc 'los Villares' prope 'Andujar', prov. 'Jaen'; cf. C. I. L. II, p.* 297. 7) *Vel Illiturgi, nunc 'las Cuevas de Lituergo' prope 'Andujar'; cf. C. I. L. II, p.* 297. 8) *In inscriptionibus Vivatia, nunc 'Baëza', prov. 'Jaen'; cf. C. I. L. II, p.* 449 *sq.* 9) *Olim Tugia, Graece: Toria, nunc 'Toya'; cf. C. I. L. II, p.* 448. 10) *Idem nomen exstare in inscriptione C. I. L. II, n.* 3406: res publica Tuatuc[ensis] *(nunc 'la Galera' prope 'Baza', prov. 'Granada'), feliciter coniecit b. m. Aem. Hübner l. c. p.* 461. 11) *Olim Igabrum, nunc 'Cabra', prov. 'Córdova'; cf. C. I. L. II, p.* 215. 12) *Olim Ipagrum, nunc 'Aguilar de la Frontera', prov. 'Córdova'; cf. C. I. L. II, p.* 205. 13) *Cf. supra c.* 12.

Recc. Erv.] non fuissent perducta, ad civium Romanorum[1] privilegia iuxta nostre legis edictum transire debeant. Nam, etsi qua inlicito ausu de hisdem mancipiis, que per constitutionem regiam fuerant absoluta, in iure cuiuslibet per quamcumque scripturam transegisse visa sunt, rescissa tali conligatione, ad statum ingenuitatis, recepto iuxta leges pretio a venditoribus, revertantur et prenotati in polipticis publicis adque secundum eorum peculium iustissima aderatione censiti[2] vitam in propriis laboribus ingenuitate transigere valeant. Si qua vero mancipia post metas dierum, in qua autoritas sepe dicti principis promulgata est, ab illis quolibet titulo iustissime conquisita sunt, aut vendere aut libertare, prout maluerint, usque ad kalendas Iulias[3] licentiam illis tribuimus. Hii vero christiani, qui ab Ebreis quocumque tempore circumcisi sunt vel in ritum eorum sunt, legali ordinatione multentur. Nam et de his, qui per legem absoluti esse cernuntur, qui ab ipsis Ebreis servi addicti sunt vel hucusque retenti, sicut ingenuis legibus eis satisfacere non morentur. Iudei igitur, qui ad fidem sanctam confugium visi sunt fecisse, portionem sibi debitam ex successione parentum in mancipiis accipiant. Venditiones vero, que facte fuerint, quos in unum tempus venditionis invenerit, parentum vel filiorum nulla sit in distrahendo divisio, sed in unum ad conparantis transeant dominium. Nam et quisquis de Iudeis sub nomine proprietatis fraudulenta suggestione aliquid a precessoribus nostris visus est promeruisse, exacta eius autoritate, fisco nostro faciatis sociari. Mancipia vero Iudeorum, que ad baptismi gratia fecerint confugium, ubicumque repperta fuerint*), XII, 2, 13.

*) *Pro reliquis* exigantur — inponatur *V* 8 *praebet:* non reddantur dominis Iudeis, sed libera domino serventur; ita ut, ubicumque repertum fuerit suum peculium, in ea libertate illi conferatur, ut census in eo peculio non imponatur, sed libere eo fruatur.

XII, 2, 13. *l.* 1. fuissent] fuerint *V* 1. *Pith.* previlegia *R* 2. *E* 2. legis] *ita R. E:* huius *add. cett.* || *l.* 2. ędictum *R* 1. qua] *ita R. E. V* 3. 5. *Pith.;* quo *V* 1; aliqua *Mad.* inlicita ause *R* 1; inlicita ausu *V* 3. hisdem] *ita R. E* 2; isdem *V* 1; eisdem *cett.* || *l.* 4. istatum *R* 1. || *l.* 5. legis *E.* vinditoribus *R* 1. prenotati] notati *R* 1. polipticis] policitis *E* 2. publicis *deest R* 2. || *l.* 6. aderatione] de ratione *Pith.* censiti] censuiti *R* 1; censura *V* 1. vitam] tam *R* 1; *deest V* 1. 8. in] cum *V* 8. *l.* 7. ingenuitate] *ita R* 1; ingenuitatem *R* 2. *V* 1; in ingenuitatem *E. V* 8. *Pith.* transigere] transire *V* 1. 8. *Pith.* post metas] post modum etatis *R* 2. qua] *ita R. E. V* 1. 5. *Pith.;* quibus *Mad.* *l.* 8. autoritas] *ita R* 1. 2; auctoritas *cett.* quolibet] quelibet *R* 1; colibet *R* 2; quoque libet *E* 1; quodlibet *E* 2. titulis *R* 1. || *l.* 9. maluerint] maluerit *Mad.* || *l.* 10. illis *deest R* 1. Hii] *ita R. E. V* 1; Hi *cett.* Ebreis] *ita R. E* 2; Hebreis *cett., et ita infra.* || *l.* 11. vel in ritum eorum sunt *des. V* 3. ritum] *ita R* 1. *E* 2; ritu *cett.* ordinatione] *ita R. E. V* 1. 3. 15. 16. *Pith.;* ordine *Mad.* || *l.* 12. addicti] abdicati *E* 1. || *l.* 13. retenti] detenti *E* 1. *Pith.* ingenuis] *ita R. E* 2; ingenui *V* 1; de ingenuis *cett.* eis satisfacere] *ita R. E* 1. *V* 1. *Pith.;* eis *deest cett.* moretur *E.* || *l.* 15. in] aut *E* 1. in mancipiis] incunctanter *V* 8. || *l.* 16. invenerit] *ita R. E* 2. *Pith.;* invenerint *cett.* in *deest R* 1. *l.* 17. conparentis *V* 1. transeat *R* 1. || *l.* 18. proprietatis] v e l p r e c e p t i *add. V* 8. fraudulenter *E* 1. predecessoribus *V* 5. 16. || *l.* 19. autoritate] *ita R* 1. 2; auctoritate *cett.;* v e l p r e c e p t o *add. V* 8. faciatis sociari] *ita R* 1. *E. V* 1. 5. 16. *Pith.;* faciant ussociari *R* 2; faciat sociari *Mad.* || *l.* 20. que] qui *V* 1. gratia] *ita R;* gratiam *cett.* fecerint] fecerunt *R* 2. *E. V* 1. 3. 15. 16. *Pith.* fu[erint — domi]nis, *uncis inclusa abscisa desunt R* 1.

1) *De civium Romanorum libertate cf. formulas manumissionis Form. Vis. nr.* 2. 3. 4. 5. 6, *Form. p.* 576 *sqq.* 2) *Manumissi, cives Romani facti, sicut ceteri 'Romani' ad tributi publici solutionem tenebantur. Cf. de tributis publicis regni Visigothici Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 254 *sqq. Gothi ingenui minime ad tributum solvendum obnoxii erant; quod efficitur ex lege X,* 1, 16. *Cf. Form. Marculfi I,* 19, *Form. p.* 56*:* bene ingenuus esse videtur et in polepticis publicis censitus non est. 3) *D.* 1. *m. Julii a. p. Chr.* 612, *ut ex lege subsequente efficitur. Cf. infra pag.* 420, *n.* 1.

XII, 2, 13. *Recc. Erv.*] exigantur et libera a dominis suis reddantur; ita ut, qui habet suum peculium, in ea libertate illi conferatur, et qui non habuerit, a manumissore, prout vires habuerit, illi concedatur; et descripti sicut ceteri eorum libertati, census pro eo peculio illis inponatur.

XII, 2, 14. *Recc. Erv.*] XIIII. FLAVIUS SISEBUTUS REX.

Ut nullis modis Iudeis mancipia adhereant christiana, et ne in sectam eorum modo quocumque ducantur.

Universis populis ad regni nostri provincias pertinentibus salutifera remedia nobis gentique nostre conquirimus, cum fidei nostre coniunctos de infidorum manibus clementer eripimus. In hoc enim ortodoxa gloriatur fidei regula, cum nullam in christianis habuerit potestatem Ebreorum execranda perfidia. Abominanda sunt ergo in christianis funesta Iudeorum imperia, et reducenda est sub amore catholico plebs Deo sacrata in gratia. Ob hoc hac in perpetuum valitura lege sanccimus adque omni cum palatino officio futuris temporibus instituentes decernimus: nulli Hebreo ab anno regni nostri feliciter primo[1] christianum liberum vel servum mancipium in patrocinio vel servitio suo habere, nullum ex his mercennarium nullumque sub quolibet titulo sibimet adherentem hec divalis sanctio fore permittit. Vendere* tamen infra fines regionum nostrarum in his locis, ubi conmanere videntur, cum omni peculio christiano, cui fas fuerit, iustissimo pretio libera facultas subiaceat. Nec liceat

*) *Pro* Vendere — tamen *etc. V* 8 *praebet:* De ipsis namque mancipiis, que hactenus per pretium emptionis habuerunt, que quasi libera facultas eis subiacuit, non eos deinceps audeant proprio iure retineri. Sed cuicumque christiano vili pretio vendere festinent cum omni illorum peculio, et tantum eis ex his mancipiis ab emptoribus pretium expetere precipimus, quantum numero quantitatis sub nomine emptionis invenerit electio comparantis. Liberare vero *etc. (p.* 421, *l.* 5*)*.

XII, 2, 13. *l.* 1. libera a dominis] *ita R* 2. *E* 2; libera dominis *cett.* qui habet] quid libet *R* 2. || *l.* 2. illi *deest R* 1. et *deest R* 1. a manumissore — habuerit *des. R* 2. *V* 1. || *l.* 3. descriptis *R* 2. *V* 1. et ceteri *R* 2. *E* 1. *V* 1. libertati] *ita* (— liberti) *R* 2. *E* 1; *deest R* 1; liberti *cett.*

XII, 2. 14. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1 *(usque ad* ultra defendat *p.* 422, *l.* 19*)*. 3 *(usque ad* alias *p.* 420, *l.* 1*)*. 5. (6. 8. 13. 15. 16. 17. 19. 20). — *l.* 5. FL. — REX *des. V* 3. SISEBUTUS] *ita R. E* 1; SISIBUTUS *Pith.;* GLS SISEBUTUS *V* 1. 6. 15. 16. 17. 20; GLS SESEBUTUS *E* 2; GLORIOSUS RECCESVINDUS *V* 8. || *l.* 6. adhereat *R* 1; adereant *R* 2. et ne] ne *deest R* 2. secta *R* 1. *l.* 8. salutifera] salutaria *V* 16. || *l.* 9. infidorum] infidelitate *R* 2; infideliorum *V* 8; Iudeorum *V* 15. manibus] Hebreorum *add. V* 5. || *l.* 10. nulla *R.* in] cum *R* 1. || *l.* 11. habuerint *R* 1; abuerit *R* 2. potestate *R* 1. Ebreorum] *ita R. E* 2; Hebreorum *alii.* Habominanda *R* 1; Abhominanda *V* 1. 6. *l.* 12. catholico] cahtolico *R* 1; catholice *R* 2. plebs] plevis *R* 1; ples *E* 2. || *l.* 13. gratia] *ita R. V* 1; gratiam *cett.* Ob hoc] Hob oc *R* 2; Ab oc *E* 2. hac] hanc *R* 2. *V* 1. sanccimus] *ita R;* sancsimus *E* 2; sanximus *V* 1; sancimus *cett.* || *l.* 14. palatinum *R* 1. nulli] *ita R. E;* ut nulli *cett.* Ebreo *E* 2; Hebreorum *Mad.* || *l.* 15. primo] *ita R. E. V* 1. 5. 15. 16. 20; proximo *Mad.* || *l.* 16. habere] *ita R. E;* liceat *add. cett.* nullum] nullus *R* 1. || *l.* 17. sibimet] sibi et *R* 1. hec divalis] et divallis *R* 1.

1) *Primus Sisebuti regis annus currebat inde a mense Februario vel Martio a. p. Chr.* 612; *cf. quae exposui 'N. Arch.' XXVII, p.* 422 *sqq.* 430. *Est igitur 'dies kalendarum Iuliarum proxime succedentium', qui terminus aeque atque in praecedente lege (cf. supra p.* 419, *n.* 3*) etiam infra (p.* 422, *n.* 1*) ad implendam hanc legem praefinitur, d.* 1. *m. Iulii a.* 612. *Itaque utraque lex a.* 612 *certo inter mensem Februarium et diem* 1. *m. Iulii lata est, verisimiliter autem uno vel duobus mensibus ante terminum illum. In eadem re Ervigius rex postea spatium* 60 *dierum concessit; cf. XII,* 3, 12.

Recc. Erv.] venditoribus in alias eos regiones transferre, nisi ubi eorum mancipiorum **XII, 2, 14.** sessio iudicatur et mansio. Quod si ita proveniat, ut hii, qui transacti fuerint, nihil in suo cernantur habere peculio, tantum his mancipiis a venditoribus dare precipimus, quantum illis sufficere ad excolendum vel gubernandum se invenerit conparantis electio: ne sub nomine emtionis non tam transactio, quam videatur esse exilium. Libertare vero servum christianum Hebreus si maluerit, ad civium Romanorum dignitatem eundem manumittere debebit; nulli scilicet Hebreo nec cuilibet obsequio reservato, sed vitam suam ubi voluerit manumissus procul ab Hebreorum consortio transigendi habeat potestatem. Quod si calliditatis fraudulentia Hebreus infestus venditionem adque libertatem tali sub dolo confecerit, ut quedam deceptionis argumentatio venundato vel manumisso futuris temporibus invido dolo preveniat, quatenus** hunc captiositas ementis adque vendentis dolo malo decipiat, huius nefandi sceleris argumentum ingenuus si prodiderit, facultatem sibi profuturam in omnibus Iudei percipiat. Christianus re vera, quem similis presumtio reum fecerit, nullis si fuerit facultatibus latus, in servitio cui princeps voluerit redigatur. Si rerum certe illi ambitio fuerit, medietate fisco coniuncta, perpetua ipse notetur infamia. Servus vero huius calliditatis detector liberum se gaudeat profuturum, et in eius consistat adsiduus*** patrocinio, in cuius cernitur actenus fuisse servitio. Ut autem eius firmissima libertas permaneat, vicarium a fisco servum dominus pro eodem accipiat, et insuper libram auri ab ipsis, quorum revelabit scelera, illi exacta proficiat. Quod si Hebreus circumciderit christianum, aut christianam in suam sectam ritumve transduxerit, cum

**) *Pro* quatenus hunc — nullis si fuerit *V* 8 *praebet:* quatenus hanc deliberationem vel venundationem iuri suo iteratim usurpet, evacuata modis omnibus reputabitur huius temeritatis vel dolosa deceptio; et hanc nefandam sceleris argumentationem ingenuus, si prodiderit, meritum sui laboris profuturum ex facultatibus Iudeorum sumat et percipiat christianus, et huius argumentationis presumptor, nullus si fuerit.

***) *Pro* adsiduus patrocinio *V* 8 *praebet:* arbitrio, utrum patrocinari cui elegerit, an in eius consistere patrocinio.

XII, 2, 14. *l.* 1. in alias] *reliqua des. V* 3. eos *deest R* 1. eorum] *ita R;* eorundem (eorundum *E* 1; eos eundem *E* 2) *E. V.* ‖ *l.* 2. hii] *ita R. E;* hi *V.* fuerant *E* 1. ‖ *l.* 3. his] hiis *R* 1; in his *R* 2. dare] *ita R. E;* dari *cett.* ‖ *l.* 4. conparantis] conpetentis *R* 2. ‖ *l.* 5. emtionis] emptoris *E* 2. non tam] nota *R* 1; notam *R* 2; non tam *rad. corr.* notam *E* 2. videtur *R* 1. exilio *R* 1. Libertare] *ita R* 1. *E. V* 1. *Pith.;* Liberare *cett.* ‖ *l.* 6. Hebreus] *ita R. E. V* 1. 5. *Pith.;* Iudaeus *Mad.* ad civium] mancipium *E* 2; *(v. lectionem sequentem).* ‖ *l.* 7. eundem] mancipium *V* 1. cuilibet] quolibet *E* 1. reservato, sed] servato et *R* 1. ‖ *l.* 8. ab Hebreorum] habere orum *R* 1; ab Ębreorum *R* 2; ab Ebreorum *E* 2. ‖ *l.* 9. galliditatis *R* 1. Ebreus *R* 2. infestus] infectus *E* 2; infectos *R* 2; effectus *E* 1. venditionem] conditionem *R* 2. ‖ *l.* 10. confecerit] *ita R. E* 1. *V* 1; fecerit *cett.* quedam] uidam *R* 2; que *E* 2. ‖ *l.* 11. venundato vel manumisso] *ita certe legendum est, quamvis codicum auctoritas lectionem* vel venundatio vel manumissio *exigere videatur.* venundato] vel venundatio *R. V* 1. *Pith.;* benundatio *E* 2. vel manumisso — reum fecerit *(infra l.* 14*) des. spatio vacuo relicto R* 2. manumisso] manumissio *R* 1. *V* 1. *Pith.; (deest R* 2*);* manumissu *E* 2. preveniat] *ita R* 1. *E* 1; perveniat *Pith.;* proveniat *cett.* ‖ *l.* 12. isceleris *R* 1. ‖ *l.* 13. argumentum — sibi *des. E* 2. ‖ *l.* 15. latus] *ita R. E;* datus *V* 5; dilatatus *cett.* servitio] *ita R. E. V* 1; servitium *cett.* redigatur] *ita R. E. V* 1. *Pith.;* reducatur *cett.* rerum] reus *V* 20. illi ambitio] facundior *V* 8; in illo iuditio *V* 20. ‖ *l.* 16. ambitio] *dubitans posui;* habintio *R* 1; abitatio *E* 2; habitatio *V* 5; ambitio, *quod, exceptis V* 8 *et* 20, *ceteri codices et editiones praebent, in Vulgata significat 'splendorem'; cf.* 2. *Par.* 16, 14; 1. *Macc.* 9, 37; *Act. apost.* 25, 23. medietatem *R* 2. *E* 1. *V* 1. coniunctam *V* 1. ‖ *l.* 17. in *deest R* 1. ‖ *l.* 18. hactenus *E. V.* ‖ *l.* 19. et proditor insuper *V* 8. ‖ *l.* 20. libram] *ita R. E* 2. *V* 1; libra *cett.* ipsis quorum] ipso cui *V* 8. revelabit] *ita R. E. Pith.;* revelavit *cett.* Ebreus *R* 2. *E* 2. ‖ *l.* 21. ritumve] ritum vel *E* 2; ritum *R* 2. ritumque eius prophane superstitionis *V* 1; ritumque profanae eius superstitionis *V* 5.

XII, 2, 14. *Recc. Erv.*] augmento denuntiantis capitali subiaceat supplicio, eiusque sine dubio bona incunctanter sibi vindicet fiscus. Mancipia vero, que ex christianorum et Hebreorum conubiis nata vel genita esse noscuntur, id observari censuimus, ut christiana efficiantur. Si certe hii, qui in ritu Hebreorum transducti sunt, in ea perfidia stare voluerint, ut minime ad sanctam fidem perveniant, in conventu populi verberibus cesi adque turpiter decalvati, christiano, cui a nobis iussum fuerit, perpetuo servitio servituri subdantur. Quod si tam inlicita conubia fuerint perventa, id elegimus observandum, ut, si volumtas subiacuerit, infidelis ad fidem sanctam perveniat. Si certe distulerit, noverit se a coniugali consortio divisum adque divisa in exilio perenniter permanere. Inter cetera hoc adicientes precipimus, ut, dum quispiam Hebreorum certa devotione in catholicam confugium fecerit fidem et purificationis unda labacrum sanctum susceperit, quidquid eodem tempore in omnibus rebus conprobatur habere, remota cunctorum molestia, ut vere fidelis sibi perpetim vindicet†. Hoc vero edictum infra diem kalendarum proxime succedentium Iuliarum[1] inplere cunctos per nostras a Deo conlatas regiones modis omnibus premonemus. Quibus evolutis kalendis, aput quemlibet Hebreum christianum fuerit reppertum mancipium, medietas facultatis Hebrei huius fisco subiaceat, et liberto reddito, qui per suam proditionem fuerit aput eum reppertus, nihil sibi Hebreus de persona eius vel peculio ultra defendat. Hanc vero legem, quam pietatis et religionis amore concepimus pro nostro populique nostri remedio, in perpetuum suffragante autore Domino valituram esse censemus. Successores quoque nostros legis huius instituta servantes victrix Christi victores faciat dextera, et eius solium in veritate conroboret, cuius in hoc fidem inspexerit divina clementia. Et licet huius legis prolatam sententiam a nemine temerari posse credamus, audacia tamen transgressoris et non venerabiliter conservantis[2]

†) V 5 *add.*: possessurus simul cum hereditate suorum genitorum adfutura.

XII. 2. 14. *l.* 1. aumento *R* 1. || *l.* 2. sibimet vendicet *V* 1. Ebreorum *R* 2. *E* 2. || *l.* 3. conubiis *ita R. E* 2; conubiis *E* 1; connubiis *cett.* || *l.* 4. hii *ita R. E* 1; his *E* 2; hi *cett.* ritu] *ita R. E* 1; rito *E* 2; ritum *cett.* Hebreorum] Iudeorum *R* 2. stare] istare *R* 1. || *l.* 5. fidem — perenniter remanere (*l.* 10) *des. spatio vacuo relicto R* 2. in] et in *E* 1. conventu] *ita R* 1. *V* 5; cetu *E* 2; coetu *cett.* *l.* 7. servituri *deest V* 16. subdant[ur — elegimus] *uncis inclusa abscisa des. R* 1. subdantur] tradantur *E* 1; sunt dantur *al. m. corr.* utantur *E* 2. conubia] *ita E. V* 1; (*deest R* 1. 2); connubia *cett.* perventa] perbenta *E* 2; preventa *E* 1. *Pith.* || *l.* 8. supplacuerit *R* 1. infideli] *ita R* 1. *E* 2; infidelis *cett.* perveniant *E* 1. || *l.* 9. distulerint noverint *E* 1. divisum adque divisam] divisum adque divisa *R* 1; divisurum atque divisum *V* 1; divisum atque *V* 5; divisum atque divisum *Mad.* || *l.* 10. permanere] *ita R. E. V* 1. 5. 13. 15. 16. 18. *Pith.*; mansurum *Mad.* || *l.* 11. Ebreorum *R* 2; ab Hebreorum *V* 1. *Pith.*; ab Hebreis *V* 5. || *l.* 12. unde *E* 2. lavacrum *E* 1. *V.* sancti *R* 1. quicquid ei *V* 1. de eodem tempore *E* 2. || *l.* 13. perpetim] in perpetuum *V* 16. vendicet *V* 1. || *l.* 14. diem] die *R* 1; dies *E* 2. *l.* 15. cunctas *V* 1. permonemus *E* 1. *V* 1. *Pith.* || *l.* 16. ȩvolutis *R* 1; revolutis *E* 2. *V* 1. 6. Hebreum] *ita R.* 1. *E* 2. *V* 1; Ebreum *R* 2; Hebreorum *cett.* || *l.* 17. facultatis] facultas *R* 2. *E* 2. Ebrei *R* 2. liberto] *ita R* 1. *E. V* 1; libero *cett.* || *l.* 18. Ebreus *R* 2. || *l.* 19. Hanc — copiosa proveniat (*in fine capitis*) *des. V* 1. vero] ergo *E* 1. *Pith.* || *l.* 20. suffragantem *R* 1. autore] *ita R*; auctore *cett.* valitura *R* 1. || *l.* 21. instituta] instituti *E* 1; in statuta *R* 2. || *l.* 23. fide *R* 1. prolata sententia *R* 1. a nemine] minime *R* 2. || *l.* 24. transgressoris] transgressionis *E* 2. conservantis] conversantis *E* 1. *Pith.*

1) *D.* 1. *m. Iulii a. p. Chr.* 612; *cf. supra pag.* 420, *n.* 1. 2) *Hanc sententiam minus perspicuam et Reccessvindus et Ervigius reges ad reges successores legem non conservantes vel eam transgredientes referunt. Cf. infra Reccessvindi legem XII.* 2. 15 *i. f.*; *Ervigii tomum concilio Toletano XII oblatum*: si legis illius, quod olim [illegible] nostrae temporibus illa clarae fidei institutio esset, ubi divinae memoriae dominus [illegible] noster Sisebutus rex omnes successores suos sub perpetuae maledictionis sententia obstrinxit, [illegible] regum mancipium christianum Iudaeo servire vel famulari permiserit, *et eiusdem regis legem XII.* 3. 12.

Recc. Erv.] sit in hoc seculo ignominiosior cunctis hominibus, et vita illius eodem in tempore concidat, quo sinistre partis adsensum in tam nefaria volumtate perduxerit detestanda temeritas, tantumque obnoxius in eternum peccatorum mole detineatur, in quantum transgressus fuerit legis huius salubre decretum. Futuri etiam examinis terribile cum patuerit tempus, et metuendus adventus Domini fuerit reservatus, discretus a Christi grege prespicuo, ad levam cum Hebreis exuratur flammis atrocibus, comitante sibi diabulo, ut ultrix in transgressoribus eterna pena deseviat, et locuplex remuneratio christianis faventibus hic et in eternum copiosa proveniat. **XII, 2, 14.**

Recc. Erv.] XV. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX. **XII, 2, 15.**

De interdicto omnibus christianis, ne quisque Iudeum quacumque factione adque favore vindicare vel tuere pertemtet.

In conclusionem omnium preteritarum legum, quas ad conterendam perfidiam Iudeorum tam nostra intentio quam precessorum nostrorum studia decreverunt, oportuit hanc novissime legem ad robor soliditatis adicere et conpetenti munimento premissa ex ordine roborare. Postquam enim dedimus sacre fidei profanis hostibus conpetens repudium et cunctis adinventionibus perfidorum posuimus ex obvio terminum, debite conpulsi sumus, et ea, que concreta sunt, solidare, et que consolidata sunt, pulcritudine venustare, ut, quantum artifex vivacius expresserit ingenium cogitationis in arte, tanto vigore simul et decus adsumat qualitas forme. Ne ergo quibuscumque adinventionibus calliditas Iudeorum, indesinenti persequenda conatu, subrepat obtate profana iura licentie, hoc providenter legis huius decernitur sanctione, ut nullus de religiosis cuiuscumque hordinis vel honoris seu de palatii mediocribus adque primis vel ex omnibus cuiuslibet qualitatis aut generis a principum vel quarumcumque potestatum aut obtineat aut subrepat animis, Iudeos sive non baptizatos in sue observationis detestanda fide et consuetudine permanere, sive eos, qui baptizati sunt, ad perfidiam ritumve pristinum quandoque redire. Nullus sub patrocinii nomine hos pro sue pravitatis licentia

XII, 2, 14. *l.* 1. in temp.] in *deest R* 2. *E* 2. *V* 5. || *l.* 2. quo] quod *R* 2. *E. V* 5. *Pith.* nefaria] eum *add. R* 2. *E* 1; cum *add. E* 2. *Pith.* || *l.* 4. transgressor *R* 1. || *l.* 5. tempos *R* 1. reservatus] referatus *E* 1; reseratus *V* 5. *Pith.* || *l.* 6. prespicuo] *ita R. E* 1; perspicuo *cett.* leva *R* 1. Ebreis *R* 2. *E* 2. atrucibus *R* 1. || *l.* 7. diabulo] *ita R* 1. *E* 2; diabolo *cett.* ultrix] flamma *add. Pith.* et eterna *R* 1. deserviat *R* 2. *E* 2. locuples *E* 1. *Pith.*; recuples *R* 2. || *l.* 8. hic et] hinc *E* 1. copiosa proveniat *abscisa des. R* 1. proveniat] pręveniat *E* 1; detur *Pith.*

XII, 2, 15. *Codd. R* 1. 2. *E* 1. 2. *V* 1. 5. (6. 8. 15. 16. 17). — *l.* 9. XV. FL. GL. RECC. *abscisa des. R* 1. FL. — REX *des. V* 5. FL. *deest V* 8. GLOR. *deest V* 6. 8. RECC.] RECCESSVINTHUS *R* 2; REC *E* 1; RECDS *E* 2; RCDS *V* 1. 17. *Pith.*; RCS *V* 8; RCNDS *V* 15. || *l.* 10. interdictione *E* 2. *V* 1. 5. 16. || *l.* 11. tuere] *ita R* 1. *E* 2; tueri *cett.* || *l.* 12. conclusionem *R* 1. quas] quë *E. V* 1. conterenda perfidia *R* 1. || *l.* 13. intentione *V* 1. presessorum *R* 1. istudia *E* 2. || *l.* 14. novissimam *V* 16. robor] *ita R* 1. *E* 2; rubor *R* 2; robur *cett.* soliditates *R* 1. monumento *E* 2. || *l.* 15. hostibus] sordibus *V* 1. || *l.* 16. adinventionibus] inventionibus *Pith. in textu* (adinv. *in margine*). posuimus ex obvio] p. exoriri *E* 1. *Pith.*; p. exolbi *E* 2; p. exolvi *V* 5; exposuimus solvi *V* 1. || *l.* 17. concreta] creata *R* 2; congregata *V* 1. solidata *R* 2. *V* 1. *Pith.* pulcritudinem *R* 2. *E* 2. *V* 1. || *l.* 18. quanto] quantum *R* 1; quamto *R* 2. vivacibus *R* 1. cogitantis *R* 2. artem *E* 1. *Pith.* || *l.* 19. vigore] *ita R*; vigorem *cett.* equalitas *E* 2. *V* 1. || *l.* 20. indesinenter *V* 1. conatus *V* 1. obtate] *ita R*; optate *E* 1; optata *E* 2. *V* 16; obtata *V* 5; optatam *Mad.*; aptare *V* 1; aperiens *Pith.* profana iura] *ita E* 1. *V* 16; profane iura *R* 1; profanat iura *R* 2; profanare iura *E* 2. *V* 1. 5; profano iuri *Pith.*; profano iure *Mad.* *l.* 21. licentiam *E* 1. *Pith. Mad.* in legis *E* 2. *V* 1. || *l.* 22. ordinis *E. V.* palatii] *ita R. E. V* 1. *Pith.*; palatinis *Mad.* || *l.* 23. a] *ita R. E* 1; anc *E* 2; ac *cett.* optione obtineat *V* 16. || *l.* 24. subrepat] subpremat *E* 1. animis] *ita R. E. V* 1; animos *Pith. Mad.* sive baptizatos] sive non baptizatos sive baptizatos *Mad.* || *l.* 25. perfidiam ritumve] perfidie ritum vel *R* 2. || *l.* 26. redire] redisse *R* 2. hos] eos *E* 1. *Pith.*

XII, 2, 15. *Recc. Erv.*] conetur in quippiam defensare. Nullus quocumque argumento aut factione illis hanc defensionem conetur inpendere, per quam liceat eis obvia sancte fidei et christiano contraria cultui palam aut occulte aliquatenus adtemtare, nequiter proferre vel tangere. Quod si quispiam hec presumserit temerare, si episcopus fuerit aut etiam ex ceteris clericis adque religiosis vel certe ex cunctis laicis quisque deprehensus extiterit, a conventu catholicorum seclusus, excomunicatione ecclesiastica feriatur et quarte partis omnium bonorum suorum amissione multabitur, que fisco non dubie quamtotius conectetur. Dignum etenim est eos aliquandiu a fidelium Christi societate divelli et rerum damno multari, qui adponunt Christi amorem et veritatis speciem consensu inimicorum eius detestabiliter inpugnare, in regum transgressionibus illa inmobiliter sententia permanente, quam dive memorie Sisebutus rex visus est in huiusmodi actione superiori lege sancsisse[1].

XII, 2, 16. *Recc. Erv.*]

XVI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De Iudaizantibus christianis.

Sicut deflendum a christianis est eorum scelus, qui in Christo prevaricatores exsistunt, ita modis omnibus decernendum, ut nullus omnino veniam mereatur, qui a meliori proposito ad deterius declinasse convincitur. Quia ergo crudelis et stupenda presumtio crudeliori debet extirpari supplicio, ideo legis huius edicto decernimus, ut, quicumque christianus hac presertim a christianis parentibus ortus, sexus scilicet utriusque, circumcisiones vel quoscumque ritus Iudaicos exercuisse reppertus est vel, quod Deus avertat, potuerit ulterius repperiri, conspiratione et zelo catholicorum tam novis et atrocioribus penis adflictus morte turpissima perimatur, quam orrendum et execrabile malum est, quod ab eo constat nequissime perpetratum. Eorum vero bona sibi procul dubio fiscus adsummat, si heredes vel propinquos talium personarum facti huius error consentiendo conmaculet.

XII, 2, 15. *l.* 1. in quippiam — conetur *des.* *R* 2. defensare] *ita* *R* 1. *E*. *V* 1. 8. 15. 16. *Pith.* (*deest* *R* 2); defendere *V* 5. *Mad.*; vel patrocinare *add.* *V* 1. 5. 8. aut] ad *R* 1. ‖ *l.* 2. hanc] ac *V* 1. defensione *R* 1. *V* 1. obvia sancte] *ita* *R* 2. *E* 1. *Pith.*; obviasse *R* 1; obviam sancte *cett.* ‖ *l.* 3. contrario *R* 1. *E* 1. palam aut occulte] pala aut occultare *R* 1. proferre] ferre *R* 2; perferre *V* 1. *l.* 4. hec *deest* *R* 2. temerare] temperare *E* 2; temtare *R* 2. *V* 8; temptare *V* 1. 5. 8. ‖ *l.* 5. quisque] *ita* *R*. *E*. *V* 1; quisquis *Mad.* ‖ *l.* 6. convento *R* 1. ęt excom. *E* 2 (et *al. m.*). *V* 1. *Pith.*; excom. *cett.* excomunicatione] *ita* *R* 1. *E* 2; excommunicatione *cett.* ecclesiastica] eclesie *R* 1; canonica *V* 16. ‖ *l.* 7. feriatur] ferietur *R* 2. *E*. ‖ *l.* 8. dubiet *R* 1. quamtotius] *ita* *R*; quamtocius *E* 2; quantocius *cett.* conectetur] *ita* *E*. *V* 1; quonectetur *R* 1; conceteris *R* 2; connectetur *cett.* est *deest* *E* 1. aliquamdiu *V*. a] ad *E* 1. ‖ *l.* 9. develli *V* 1. damnum *R* 1; damna *E* 2. qui adponunt] quia obponunt *V* 1. ‖ *l.* 10. consensum *R* 1. *E* 2. inpugnare — inmobiliter *des.* *R* 2. in] et in *Mad.* regum *ita* *R* 1. *E* 1. *V* 1. 5. 6; regnum *E* 2; *deest* *R* 2; legum *ut videtur ex emendatione Pith. Mad.* transgressoribus *V* 16. ‖ *l.* 11. sententiam manente *R* 1. quam dive] quam diu bone *V* 5; quam diu piae *Pith.* ‖ *l.* 12. superiore lege *E* 1; superioris leges *E* 2. sancsimus *E* 2.

XII, 2, 16. *Codd.* *E* 1. *E* 1. 2 *usque* ritus *reliqua des.*; *V* 1. 5. 6. 15. — *l.* 13. XVI] XVII *V* 1. 5. 6. *Pith.* *Mad.* FL. — REX *des.* *Mad.* CHIND. CHINDS *E* 1: QUINTASVINTUS *E* 2; CIN *E* 1; GLS CIN *Pith. in textu*; RCDS *V* 1. 6. *Pith. in margine*; GLS RCDS *V* 5. ‖ *l.* 17. preposito *R* 1. *E* 2. declinare *E* 2. *V* 1. ‖ *l.* 18. stirpari *V* 1. edicto] ędicto *R* 1; *deest* *V* 1. ‖ *l.* 19. hac] *ita* *R* 1. *E* 2; ac *cett.* ‖ *l.* 20. ritos *E* 1. ‖ *l.* 21. avertat] auferat *V* 1. 6. reperire *E* 1. conspirationem *V* 1. et zelo] ęcelo *E* 1. ‖ *l.* 22. novis] nobis *R* 1. atrocioribus *ita* *R* 1; atrocibus *cett.* orrendum *ita* *R* 1. *V* 1; horrendum *cett.* ‖ *l.* 23. hab *E* 1. ‖ *l.* 24. si] sive *V* 1; sine *V* 15. ‖ *l.* 25. conmaculat *E* 1. *V* 1.

1) *Cf.* *XII*, 2, 14 *et* *p.* 422. *n.* 2.

Recc. Erv.] XVII. **XII, 2, 17.**

Placitum Iudeorum in nomine principis factum.

Clementissimo hac serenissimo domino nostro Reccessvindo regi omnes nos ex Hebreis Toletane civitatis*, qui infra suscripturi vel signa facturi sumus. Bene quidem hac iuste dudum nos meminimus conpulsos fuisse, ut placitum in nomine dive memorie Chintilani regis pro conservanda fide catholica conscribere deberemus; sicut et fecimus. Sed quia et perfidia nostre obstinationis et vetustas parentalis erroris nos ita detinuit, ut nec veraciter Iesum Christum dominum crederemus nec catholicam fidem sinceriter teneremus, idcirco nunc libenter hac placite ispondimus glorie vestre, tam pro nobis quam pro uxoribus et filiis nostris, per hoc placitum nostrum, ut deinceps in nullis observationibus, in nullis usibus Iudaicis misceamur. Iudeis etiam non baptizatis nullo penitus execrando consorcio sociemur. Non more nostro propinquitate sanguinis usque ad sextum gradum incestiva coniunctione vel fornicatione iungamur. Non coniugia ex genere nostro aut nos aut filii nostri vel nostra posteritas nullatenus sortiamur, sed in utroque sexu deinceps christianis iugali copula conectamur. Non circumcisiones carnis operemur. Non Pasca et sabbata ceterosque dies festos iuxta ritum Iudaice observantie celebremus. Non escarum discretionem vel consuetudinem teneamus. Non ex omnibus, que Iudeorum usus et abominanda consuetudo vel conversatio agit, aliquatenus faciamus; sed sincera fide, grato animo, plena devotione in Christum filium Dei vivi, secundum quod evangelica et apostolica tradicio habet, credamus adque hunc confiteamur et veneremur. Omnes etiam usus sancte christiane religionis tam in festis diebus vel in coniugiis et escis quam in observationibus universis veraciter teneamus et sinceriter amplectamur, nullo reservato aput nos aut oppositionis obiectu aut fallacie argumento, per quod aut illa, que facere denegamus, iterum faciamus aut hec, que facere promittimus, minime vel non sinceriter conpleamus. De suillis vero carnibus id observare promittimus, ut si eas

*) *E* 2. *V* 1. 5. 6. 8. 17. *Pith. addunt:* adque Spanie glorie vestre.

XII, 2, 17. *Codd. R* 1. 2 (*usque* Pasca et sabbata *infra l.* 16). *E* 1. 2. *V* 1. 5. 6. (8. 15. 16. 17. 19). — *l.* 1. XVII] XVI *V* 1. 5. 6. *Pith. Mad.* ‖ *l.* 3. hac serenissimo *des. R* 2. hac] *ita R* 1. *E* 2. *V* 6; ac *cett.* Reccesvindo *R* 1; Reccessvintho *R* 2; Reccesvinto *E* 1; Recessvinto *E* 2; Recesvinto *V* 15; Recessvindo *V* 1; Recesvindo *V* 6. 19. ex Hebreis] ex Ebrei *R* 2; ex Ebro *E* 2; Hebreo *E* 1; Hebrei *V* 15. 16. 17. 19. *Pith.* ‖ *l.* 4. Toletane] letane *E* 1. suscripturi] *ita R. E* 2; subscripturi *cett.* *l.* 5. quidem] quidam *E.* hac iuste dudum] *ita R* 1. *E* 2; ac iuste *R* 2, *ubi* dudum — placitum *desunt;* ac iuste dudum *E* 1. *V* 1. 5. 8. 16. 17. *Pith.;* hac iuste (dudum *om.*) *V* 6; hactenus *Mad.* ‖ *l.* 6. Chintilane *R* 2; Chintilanis *V* 6; Chintillani *V* 1; Cintilani *V* 16; Cintiliani *V* 19; Cintillani *V* 5. conscribere deberemus] conscriberemus *R* 2. sicuti *R* 2. ‖ *l.* 7. Set *R* 2. *E* 2. et] hec *R* 1; *deest V* 1. obstinationis] *ita R. E* 1. *V* 1. 5. 6. 8. 15. 16. 19. *Pith.;* ordinationis *E* 2; observationis *Mad.* ‖ *l.* 8. Iesum Chr. dominum] in domini nostri Iesum Christum *R* 2; in I. Chr. *E* 2. *V* 1. 5. 6. *Pith.* ‖ *l.* 9. sincere *Pith.* hac] *ita R* 1. *E* 2; et *R* 2; ac *cett.* ispondimus] *ita R* 1; hispondimus *E* 2; spondimus *E* 1; spondemus *cett.;* spospondimus *V* 1; spopondimus *V* 6. *Pith.* ‖ *l.* 11. nullis incestiva usibus *E* 1; nullis incestivis usibus *Pith.* misceamus *E* 1. *Pith.* Iudeis — sociemur *des. R* 2. ‖ *l.* 12. non] nobis *E* 1. *Pith.* consociemur *E* 1. aut more *V* 1. propinquitate] *ita R. E* 1. *Pith.;* propinquitatem *V* 1; propinquitates *E* 2; propinquitati *Mad.* ‖ *l.* 13. incestiva pollutione in coniunctione *E* 1. *Pith.* *l.* 14. iungamus *R* 1. ‖ *l.* 15. sortiamur] sociamur *R* 2. iugali] coniugali *E* 2. copula] *ita R. E* 1. *Pith.;* copulatione *cett.* conectamur] *ita R* 1. *E* 1. *Pith.;* nectamur *cett.* ‖ *l.* 16. circumcisiones] circumcisione *R* 2; circumcisionem *E. Pith.* sabbata] *reliqua desunt R* 2. ‖ *l.* 17. discretione *R* 1. ‖ *l.* 21. hunc *deest V* 1. veneremus *R* 1. ‖ *l.* 22. coniugiis] conviviis *R* 1. ‖ *l.* 23. sinceriter] *ita R* 1. *E. V* 1. 5. 6. 8. 15. 16. *Pith.;* simpliciter *Mad.* reservato] *ita R* 1. *E. V* 5. 6. 8. 15. *Pith.;* reserva *V* 1; observato *Mad.* ‖ *l.* 24. argumentum *V* 1. illa] alia *R* 1. ‖ *l.* 25. aut] *ita R* 1. *E* 1. *V* 1; vel *cett.* ‖ *l.* 26. suillis] suinis *V* 5. ‖ *l.* 27. adque] *ita E* 2; atque *cett.* Spanie] *ita E* 2. *V* 6; Ispanie *V* 5; Hispanie *V* 1. 8. 17. *Pith.*

XII, 2, 17. ***Recc. Erv.***] pro consuetudine minime percipere potuerimus. ea tamen, que cum ipsis decocta sunt, absque fastidio et orrore sumamus. Quod si in omnibus, que supra taxata sunt, in quocumque vel minimo transgressores inventi fuerimus, aut contraria christiane fidei agere presumserimus, aut que congrua catholice religioni promisimus verbis aut factis inplere distulerimus, iuramus per eundem Patrem et Filium et Spiritum sanctum, qui est unus in trinitate Deus: quia qui ex nobis horum omnium vel unius transgressor inventus fuerit, aut a nobis ignibus vel lapidibus perimatur, aut, si hunc ad vitam glorie vestre reservaverit pietas, mox amissa libertate tam eum quam omnem rei ipsius facultatem cui elegeritis perenniter deservienda donetis, vel quidquid ex eo aut rebus eius facere iusseritis, non solum ex regni vestri potentiam, sed etiam ex huius placiti nostri sponsione potestatem liberam habeatis.

Facto placito sub die duodecimo kalendas Martias, anno feliciter sexto regni glorie vestre [1], in Dei nomine Toleto.

EXPLICIT.

Reliqua omnia formae Reccessvindianae desunt.]

XII, 2, 18. *Nov.*]

FLAVIUS GLORIOSUS EGIGA REX.

De perfidia Iudeorum.

Dum sacris edoceamur edictis, ut sive [2] per occasionem seu per caritatem, tantum ut Christus Dei filius nuncietur, oportunum satis est et ad fidem christianam conveniens, ut, sicut fideles trahimus libertatis ad gratiam, ita infideles provocemus ad vitam, quod et fides Christi in nobis aucta finibus crescat, et Iudeorum prevaricatrix actio evulsa funditus subruat. Proinde devociose mentis decreto censemus, ut quicumque deinceps ex perfida Hebreorum plebe, vir seu femina, ad catholice fidei rectitudinem per veram conversationem sive professionem redierit omnemque suorum rituum errorem vel ceremonias abnuens christianorum more tramitem vite sue duxerit, ab omni liber maneat onere functionis, quam pridem, Iudaismo consistens, publicis utilitatibus usus fuerat persolvisse; ita videlicet, ut illis exsolutionibus eius functio crescat, quos adhuc detestande incredulitatis fuscat nequitia et parentalis error manifestus retentat. Iniustum namque est illos censionis

XII, 2, 17. *l.* 1. que cum] quarum *R* 1. || *l.* 2. fastidium *R* 1. orrore] *ita R* 1; errore *E* 2. *V* 1; horrore *cett.* sumamus] et comedamus *add. V* 1. *Pith. Mad.* in his omnibus *E.* || *l.* 3. minime *V* 1. transgressi *R* 1. aut] et *V* 1. 6; et aut *Pith.* contraria — fidei] contra christianam fidem *V* 1. 5. 6. || *l.* 4. que — promisimus] congrue o b s e r v a r i catholice f i d e i religionis q u e promisimus *V* 1. || *l.* 6. unus in trin. Deus] unus in trinitate et verus Deus *V* 1. 6. 8. *Pith.*; in trin. unus et verus Deus *V* 5. quia qui] qui *R* 1; quia *E* 2. *V* 1; quia si *E* 1. horum] orum *R* 1; *deest V* 1. 5. 6. *Lind.* omnium] omnibus *V* 5. *Lind.* || *l.* 7. fuerit *deest R* 1. nobis] aut a filiis nostris *add. Mad.* *l.* 8. hunc] eum *V* 1. || *l.* 9. elegeritis] volueritis *E* 1. deservienda] *ita R* 1. *E* 1; serviendum *V* 1. 5; possidendam *V* 16; deserviendum *cett.* || *l.* 10. aut ex rebus] aut rebus *R* 1. facere] fieri *Pith.* iusseritis] *ita R* 1. *E. V* 1. 5. 16. *Pith.*; volueritis *Mad.* potentiam *R* 1. || *l.* 11. nostri *deest E* 2. *Mad.* *l.* 12. Facto placito] *ita R* 1. *V* 19; Factum placitum *cett.* duodecimo] *ita R* 1. *E*; XII *V* 1. 6. *Pith.* *Mad.* kalendarum Martiarum *V* 1. *Mad.* || *l.* 14. EXPLICIT *praebet solus R* 1.

XII, 2, 18. *Codd. V* 9. 16. (17). 20. (*V* 16 *et* 20: *Mad.*). — *l.* 16. FL. GL.] FLS GLS *V* 17; *des. cett.*; EGICA *Mad.* || *l.* 18. Dum] *ita V* 9; Quum *Mad.* || *l.* 19. ut] *deest Mad.* || *l.* 21. provocamus *V* 9. et quod *Mad.* || *l.* 23. devociose] *ita V* 9; devotione *Mad.* || *l.* 25. prof.] per confessionem *V* 16. omnemque] idemque *V* 20. suum ritum *V* 16. || *l.* 30. retemptat *V* 9.

1) *D.* 1. *m. Martii a. p. Chr.* 654. 2) *Cf. Philipp.* 1, 18.

Nov.] onere pregravari vel Iudaicis amplius indictionibus implicari, qui iugum Christi dulce eiusque onus leve per dignam conversationem noscuntur excipere. Quibus etiam veram fidem perfecte credentibus erit omnimode licitum mercandi usu properare ad cataplum et cum christianis agere christiano more commercium; ita ut, si quilibet christianus de illorum conversatione incognitus quodcumque de ipsis emere voluerit, non aliter ei licebit, nisi prius ex toto christianum se esse dixerit eique coram testibus orationem dominicam vel simbolum recitaverit apostolorum et christianorum cibos, ut veri christicole, sumpserit vel libenter acceperit. Quod si quispiam de eisdem sancte fidei conversis prevaricator exstiterit, cum omnibus rebus suis est fisco perpetim addicendus. De ceteris vero Iudeis, qui, in perfidia cordis sui perseverantes, ad catholicam fidem converti neglexerint, hanc legis sententiam decrevimus promulgari: scilicet ut nec ad cataplum pro transmarinis commerciis faciendis ulterius audeant properare nec cum christianis quodcumque negotium palam vel occulte peragere; sed tantum inter se ipsi habeant licentiam propria commercia diffinire ac more solito sui census impensionem vel eorum, qui conversi fuerint, exsolutionem de rebus propriis debeant fisco persolvere; et tam mancipia quam edificia, terras, vineas atque etiam oliveta vel alias quascumque res immobiles, quas a christianis venditionis causa vel quibuslibet aliis modis accepisse noscuntur, quamvis iam multa annorum curricula effluxissent, reddito tamen illis propter ea de publico pretio, totum fisci erit viribus sociandum, ut, cui hoc regia potestas donare elegerit, libero perfruatur arbitrio. Nam et quicumque de eisdem Iudeis in infidelitate perdurantibus ad cataplum ire presumpserit, aut cum quolibet christiano aliquod commercium egerit, cum omni ambitione rerum suarum obiurgatus perpetim fisco erit serviturus. Omnes vero christianos admonemus et sub divini nominis adiuratione testamur per eum, cuius redempti sanguine sumus, ut amodo nullus cum eisdem Iudeis in perfidie duritia permanentibus quodcumque commercium agere presumat. Quod si quilibet fidelium talia egerit, si maior potentiorque persona fuerit, tres auri libras fisco persolvat. Si quis quoque amplius ab illis acceperit, quam quod duas rei ipsius quantitates valere constiterit, quidquid supra emerit, triplum de sua facultate una cum pretio, quod dederit, fisci viribus profuturum amittat. De inferioribus vero personis si quis talia egerit, C verberibus vapulabit, et iuxta quod sue habitionis facultas exstiterit, ita et principis electione specialis damni iacturam excipiat. **XII, 2, 18.**

Erv.] III. TITULUS[1]: DE NOVELLIS LEGIBUS IUDEORUM, QUO ET VETERA CONFIRMANTUR, ET NOVA ADIECTA SUNT.

I. De commemoratione priscarum legum, que in Iudeorum transgressionibus promulgate sunt, atque de novella confirmatione earum.

XII, 2, 18. *l.* 5. christianus] christianorum *Mad.* || *l.* 8. apost. *deest V* 9. || *l.* 11. cetero vero Iudaei *Mad.* || *l.* 16. definire *Mad.* || *l.* 21. publico] *ita V* 9; *deest Mad.* || *l.* 25. egerit] elegerit *V* 20. ambitione] *ita V* 9; habitione *Mad.* || *l.* 27. numinis *V* 20. || *l.* 30. persona *deest V* 9. || *l.* 32. supra] superius *Mad.* || *l.* 35. habitionis] *ita codd.*; ambitionis *fortasse emendandum; cf. l.* 25.

TIT. III. *Lemma. Codd. E* 1. *V* 1. 5. 6. 8. — *l.* 37. III] IIII *E* 1.

Index capitulorum. Codd. E 1. *V* (5). 8. — *l.* 40. de novella] de *deest E* 1.

1) *Leges huius tituli ab Ervigio rege haud ita multum post regnum d.* 15. *m. Octobris a.* 680 *susceptum praeparatae et conceptae esse videntur. Rex enim d.* 9. *m. Ianuarii a.* 681

l. 2. a] de *E* 1. ‖ *l.* 3. Pasca] *ita atque ut supra scripsi, quamquam E* 1. V 1 *et plerique alii codices* Pascha *praebent. Similiter infra.* circumcisionem V. ‖ *l.* 4. dimoveant] dimoneant V 5; demoveant V 8; commoveant *Mad.* ‖ *l.* 5. ritus sui] *ita E* 1. V 8; suo ritu *Mad.* ‖ *l.* 6. diebus *deest E* 1. ‖ *l.* 7. cessent V 8. ‖ *l.* 9. sui *deest Mad.* ut *deest* V 8. *Mad.* ‖ *l.* 11. audeant — refugientes] conantes *Mad.* ‖ *l.* 12. a *deest E* 1. nostra refugientes] rea fugientes *E* 1. et ne] et *deest E* 1. *Mad.* ‖ *l.* 13. eos *deest Mad.* ‖ *l.* 14. muneris] munus *Mad.* contra Christi fidem] sibi patrocinari V 8. ‖ *l.* 20. conscribere V 5. 8. ‖ *l.* 21. sacramentorum *ita* V 8; Iudeorum *cett.* Iudeis] *ita* V 8; eis *cett.* ‖ *l.* 36. XVI. De christ. — eorum *des.* V 8. ‖ *l.* 26. quemque] *ita E* 1. V 8; quemquam *Mad.*

tomum suum proposuit concilio XII. Toletano, in quo legimus: Iudaeorum pestem, quae in novam semper recrudescit insaniam, radicitus extirpate. Leges quoque, quae in eorundem Iudaeorum perfidiam a nostra gloria noviter promulgatae sunt, omni examinationis probitate percurrite et tam eisdem legibus tenorem inconvulsum adicite, quam pro eorundem perfidorum excessibus complexas in unum sententias promulgate. *Concilium autem propositas sibi leges comprobavit et seriem rubricarum earum subsequentem in can. 9. recepit. Quae leges novae tertio die post concilium consummatum, sc. d. 27. m. Februarii, Iudaeis civitatis Toletanae, ut refert clausula titulo subiecta, pronuntiatae sunt, vigorem habiturae, ut effici videtur ex c. 12, inde a die kal. Febr. Postea receptae sunt in legum codice reviso, quem Ervigius sub fine anni primi regni sui edidit. Auctor huius tituli, haud dubie clericus, praeter leges antiquiores mundanas de Iudaeis editas etiam canones 59—64 concilii Toletani IV. ante oculos habuit.*

Erv.] XVIII. Ut Iudeorum servi necdum adhuc conversi, si ad Christi gratiam convolaverint, libertate donentur.

XVIIII. Ne Iudei administratorio usu sub ordine vilicorum atque actorum christianam familiam regere audeant; et de damnis eorum, qui his talia ordinanda iniunxerint.

XX. Ut Iudeus ex aliis provinciis vel territoriis ad regni nostri dicionem pertinentibus veniens episcopo loci vel sacerdoti se presentare non differat; vel quid huic in toto observare conveniat.

XXI. Qualiter concursus Iudeorum diebus institutis ad episcopum fieri debeat.

XXII. Ut quicumque Iudeum secum obsequentem habuerit, expetente sacerdote eum apud se retinere non audeat.

XXIII. Ut cura omnis distringendi Iudeos solis sacerdotibus debeatur.

XXIIII. De damnis sacerdotum vel iudicum, qui in Iudeos legum instituta adimplere distulerint.

XXV. Ne iudices quicquam de perfidorum excessibus extra sacerdotum conibentiam iudicare presumant.

XXVI. Ut episcopi tunc inmunes habeantur a damnis, cum eorum presbiteri ea, que ipsi non correxerunt, ad eos non remiserint corrigenda.

XXVII. De reservata principibus miserendi potestate in his, qui conversi ad fidem Christi veraciter fuerint.

XXVIII. Ut episcopi omnes Iudeis ad se pertinentibus libellum hunc de suis editum erroribus tradant, et ut professiones eorum vel conditiones in scriniis ecclesie condant.

Erv.] I. IN NOMINE DOMINI. **XII, 3, 1.**

FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

De commemoratione priscarum legum, que in Iudeorum transgressionibus promulgate sunt, atque de novella confirmatione earum.

Perfida Iudaici erroris sepe calliditas eo vehementius durescit in crimine, quod institutis contra se legibus nititur frequentius contraire. Et ideo, licet posituri tot tantisque eorum erroribus novitatis ordine leges, libet tamen illas primum a dominis et precessoribus nostris promulgatas in eorum transgressione constitutiones[1] intendere et ordinatim precedentium edicta retexere, ut ex hoc conlata cum veteribus nova et

l. 1. si *deest* *E* 1. *V* 8. ‖ *l.* 3. vilicorum] *ita* *E* 1; villicorum *cett.* christianam familiam] christiana mancipia *V* 8. ‖ *l.* 8. observari *V* 8. ‖ *l.* 9. in diebus *Mad.* ‖ *l.* 13. Iudeis instituta legum *E* 1. *l.* 15. quicquam] *ita* *E* 1. *V* 8; quicumque *Mad.* conibentia *V* 8. ‖ *l.* 17. episcopi] omnes *add.* *V* 8. *Pith.* tunc *deest* *Mad.* cum eorum] eorum quum *Mad.* presbiteri] pb̄ros *E* 1; pb̄ris *V* 8. ‖ *l.* 19. servata *V* 8. *Mad.* ad f. Chr. conversi *Mad.* ‖ *l.* 21. omnibus *Mad.* ‖ *l.* 22. ut] cui *E* 1. ‖ *l.* 23. condant] recondant *Mad.*; condantur *Pith.*

XII, 3, 1. *Codd.* *E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. (9. 10. 16. 20). — *l.* 24. IN N. DOM. *des.* *V* 1. 5. *l.* 25. FL. — REX *des.* *V* 5. GLOR. *deest* *V* 1. ‖ *l.* 28. Perfidiam *V* 8; Perfidia *V* 10. sepe] atque *V* 10. quod] *ita* *E* 1. *V* 6. 8; quo *cett.* ‖ *l.* 29. licet *deest* *Pith.* posituris pro tot *V* 8; posituri simus tot *Mad.*; posituri simus pro tot *V* 10. ‖ *l.* 31. praedecessoribus *Mad.* promulgatas] dictas promulgare et *Mad.* transgressionibus *V* 8; transgressionem *Mad.* intendere et] intenderet *E* 1; et *deest* *Mad.* ‖ *l.* 32. et ordinatim] et ordinatum *V* 8; ordinatimque nos *Mad.* edicta] edictum *V* 8; oportet *add.* *Mad.* et vetera *des.* *Mad.*

1) *Tit.* 2. *huius libri.*

XII, 3, 1. *Erv.*] vetera in his, que decenter sunt edita, confirmentur, ut condecet, et nova sic ordinentur, ne preterita citra rationem videantur confundere, quo uniformis membri conpago, ex utrisque legibus ordinata, clara hic iustitie manifestatione eluceat. Sicque quid in preteritis legibus confirmatione sit dignum, quidve novitatis edicto inconvulsibile censeatur, eo luce clarius pateat, quo conplexa hic ex utrisque veritas extiterit declarata. Et ideo in eisdem precedentium legum statutis reperimus legem[1], que de omnium heresum erroribus abdicandis promulgata consistit; in qua lege id adiciendum emendandumque evidens ratio persuasit, ut, si cuiuslibet heresis permotus quisque insania contempserit ipsius legis in aliquo instituta, cuiuscumque sit generis ordinisve persona, si publica perversum dogma defensione vindicare voluerit, sub arduo erit penitentie exilio religandus, eius quoque bona in principis potestate consistant; qualiter, si ipse perversi erroris sectator corrigi usquequaque destiterit, et ille ab exilii nullo modo revocetur erumna, et res eius, cui eas princeps conferre voluerit, inconvulse deserviant. Ceterum si quis, ignorantie precipitio deditus, cuiuslibet erroris sectam aut corde tenuerit aut verbis vindicare voluerit vel factis quibuslibet ostenderit, ad episcopum loci vel quemlibet sacerdotem se instruendum remittat, qualiter ab eo una cum consensu metropolitani formulam recte institutionis accipiat. Iam vero, si ab his hereticus quisquis ille commonitus vel instructus se distulerit corrigi, superioris sententie iacturam ordine superius adnotato sustineat; id est, que in illis est lata, qui publica defensione adversam nostre fidei vindicaverint sectam[2]. Denique ab hinc speciales relature sunt leges, que in Iudeorum sunt transgressionibus posite, id est de[3] datis et confirmatis legibus supra Iudeorum nequitiam promulgatis, sive de[4] cunctis Iudeorum erroribus generaliter extirpandis, et ne[5] Iudei more suo celebrent Pasca, neque[6] ut more suo fedus nuptiale copulare presumant, et ut[7] carnis circumcisiones non faciant, neque[8] more suo iudicent escas, ac ne[9] questione christianos inscribant, neque[10] contra christianos testificentur, et ne[11] Iudeus christianum mancipium circumcidat; de[12] mancipiis quoque christianis, que a Iudeis vendita aut

XII, 3, 1. *l.* 1. decenter] dicentes *E* 1; dicente *V* 6; recenter *Pith.* et nova] similiter et nova *Mad.* ‖ *l.* 2. sic] hic *V* 10. ne] nec *E* 1. ratione *V* 1. 6. 8. evideantur *E* 1. quo] *ita E* 1. *V* 5; quod *V* 1. 6. 8; et *Mad.* ‖ *l.* 3. ex utrisque] utraque *Mad.* Sicque] Si *V* 6. 9. 20. *Pith.* ‖ *l.* 4. quid] quod *V* 1. 6. 8. 9. 20. *Pith.* edictu *E* 1. *Pith.* ‖ *l.* 7. abdicandis] abdicatis *Mad.* consistit] *ita E* 1. *V* 1. 5. 6. 8. 9. 10. 16. *Pith.*; confulsit *Mad.* qua] quali *E* 1. ‖ *l.* 8. emendandumque] et emendandum *V* 1. 6. evidens] quotquot evidens *V* 1; quoque evidens *V* 8; quicquid evidens *V* 6. hereses *E* 1. *l.* 9. ordinisvae *E* 1; ordine seu *V* 8; *deest Mad.* ‖ *l.* 10. persona] prosapia *V* 10. dogma] dogmatum *V* 1. 8. sub ardua erit poena religandus *Mad.* ‖ *l.* 11. eius quoque] eiusque *Mad.* ‖ *l.* 12. qualiter] et *Mad.* corrigere *Pith. Mad.* ‖ *l.* 13. exilii — erumna] exilio — revocetur. Nam *Mad.* ‖ *l.* 14. precipitatio *V* 6; precipitationi *V* 10; cecitati *Mad.* ‖ *l.* 15. aut corde] ex corde *Mad.* aut verbis] et verbis *Mad.* vindicare] iudicare *V* 20. ‖ *l.* 16. vel ad quemlibet *Mad.* instruendum] instituendum *V* 10. remittat] ac quae sancta sunt praebeat *add. Mad.* ‖ *l.* 18. corrigi] corrigendum *Mad.* *l.* 19. superioris] superiori *E* 1. adnotatam *V* 1; adnotata *V* 8. id est que] *ita V* 5. 8. *Mad.*; idque *E* 1. *V* 6. *Pith.*; idemque *V* 1. in illis] illis *Mad.* ‖ *l.* 20. latum *V* 6. *Pith.* in publica *Mad.* vindicaverint] iudicaverint *Pith.* ‖ *l.* 21. speciales] specialis *V* 1; specialiter *Mad.* relature sunt] latae sint *V* 10; relaxatae sint *Mad.* ‖ *l.* 22. datis] latis *V* 5. ‖ *l.* 23. generaliter extirpandis et] amputandis. Ita vero *Mad.* ‖ *l.* 24. ut more] ut *deest Mad.* ‖ *l.* 25. circumcisionis *V* 1; circumcisionem *Mad.* iudicent] *ita E* 1. *V* 8. *Pith.*; diiudicent *cett.* ac ne questione] nec contra *Mad.* ‖ *l.* 26. testificentur] testificari praesumant *Mad.* ‖ *l.* 27. de man. q. christianis] Mancipia quoque christiana *Mad.* aut vendita *Mad.*

1) *XII*, 2, 2. 2) *XII*, 2, 15. 3) *XII*, 2, 3. 4) *XII*, 2, 4. 5) *XII*, 2, 5. 6) *XII*, 2, 6. 7) *XII*, 2, 7. 8) *XII*, 2, 8. 9) *XII*, 2, 9. 10) *XII*, 2, 10. 11) *XII*, 2, 12. 12) *XII*, 2, 13.

Erv.] libertati tradita esse noscuntur, qualiter statum libertatis obtineant, et ut[1] nullo **XII, 3, 1.** modo Iudeis mancipia deserviant christiana; de[2] interdicto quoque omnibus christianis, quo prohibetur, ne quis Iudeum quacumque factione atque favore vindicare vel tueri pertemptet, atque de[3] Iudaizantibus christianis. Harum igitur fortissimarum legum sententias in predictorum Iudeorum perfidiam promulgatas, exceptis duobus subter adnexis capitulis ceterisque aliis, que contraria inveniuntur et iustitie regulis et his institutionibus nostris, omnia, ut dictum est, iugi temporum eternitate valitura censemus et inrevocabili gloriose serenitatis nostre oraculo confirmamus atque in tantum eis consultum valetudinis robore celebriori porrigimus, in quantum nil repugnans habuerint cum his, que novitatis nostre nunc sententia definimus. Nam in quibusdam ipsis legibus, quod nobis inconveniens videtur atque contrarium, et duo interim inter cetera repugnantia rationi vel institutioni nostre capitula continet; que, licet tempta usque hactenus nullo modo tradantur, nullius tamen vigoris deinceps valetudinem retinebunt. Illa siquidem in his sententiis prima est, per quam Iudeis datur execranda licentia manumittendi christiana mancipia[4]. Secundum sane capitulum non solum reprehensibile nobis videtur, sed impium, ubi totius universitas culpe ad unius redigitur damnationem vindicte[5]. Nam quedam leges sicut culparum habent diversitates, non ita discretas in se retinent ultiones, sed permixta scelera transgressorum ad unius remittuntur legis penale iudicium; nec secundum modum culpe modus est adhibitus pene, cum maior minorque transgressio unius non debeat multationis predamnari supplicio; presertim cum Dominus in lege sua precipiat: 'Pro[6] mensura peccati erit et plagarum modus'. Unde lex ipsa, que inscribitur De[7] pena, qua perimenda sit transgressio Iudeorum, quia Deus mortem non vult[8] 'nec[9] letatur in perditione vivorum', pro eo, quod in se peremptionis continet morientium[10], in nullo vere valetudinis retinebit statum. Proinde iam nunc ad obterendum malitie caput, ad necandum

XII, 3, 1. *l.* 1. esse noscuntur tradita *Mad.* qualiter *deest Mad.* obtineant] absque dubio obtineant *Mad.* || *l.* 2. christiana deserviant *Mad.* quoque] quo *Mad.* || *l.* 3. quo *deest Mad.* prohibetur] inhibetur *Mad.* quis] *ita V* 1. 8; quisque *E* 1. *Pith.;* quisquam *Mad.* quacumque] quemcumque *Mad.* favore] labore *V* 9. 16. 20. vendicare *V* 1. vel tueri pertemptet] studeat vel tueri *Mad.* tuere *V* 1. 8. || *l.* 4. de Iudaizantibus christianis] iudaizantes christianos praesumat celare *Mad.* || *l.* 5. sententia *E* 1. *Pith.* promulgata *Pith.* || *l.* 6. adnixis *E* 1. *V* 8; adiunctis *V* 16. et his iustitiae *Pith.* his] *ita E* 1. *V* 8; *deest cett.* || *l.* 8. glorioso *E* 1. || *l.* 9. repugnans] repugnantie *V* 1. 6. *Mad.* habuerunt *E* 1. || *l.* 10. nunc *deest Pith.* sententie *V* 1. 8. diffinimus *V* 1. || *l.* 11. et duo] *ita E* 1. *V* 6; hec de suo *V* 1; hec duo *cett.* || *l.* 12. continet] *ita E* 1. *V* 6; continentur *cett.* que licet tempta usque] Quaelibet decretum *Mad.* temptata *V* 1. || *l.* 13. tradantur] *ita V* 1; *deest E* 1. *V* 6. *Pith.;* credita *V* 8; credantur *V* 5. nullius — valetudinem] nullumque vigorem d. valetudinis *Mad.* || *l.* 14. si quidem] *ita E* 1. *V* 8; quidem *cett.* execranda] exercenda *V* 10. 16. 20. || *l.* 15. manumitti *V* 8. *Pith.* sane] namque *Mad.* reprehensibile — damnationem] culpae ad unius redigitur damnationem sed *Mad.* *l.* 17. legis *E* 1. || *l.* 18. in se *des. Mad.* || *l.* 19. remittuntur] permittitur *E* 1; permittuntur *Pith.;* remittitur *V* 8; revertitur *V* 6. nec] ne *Mad.* modus — cum] habeant poenam quum *Mad.* || *l.* 21. sua *deest Mad.* || *l.* 22. que *deest Mad.* || *l.* 23. Deus] Dominus *V* 9. 16. || *l.* 24. peremptionis] *ita E* 1. *V* 5; peremptionem *Pith.;* interemptionis terminum *V* 8; intentionem *V* 1; pro redemptione *V* 16; per redemptionem *Mad.* morientium] *ita V* 8. 10; morientum *V* 1; motum *V* 5; morti *E* 1; mortis *V* 6. *Pith.;* mortuum *Mad.* vere — statum] se cupit ulcisci vindicte in quo respicit compunctio mentis future *V* 8. || *l.* 25. obterendum] *ita V* 9. 16; operiendum *E* 1; adterendum *V* 6; conterendum *V* 1. 5. 8. necandum] denegandum *E* 1.

1) *XII,* 2, 14. 2) *XII,* 2, 15. 3) *XII,* 2, 16. 4) *Cf. XII,* 2, 13. 14. 5) *XII,* 2, 11. 6) *Deut.* 25, 2. 7) *XII,* 2, 11. 8) *Cf. Sap.* 1, 13*; Ezech.* 18, 23. 32. 9) *Sap.* 1, 13. 10) *Cf. Ezech.* 18, 32*:* Nolo mortem morientis, dicit Dominus.

XII, 3, 1. *Erv.*] infidelitatis commentum, ad perimendum profanationis elogium alacri intentione procuram, nisu valide oppugnationis obsistam, fortia in perfidis preceptionum tela obiciam.

XII, 3, 2. *Erv.*] II. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

De blasphematoribus sancte Trinitatis.

Sicut veritas sacri evangelii predicat, prolatum in fratre contumelii verbum iudicio reum adsignat[1]. Quanto magis peccantem in Spiritu sancto divine animadversionis sententia damnat? quod inremissibile et hic et in futuro Salvator ipse denunciat[2]. Et ideo, si quis Christi, filii Dei, blasphemaverit nomen eiusque sacrum corpus et sanguinem aut contempserit sumendum percipere aut perceptum visus fuerit reiecisse, vel quamlibet iniuriarum blasphemiam in sanctam dixerit Trinitatem, id est in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, tunc instantia sacerdotis vel iudicis, in cuius civitate, castra vel territorio hoc malum exortum fuerit, blasphemator ipse centenis decalvatus flagellis subiaceat et ardua in vinculis constitutus perpetui exilii conteretur erumna. Res tamen eius in potestate principis redacte manebunt, qualiter in iure eorum, cui eas potestas conferre elegerit regia, inconvulse persistant.

XII, 3, 3. *Erv.*] III. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Ne Iudei aut se aut suos filios vel famulos a baptismi gratia subtrahant.

Cum veritas ipsa petere, querere et pulsare nos doceat[3], premonens, quod 'regnum[4] celorum violenti diripiant', in nullo est dubium, quod ille indulte gratie munus abhorreat, qui ad eam accedere ardenti animo non festinet. Proinde si quis Iudeorum, de his scilicet, qui adhuc nondum sunt baptizati, aut se baptizare distulerint, aut filios suos vel famulos nullo modo ad sacerdotem baptizandos remiserit, vel se suosque de baptismo subtraxerit, et vel unius anni spatium post legem hanc editam

XII, 3, 1. *l.* 1. commentum] commercium *V* 9. 16. perimendum] comprimendum *V* 8. elogium] eloquium *V* 1. 8. ‖ *l.* 2. procuram — obiciam] consurgere toto procuremus nisu ut valde eorum obpugnacionibus obsistendo fortialiter superemus eorumque tela triumphaliter obiciamus *V* 8. procuram] procurrimus *Mad.* obsistimus *Mad.* ‖ *l.* 3. obiicimus *Mad.*

XII, 3, 2. *Codd. E* 1. *V* 1. (5). 6. 8. (9. 10. 16. 20). — *l.* 4. FL. — REX *des. V* 1. *Pith. Mad.* GLOR. *deest V* 5. 6. 10. ‖ *l.* 5. blasfem- *pro* blasphem- *hic et infra V* 6. ‖ *l.* 6. Sicut] Si *Mad.* veritas] pia veritas *V* 1. 6. 8; *deest V* 16. 20. *Mad.* sacri evangelii textu *V* 16; in sacro evangelio *V* 20; in sacri evangelii *Mad.* predicat] praedicatione dominus *Mad.* prolatum] promulgatum *V* 1 *et e corr. V* 6. fratre] *ita E* 1. *V* 1. 8; fratrem *cett.* contumeliae *Pith.* ‖ *l.* 7. Spiritu sancto] *ita E* 1. *V* 1. 8; Spiritum sanctum *cett.* ‖ *l.* 8. et hic] hic *Pith.* ‖ *l.* 10. aut *deest Mad.* percipere] accipere *V* 6. *l.* 13. civitatis *V* 6. castra] *ita E* 1. *V* 1; *deest Mad.*; castro *cett.* territurio *E* 1. ipse *deest Mad. l.* 14. decalvatus flagellis subiaceat et] flagellis suscipiat et subiaceat et decalvatus turpiter *V* 1; flagellis subiaceat et decalvatus turpiter *V* 6. 8. perpetui *deest Mad.* exsilio perpetuo *V* 9. ‖ *l.* 15. conteratur *V* 8. *Mad.* potestate] *ita E* 1. *V* 1. 8; potestatem *cett.* ‖ *l.* 16. potestas regia conf. eleg. *V* 8. regia *deest Pith.* persistant] permaneant *Pith.*; existant *Mad.*

XII, 3, 3. *Codd. E* 1. *V* 1. (5). 6. 8. (9. 10. 16. 17). — *l.* 17. FL. — REX *des. V* 1. *Pith.* GLOR. *deest V* 6. ‖ *l.* 18. vel] aut *Pith. Mad.* a b. gratia] b. gratiae *Pith.* ‖ *l.* 19. edoceat *Mad. l.* 20. diripiunt *V* 10. ‖ *l.* 21. munus hoc *V* 1. 8. accedere] procedere *Pith.* animo] hic *add. V* 6. 8. festinet] *ita E* 1. *V* 6; festinat *cett.* ‖ *l.* 22. adhuc *deest Pith.* nondum] necdum *V* 1. 8; nedum *V* 6. sunt *deest V* 1. 6. 8. se] si *V* 1. distulerit *V* 8. *Pith.* ‖ *l.* 23. sacerdote *V* 6. baptizando *E* 1. *V* 6. remiserit] *ita E* 1. *V* 1. 8; remiserint *cett.* vel se suosque de] vel servos quod *V* 6; quos de *Mad. l.* 24. subtraxerit] reduxerint *Mad.* spatii *V* 1. 8; spatio *V* 9.

1) *Cf. Matth.* 5, 22. 2) *Cf. Matth.* 12, 31. 32. 3) *Cf. Matth.* 7, 7. *Luc.* 11, 9. 4) *Matth.* 11, 12.

Erv.] quispiam illorum sine gratia baptismi transierit, horum omnium transgressor, quisquis ille repertus extiterit, et centum flagella decalvatus suscipiat et debita multetur exilii pena. Res tamen eius ad principis potestatem pertineant; qualiter, si incorrigibilem durior eum ostenderit vita, perpetua in eius, cui eas princeps largiri voluerit, potestate persistant. **XII, 3, 3.**

Erv.] IIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 4.**

Ne Iudei more suo celebrent Pasca vel carnis circumcisiones exerceant ac ne christianum quemquam a fide Christi dimoveant.

Si obstinata Iudeorum perfidia non tam figuris quam veritati observantiam legis inpenderet, nunquam glorie Dominum crucifixissent. Pasca[1] enim nostrum immolatus est Christus. Et si cordis nobis circumcisione gauderet, adumbratam illam corporis expoliationem nullo modo in carne exprimeret, propheta dicente: 'Circumcidimini[2] Domino et auferte preputia cordium vestrorum'. Unde nos, non tam figuris pretereuntibus inherentes, sed veritatis promissionibus certiores, id omnino observandum precipimus: ut si quis Iudeorum ritu suo Pasca celebraverit, centenis verberatus flagellis et turpiter decalvatus exilio diutino mancipetur, et res eius fisco adsociande sunt. Illis vero, qui carnis circumcisiones in Iudeis vel christianis exercere presumpserint, quisquis hec aut intulerit alteri aut fieri ab altero permiserit sibi, veretri ex toto amputatione plectetur, et res eius fisci viribus sociande sunt. Mulieres tamen, que aut circumcisiones exercere presumpserint aut circumcidendos quosque cuilibet circumcisori obtulerint, naribus abscisis et rebus omnibus in principis potestate redactis, lugebunt facinus sue presumptionis. Simili quoque et illi pena plectendi sunt, qui christianum vel christianam a fide dimoverint Christi vel ad ritum Iudaice prevaricationis adduxerint.

Erv.] V. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 5.**

Ne Iudei sabbata ceterasque festivitates ritus sui celebrare presumant.

Figuris pretereuntibus quempiam operum indesinenter exhibitiones inpendere

XII, 3, 3. *l.* 1. baptismatis *Pith.* transierit] transegerit *Mad.* || *l.* 2. extiterit] fuerit *Pith.* et C] et *deest Mad.* decalvatus suscipiat] *ita E* 1. *Pith.;* suscipiat et decalvatus turpiter *V* 1. 6. 8; *et omisso* turpiter *Mad.* || *l.* 3. ad principis potestatem pertineant] *ita E* 1. *V* 1. 5. 6. 8. 10; principalis potestas retineat *V* 16; in principis potestate permaneant *Mad.* || *l.* 4. durior] *ita E* 1. *V* 5. 6. *Pith.;* et duriorem *V* 1. 8; durioremque *Mad.;* dierum *V* 16. vita] longitudo *V* 16. perpetua] dampnata *V* 10. eas princeps] principalis potestas *V* 16. largiri *deest V* 6. || *l.* 5. persistant] persistat *V* 6; permaneant *V* 17. *Pith.*

XII, 3, 4. *Codd. E* 1. *V* 1. (5). 6. 8. (9. 20). — *l.* 6. GLOR. *deest E* 1. || *l.* 7. circumcisionis *V* 8; circumcisionem *V* 1. 6. *Pith. Mad.* || *l.* 8. quemquam] *ita E* 1; quemque *V* 1. 6; queque *V* 8; quemcumque *Mad.* dimovent *E* 1; demoveant *V* 1. 6. 8; dimoneant *V* 5. || *l.* 9. veritatis *V* 1. 8. *l.* 10. crucifixisset *Pith.* || *l.* 11. circumcisionis *V* 1. 8. || *l.* 12. carnem *V* 1. 6. 8. prophetam dicentem *V* 1. 6. 8. || *l.* 13. preputium *V* 1. 5. 8. || *l.* 14. omnino] omnimode *V* 1. 8; omnimodi *V* 6. *l.* 15. si quis] quisquis *E* 1. ritui *V* 1. 8. centenis] is *add. Mad.* || *l.* 16. adsociantur *V* 1. || *l.* 17. Illis *E* 1; Ille *V* 1. 6. circumcisionis *V* 6. 8. in Iudeis] in *deest Mad.* presumpserint] presumpserit *V* 1. 8; praeceperit *Mad.* || *l.* 18. hec aut] talia *Mad.* alteri *deest Mad.* sibi *deest Mad.* || *l.* 19. plectabitur *V* 6. 8. socientur *V* 1. || *l.* 20. quosque] quisque *Pith.* || *l.* 21. et] ut *E* 1. potestate *V* 6. *l.* 22. lugeant *Mad.* || *l.* 23. dim. Christi] Dei *V* 6. ritum] aditum *V* 9. 20.

XII, 3, 5. *Codd. E* 1. *V* 1. (5). 6. 8. (9. 10. 16. 17. 20). — *l.* 25. GLOR. *deest V* 1. 5. 6. 10. 16. 17. 20. || *l.* 26. ritus sui] *ita V* 6; ritu sui *E* 1. *V* 1. 8; ritu suo *Pith.;* suo ritu *Mad.* || *l.* 27. pretereuntibus] preeuntibus *E* 1. *V* 9. 10. 16. 20. *Pith.*

1) 1. *Cor.* 5, 7. 2) *Ierem.* 4, 4.

XII, 3, 5. *Erv.*] quid est aliud, quam veritatis amatorem non esse? Unde reprobabile id Dominus per prophetam insinuans ait: 'Neomenia[1] et sabbata et solemnitates vestras odivit anima mea'. Ob hoc nobis, quibus apostolico preceptum est ore, ut potius in novitate spiritus quam in vetustate littere ambulemus[2], id infidelibus fideli intentione precepimus, ut si quis Iudeorum neomenias seu festivitates tabernaculorum vel sabbata, ferias quoque vel ceterarum festivitatum solemnitates ritus sui more peregerit vel celebrare presumpserit, et centenis decalvatus flagellis subiaceat et exilii debita multetur erumna. Bona quoque eius ad principem redeant; qualiter ea aut perfecte converso illi aliquando restituat, aut eo in malis perdurante aliis, quibus fas fuerit, servitura concedat.

XII, 3, 6. *Erv.*] VI. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Ut omnis Iudeus diebus dominicis et in prenotatis festivitatibus ab opere cesset.

In nullo est dubium, illum manifeste fidei catholice adversari, qui reverentiam diebus dominicis non inpendit. Unde negatores vel disturbatores fidei nostre iustissime insequentes id religiosa sanctione iubemus, ut sive sit Iudeus sive Iudea quodlibet opus rurale diebus dominicis exercens vel laneficia faciens seu quascumque operationes in domibus, agris vel ceteris talibus agens, extra quam nobilium honesta christianorum consuetudo permittit, presumtor huius rei decalvatus verberibus centenis subiaceat. Quod si forsitan servi eorum vel ancille in his et talibus diebus reppeiantur supradictis laboribus occupati, tunc et ipsi simili sunt sententia feriendi; domini tamen eorum, si servos suos permiserint talia agere, C solidos auri fisco conpellendi sunt reddere. Dies tamen ipsi, qui ab isdem Iudeis sollicita devotione sunt observandi, hii sunt: id est festum virginis sancte Marie, quo gloriosa conceptio eiusdem genitricis Domini celebratur, item natalis Christi vel circumcisionis sive apparitionis sue dies, Pasca quoque sanctum vel dies sacratissimi octavarum, inventionis quoque crucis dominice festum necnon et ascensionis dominice diem vel

XII, 3, 5. *l.* 1. quam] *ita E* 1. *V* 1. 5. 6. 8. 10; nisi *Mad.* amatorem] *ita E* 1. *V* 1. 6. 8. *Pith.*; amatores *Mad.* ‖ *l.* 2. Neomenia] *ita E* 1. *V* 1. 6. 8. 9; Neomenias *cett.* et sabb.] et *deest E* 1. *Pith.* ‖ *l.* 3. nobis] nos *Mad.* apostolico p. est ore] ab apostolo p. est *Mad.* apostolice *V* 1. ‖ *l.* 4. infidelibus] infides *E* 1; infidelis *V* 6; infidi *V* 8. ‖ *l.* 5. neomenia *V* 9. ‖ *l.* 6. ferias — peregerit vel *des. V* 6. ritus sui] et ritus suo *Pith.* peregerint *Mad.* ‖ *l.* 7. praesumpserint *V* 6. *Mad.* et *deest Mad.* decalvatus fl. subiaceat et] flagellis subiaceant et decalvati *Mad.* exilii] exibi *E* 1; penam *add. V* 6. debita multetur] debilitentur *Mad.* ‖ *l.* 8. Bona quoque eius] eorumque bona *Mad.* ad principem redeant] ad principis redeant iura *V* 8. perfecto *V* 1. 6. ‖ *l.* 9. converso illo] illis conversis *Mad.* eo] eos *E* 1; ea *Mad.* perdurantibus *Mad.* quibus] ut *Mad.* fuerit] est *Pith.*

XII, 3, 6. *Codd. E* 1. *V* 1. 5. 6. 8. (9. 10. 16. 17. 19. 20). — *l.* 11. GLOR. *deest V* 5. 6. 10. 17. *l.* 13. cesset] gesset *E* 1; cessent *V* 1. 8. ‖ *l.* 15. disturbatores] distirpatores *V* 6; destitutores *Mad.* nostre] in se *E* 1. ‖ *l.* 17. rurale] ruraliter *Pith.*; *deest V* 9. 16. 20; in natali Domini vel in omnibus sanctissimis solemnitatibus seu *add. V* 9. 16. 20. *Mad.* laneficia] *ita E* 1. *V* 6; lanificia *cett.* ‖ *l.* 18. in domibus agris vel ceteris talibus] vel caetera talia *Mad.* ‖ *l.* 19. huius] talis *Mad.* decalvatus *post* subiaceat *praebet Mad.* ‖ *l.* 20. forsitan *deest Mad.* his et *des. Mad.* ‖ *l.* 21. laboribus] vel operibus *add. V* 1. 8. ‖ *l.* 23. conpelluntur *Mad.* qui ab] quia *E* 1; qui *V* 8. ‖ *l.* 24. festum] festivitatum *V* 1; festivitatem *V* 8. conceptio] celebratio *V* 1; concaelebratio *V* 8; contempcio *V* 6. conc. *post* Domini *praebet Mad.* ‖ *l.* 25. sive] eius sive etiam *Mad.* sive apparitionis] vel apparationis *Pith.* *l.* 26. sue] sui *V* 1. 8; *deest Mad.* Pasca quoque sanctum] quoque paschae *Mad.* sacratissimi] sanctissimi *Mad.* ‖ *l.* 27. crucis] sanctae crucis *Pith.* necnon *deest V* 1. diem vel pentecostem *Pith.*; dies vel pentecostes *Mad.*

1) *Isai.* 1, 13. 14. 2) *Cf. Rom.* 6, 4; 7, 6.

Erv.] Pentecosten seu etiam concurrentes per totum annum dies dominicos, religiosa Christi fide venerabiles dies. **XII, 3, 6.**

Erv.] VII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 7.**

Ne Iudei more suo diiudicent escas.

Illud[1] sane, quod Iudeorum detestabilis conversatio, Iudaica superstitione pollutior, mundas ab inmundis diiudicans escas, aliud adsumit, aliud reicit, in quocumque huius observantie inventus fuerit error, id est, ut aliter id faciat, quam honesta christiani moris est consuetudo, tunc iudicis instantia, in cuius territorio actum extiterit, turpiter decalvetur et centenis verberibus feriatur. Huius sane legis omnimoda preceptionis integritas, sicut de escis, ita et de poculis observanda est; scilicet ut superioris iacture supplicium simili quoque ordine et illi, qui a christianis poculis se abstinere presumpserint, patiantur. De escis tamen, id est de porcinis tantum carnibus, id discreta nec remissa pietate decernimus, ut quicumque ex illis de suillis forsan carnibus vesci penitus abhorrescunt, si forte natura id fastidiante refugiunt, et non more illo perversitatis hoc ipsum diiudicantes contemnunt, presertim si in ceteris operibus christianis similes habeantur, et christianitatis ab eis non defuerit votum atque omnimode operationis studium, tunc hii tales, qui fideles in reliquis conversationibus approbantur, pro hac sola reiectione suillarum carnium ad iacturam legis superius conprehensam teneri non poterunt. Quia valde videtur equitati contrarium, ut quos manifesta operum Christi nobilitat fides, pro sola reiectione unius cibi teneantur notabiles.

Erv.] VIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 8.**

Ne Iudei ex propinquitate sui sanguinis conubia ducant, et ut sine benedictione sacerdotis nubere non audeant.

Nulli[2] Iudeorum in utroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris sue atque etiam virorum iuxta legem, que in christianis est lata[3], usque ad sexti generis gradum conubia ducere vel incesti maculam operari. Huius igitur fede

XII, 3, 6. *l.* 1. percurrentes *V* 10. per *deest* *E* 1. toto anno *Pith.* dominicos] dominici et *Mad.* || *l.* 2. dies *deest* *Pith.*

XII, 3, 7. *Codd.* *E* 1. *V* 1. 5. 6. 8. 10. (17). — *l.* 3. FL. — REX *des.* *V* 1. || *l.* 5. detestabilis] detestatur *Mad.* supprestitione *E* 1. || *l.* 6. diiudicans] diiudicant *V* 1. 6. 8; iudicans *E* 1. in quocumque] in quacumque *V* 6. *Pith.;* Quocumque in *Mad.* || *l.* 7. observantia *Pith.;* observacionem *V* 6. errore *Mad.* || *l.* 8. territurio *E* 1. || *l.* 10. omnimode *Mad.* poculis — christianis *des.* *V* 6. || *l.* 11. ut] cum *V* 1. 8. supplicium] supplicio *V* 1; supplicium perferat *Pith.* illi] illis *E* 1. a *deest* *V* 1. christianorum *Mad.* || *l.* 12. id est *des.* *V* 6; id est de *des.* *Mad.* || *l.* 13. ex illi *E* 1. || *l.* 14. de suillis forsan *des.* *Mad.* forsan] forsitan *V* 1. 6. 8. aborrescant *V* 1; aborrescunt *V* 6. 8. id *deest* *Pith.* fastidiente *Pith.* *Mad.* || *l.* 15. refugiant *V* 1. 8; fugiunt *Mad.* contemnant *V* 1. || *l.* 16. simili *E* 1. eis] eisdem *E* 1. || *l.* 17. omnimode] omnimoda *V* 1. 8; *deest* *Mad.* operationis] opera ab eis non defuerint actionis *V* 1. 8. studio *V* 1. 6. || *l.* 18. suillarum] silvarum *V* 1. 6. || *l.* 19. legis] ingnis *E* 1. poterint *V* 1. 8. valde *deest* *Mad.* || *l.* 21. reiectione] refectione *E* 1. cibi] tantum *add.* *V* 6; ad poenam *add.* *Mad.*

XII, 3, 8. *Codd.* *E* 1. *V* 1. 5. 6. 8. (9). 10. (16. 17. 20). — *l.* 23. ut *deest* *Mad.* || *l.* 24. audent *E* 1. || *l.* 25. vel uxoris sue] vel uxoris sui *E* 1; in uxorum *V* 1. 8. || *l.* 27. sexti] *ita* *E* 1. *V* 8. 10; sextum *cett.* incesti] incerti *E* 1; incestum *V* 6. *Pith.* macula *E* 1. *V* 6. 8. *Pith.* operare *V* 6. 8. fede] (= foedae) fidem *V* 6; federe *V* 1. 6.

1) *Cf.* *XII,* 2, 8. 2) *Cf.* *XII,* 2, 6. 3) *III,* 5, 1.

XII, 3, 8. *Erv.*] permixtionis inlecebra tali multabitur pena, ut separati ab invicem et centena publice decalvati flagella suscipiant et exilio relegati sub penitentia maneant, eorumque bona ad filios, quos de precedenti coniugio habuerint, redeant; si tamen et ipsos aut in nullo Iudaice prevaricationis maculaverit noxa, aut nulla incestive nationis sordidaverit macula. Quod si aut nullos habuerint filios, aut habitos, ut dictum est, vel Iudaicus involverit error, vel incesti fedaverit natio, tunc facultas predictorum omnimoda in principis potestate consistat, qualiter principali discretione res ipsa aut in christianis eorum heredibus concessa permaneat, aut si heredes huiusmodi dignitatis defuerint, fisco nostro sociata deserviat. Illud tamen modis omnibus observandum fore precipimus, ut, si quis Iudeus sive Iudea noviter nuptiale festum celebrare voluerint, non aliter quam cum premisso dotis titulo, quod in christianis salubri institutione preceptum est[1], vel sacerdotali benedictione intra sinum sancte ecclesie percepta coniugium cuiquam ex his adire permittimus. Quod si vel sine benedictione sacerdotis quisquam Hebreorum noviter coniugium duxerit vel sollemnitatem legis pro dotali titulo in quocumque transcenderit, aut C principi solidos coactus exsolvat, aut C publice verberatus flagella suscipiat. Hec scilicet damna vel verbera singulatim unusquisque percipiat, videlicet tam ille, qui nupsit, quam ea, que nupta est, vel etiam parentes eorum, unusquisque pro se iacturam legis huius suscipiat.

XII, 3, 9. *Erv.*] VIIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Ne Iudei religioni nostre insultantes sectam suam defendere audeant, ac ne a fide nostra refugientes alibi se transducant, et ne quislibet refugientes eos suscipiat.

Iam sane, si quis Iudeorum palam vel occulte religioni christiane insultare presumpserit, si quis etiam christianam fidem verbis subvertere aut secte sue nisus fuerit defendere vanitatem, nec non quisquis disciplinam fidei christiane refugiens aut in terram nostri regiminis se occultandum iniecerit, aut in aliis partibus se latitandum transduxerit, si quis etiam huiusmodi transgressoribus latibulum in quocumque prebuerit aut eius fuge conscius fuerit, cunctorum omnium capitulorum quisquis ille

XII. 3. 8. *l.* 1. inlecebra multabitur] illecebre m. *V* 1: pervasores multantur *Mad.* separati] et separati *V* 6; superati *E* 1. et centena — exilio] centena flagella suscipiat et decalvati exsilioque *Mad.* || *l.* 2. in exilio *V* 1. 8. penitentia] poena *Mad.* || *l.* 3. precedenti] presenti *V* 9. 16. 20. *l.* 4. aut in nullo] in nullo *V* 6; in nullis *Mad.* aut nulla] et nulla *Mad.* incestive] incestiva *V* 1. 8; incesti *Pith.* *l.* 5. non aut nullos *V* 1. 8. habuerit *Pith.* aut habitos] *ita E* 1; aut avios *V* 6; aut animos *Pith.*; baptizatos *V* 1. 8. *l.* 6. vel Iudaicus] *ita E* 1; Iudaicus *Mad.*; sed quibus adhuc Iudaicus *V* 1. 5. 8. incesti] incesta *V* 8; incestiva *V* 10. || *l.* 7. omnimoda] omnimode *Mad.*; omnium *V* 10. qualiter — deserviat *des. Mad.* || *l.* 8. concessa] conversis *V* 1. 6; conversi *V* 8. || *l.* 9. deserviant *V* 1. 6. || *l.* 10. fore *deest Mad.* noviter renati *Mad.* festum] fedus *V* 1. 8; fedū *V* 6. *l.* 11. premisso] promissa *E* 1. *V* 6. 8. quod] quo *E* 1. || *l.* 13. coniugum *Pith.* cuiquam] cuipiam *Mad.* vel] certe *Mad.* || *l.* 14. quisquam] quisque *Pith.* || *l.* 15. aut C] post renovationem baptismatis C *Mad.* || *l.* 16. verberatus *deest Mad.* || *l.* 18. huius *deest Mad.* suscipiet *E* 1.

XII, 3, 9. *Codd. E* 1. *V* 1. 5. 6. 8. (10. 17). — *l.* 20. audeant — alibi] conantes alibi *Mad.* *l.* 21. nostra *deest E* 1. *V* 5. fugientes *V* 1. *Pith.* et ne] et *deest Mad.* quislibet] *ita E* 1. *V* 6. 8; quilibet *cett.* || *l.* 22. eos *deest Mad.* suscipiat] recipiat *Pith.* || *l.* 23. palam vel occulte *des. Mad.* religioni] nostrae *add. Pith.* || *l.* 24. si quis etiam] vel *Mad.* christianam] christianorum *V* 10. nisus fuerit] visus fuerit *V* 5. 10; ausus fuerit *V* 6; *des. Mad.* || *l.* 26. iniecerit] ingecerit *V* 5; ingesserit *Mad.* aut] vel *Mad.* || *l.* 27. in quocumque *des. Mad.* || *l.* 28. aut] dum *Mad.* eius fugae *E* 1. *Pith.*; in eius fuga *V* 1. 5. 8; eius fuga *V* 6; de eius fuga *Mad.* cunctorum omnium] *ita E* 1. *V* 6. 8. *Pith.*; cunct. *deest Mad.*

1) *III*. 1. 9 *formae Ervigianae*.

Erv.] fuerit transgressor inventus, et centenis decalvatus multabitur plagis et, rebus eius in principis potestate redactis, exilii conteretur erumnis. **XII, 3, 9.**

Erv.] X. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 10.**

Ne christianus a Iudeo quodcumque muneris contra fidem Christi accipiat.

Quam sit extraneus a christiane fidei regula, qui defensorem se veritatis insimulat et veritatem ipsam munerum acceptione commaculat, audiat contra se prophetam dicentem: 'Pro[1] eo quod vendidistis argento iustum et pauperem pro calciamentis: ecce[2] ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum feno, et peribit fuga a veloce, et fortis non obtinebit virtutem suam, et robustus non salvabit animam suam, et tenens arcum non stabit, et velox pedibus suis non salvabitur, et ascensor equi non salvabit animam suam, et robustus corde inter fortes nudus fugiet in die illa, dicit Dominus'. Quis enim hic venditus argento iustus accipitur vel pauper pro calciamentis, nisi unigenitus filius Dei patris? cuius innoxius sanguis, XXX olim a Iudeis taxatus argenteis, cotidie venundatur ab inlusoribus veritatis. Et ideo sunt quidam ex fidelium numero, qui quasi zelo fidei Iudeorum culpas se detegere vel plectere valida intentione promittunt, quos tamen depravat solite cupiditatis inlecebra. Nam si talibus quodcumque forsan fuerit a perfidis in munerum conlatione oblatum, illico retiscescunt et errores talium, quos vindicare et detegere ante promissum sibi beneficium nitebantur, percepto miserabili questu inpunitos transire permittunt. Unde nulli christiano licebit cuiuscumque sit generis vel honoris, ordinis sive persone, sive ex religiosis, sive etiam ex laicis, quodcumque beneficium contra fidem Christi, a quolibet Iudeo vel Iudea, sive etiam per eorum internuntios, quodcumque sibi inlatum accipere, neque se ob talium vindicationem contra regulas fidei christiane oblatis sibi premiis inplicare. Si quis autem, qualibet beneficiorum exhibitione corruptus, aut agnitos errores Iudeorum celaverit, aut, ne pravitas talium feriatur, quolibet modo obstiterit, et antiquis patrum regulis erit obnoxius, et tantum in duplo fisci erit partibus inlaturus, quantum a Iudeo quisquis ille accepisse fuerit conprobatus.

XII, 3, 9. *l.* 1. et centenis — et rebus] C flagellis mulctabitur et decalvatus rebus *Mad.* plagis] magis *V* 6. ‖ *l.* 2. potestatem *V* 6. *Pith.* exilii] debitis exilii *V* 1. 8; debiti exilii *V* 5. 10; debitis exiliis *V* 6.

XII, 3, 10. *Codd. E* 1. *V* 1. (5). 6. 8. (10). — *l.* 3. GLOR. *deest E* 1. ‖ *l.* 4. a *deest E* 1. quocumque *V* 1. 6. 8. muneris contra fidem Christi] muneris sibi patrocinari *V* 1. 8. muneris] munus *Pith. Mad.* ‖ *l.* 6. extraneus — regula] extraneus a christiana fidei regula *V* 10; extra fidei christianae regulam *Mad.* extraneum *V* 6. *Pith.* ‖ *l.* 7. per munerum acceptionem *Mad.* contra se proph.] dominum contra se per prophetam *Mad.* ‖ *l.* 8. calciamentis] *ita E* 1. *V* 6; calceamento *Pith.;* calceamentis *cett.* (pro *om. Mad.*) ‖ *l.* 10. salvabit] servabit *Mad.* ‖ *l.* 12. equi *deest Mad.* effugiet *E* 1. in die illa, dicit Dominus] *ita V* 1. 8; *des. E* 1. *V* 6. *Pith.* ‖ *l.* 13. vel] *ita E* 1. *Pith.;* et *cett.* *l.* 14. calciamento] *ita E* 1; calciamentis *V* 6. 8; calceamento *alii.* sanguinis *E* 1. ‖ *l.* 15. cotidie] et quotidie *V* 1. ‖ *l.* 16. se *deest Mad.* ‖ *l.* 17. valida se int. *Mad.* promittant *E* 1. *V* 8; permittant *V* 6. solita *V* 1. 6. ‖ *l.* 18. forsan] *ita E* 1. *Pith.;* forsitan *cett.* ‖ *l.* 19. reticescunt] reticent *Mad.* et terrores *E* 1. *V* 6. 8. vindicare] iudicare *Mad.* ‖ *l.* 20. percepto] precepto *E* 1; perc. postmodum *Mad.* questum inpunitas *E* 1. Unde] decernimus *add. Mad.* ‖ *l.* 21. licebit] licere *Mad.* vel honoris] aut dignitatis *Pith.* persona *E* 1. ‖ *l.* 22. ex laicis] ex *deest E* 1. *V* 6. quocumque beneficio *V* 1. 8. *l.* 23. quodc. sibi] quocumque sibi *V* 1. 6. 8; sibi *Mad.* inlatum] illarum *V* 1. ‖ *l.* 24. ob t. vind.] pro talium vindicatione *Mad.* regulas] *ita E* 1. *Pith.;* regulam *cett.* ‖ *l.* 26. pravitas] improbitas *Mad.* *l.* 27. et antiquis] antiquis sine dubio *Mad.* ‖ *l.* 28. quisquis] quisque *Pith.*

1) *Amos* 2, 6. 2) *Ibid.* 2, 13—16.

XII, 3, 11. *Erv.*] XI. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Ne Iudei libros illos legere audeant, quos christiana fides repudiat.

Illis commodare lectionibus sensum, quibus fas non est prebere adsensum, inpietatis est potius, quam pietatis indicium. Et ideo, si quis Iudeorum libros illos legerit vel doctrinas adtenderit sive habitos in domo sua celaverit, in quibus male contra fidem Christi sentitur, et publice decalvabitur et centenorum flagellorum verberatione plectetur. Qui tamen cautionis vinculo alligabitur, ne umquam talium libros vel doctrinas apud se aut habere presumat aut adtendere audeat seu studiis meditandi assumat. Iam de cetero si post emissum placitum quodcumque tale repedare temptaverit, et decalvatus centenis flagellis subiaceat et amissis rebus sub perpetua exilii conteretur erumna, ut, quia iam secundo visus est erroris sui iterasse vestigium, perenniter illis res eorum deserviat, quibus principali fuerit conlatione concessa. Hec et similia illi percipient, qui quemlibet infantium talia presumpserint docere; id est, ut doctor ipse iniquitatis in prima transgressionis fronte deprehensus et centenis subiciatur decalvandus verberibus et placiti sui polliceatur cautione, se talia ulterius neminem debere docere. Quod si primeve huius sponsionis maculans fidem contingat illi ea, que abiecerat, repedare, omni eius facultate in principis potestate redacta ipse decalvatus centenisque verberibus abdicatus perpetuo erit exilio religandus. Infantes tamen ipsi vel pueri tunc a supradictis erunt damnis atque verberibus alieni, si hanc perfidie doctrinam intra X etatis sue annos positi meditasse fuerint visi. Ceterum post exemptos decem annos quisquis illorum talia adtendere vel meditari presumpserit, superioris institutionis damna vel verbera ordine superius adnotato sustineat.

XII, 3, 12. *Erv.*] XII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Ne Iudeis mancipia deserviant vel adhereant christiana.

Inportabile satis christiano cetui videri debet flagitium, ut gens Iudaica, contra

XII, 3, 11. *Codd. E* 1. *V* 1. (5). 6. 8. (10). — *l.* 1. FL. — REX *des. V* 5. GLOR. *deest V* 1. *l.* 3. adsensum] quoniam *add. V* 1. ‖ *l.* 4. pietatis] veritatis *V* 10. ‖ *l.* 5. legerit] legere ingerit *V* 6. 8. habitos] *ita E* 1. *V* 6. 10. *Pith.*; abditos *cett.* ‖ *l.* 6. et publice — plectetur] C flagellis publice verberetur aut decalvetur *Mad.* ‖ *l.* 7. plectabitur *V* 6. 8. tali cautionis *V* 1. ‖ *l.* 8. libros vel] librorum *Mad.* aut *deest Mad.* seu studiis] *ita E* 1; seu in studiis *V* 1. 6; aut studiis *Pith.*; vel in studiis *Mad.* ‖ *l.* 9. de cetero] vero *Pith.* quodcumque] iteratim *add. V* 1. 5. 8. tale repedare] *ita E* 1; tale repetere *V* 6. *Pith. Mad.*; talia (tali *V* 8) agens repetere *V* 1. 8; talia agere *V* 5. *l.* 10. et decalvatus — rebus] C flagellis subiaceat decalvatus et *Mad.* perpetui *Pith.* ‖ *l.* 11. conteretur] conteratur *Mad.*; deputetur *V* 1. 5. 8. vestigia *Mad.* ‖ *l.* 12. illis res eorum] eius rescula eis *Mad.* deserviant — fuerint *Pith.* conlatione] ordinatione disposita atque *V* 1. 8. ‖ *l.* 13. similia illi] his similia *V* 6. *Mad.* percipiant *V* 8. *Mad.* quemlibet infantium] quamlibet infastidium *V* 6; quamlibet infantiam *Mad.* presumpserit *E* 1. docere *Pith.* id ist] et *Mad.* ‖ *l.* 14. transgressionis fronte] *ita E* 1. *Pith.*; transgressionem fronte *V* 6; transgressione forte *V* 1. 5; transgressione *Mad.* et centenis — verberibus et placiti sui] C flagellis subiaceat decalvatus. Placiti quoque sui *Mad.* *l.* 16. debere docere] edocere *Mad.* primeve] prime *V* 6. *Mad.*; postmodum *V* 1. 5. 8. sponsionis] suae *add. Mad.* maculans] maculare *Mad.* fidem] cautionem *V* 1. 5. 8. contingat] praesumpserit *Mad.* *l.* 17. illi ea] illi ad ea *V* 1. 8; et ad ea *Mad.* abiecerat] adiecerat *E* 1. repedare] iterum reiterare *V* 1. 5. 8; se perdare *V* 6; repedare conaverit *Mad.* omnis eius facultas *V* 1. potestatem *V* 6. ipse — perpetuo] C ipse verberibus addicetur ac decalvatus perpetuo *Mad.* ‖ *l.* 18. abdicatus] *ita E* 1. *V* 8; abdicatur *V* 1; adiudicatus *Pith.*; addicetur *Mad.*; *deest V* 6. erit] insuper erit *V* 1. 8. ‖ *l.* 19. tunc a] a tantis *Mad.* atque verberibus *des. Mad.* ‖ *l.* 20. hanc] ipsam *Mad.* intra] *ita E* 1. *V* 6. *Pith.*; infra *cett.* Ceterum] si *add. Pith. Mad.* ‖ *l.* 21. exemptos *deest Mad.* illorum *deest V* 1. *Mad.* attendit *Mad.* meditare] vetita *add. Mad.* ‖ *l.* 22. institutionis] constitutionis *V* 6. *Pith.* ordine superius adnotato] adnotatus *Mad.*

XII, 3, 12. *Codd. E* 1. *V* 1. (5). 6. 8. (9. 10. 20). — *l.* 23. GLOR. *deest V* 1. 6. 8. ‖ *l.* 25. Inportabile] sane *add. Mad.* cetui] cui *E* 1. *Pith.*; *deest V* 6.

Erv.] Dominum rebellis semper et inpia, christiana mancipia suis habeat servitiis religata, et versa vice religionis nostre honorabile Christi membrum humilietur ante filios perditorum, et portio dicata Christo per lavacrum perfidorum obsequiis subiugetur, sicque corpus Christi videatur obsequi Antichristi ministris, cum prepostero ordine ipsi, qui nostram oppugnant moribus fidem, obsequentes habent ad inpietatem famulos fidei nostre. Proinde legem illam, que a glorioso precessore nostro dive memorie Sisebuto rege est edita [1], in huiusmodi causis tenendam esse sancimus et omnem textum legis ipsius, excepto ubi mortis ultio ponitur, glorioso serenitatis nostre oraculo confirmamus; qualiter iuxta predicte legis edictum, ubi transgressores legis ipsius, successores scilicet regni [2], sub perpetua maledictionis censura obstrinxit, nullus ex Iudeis mancipium christianum habere presumat nec quidquam contra eiusdem legis monita agere audeat, excepto hoc unum: eisdem Iudeis penitus non licebit, secundum quod lex ipsa permittit, ut christianum mancipium Iudeus audeat manumittere. Quia valde indignum est, ut hii, quos cenosa servitus perfidie maculat, libertatis titulum christianis inponant. Non enim est consequens, ut tenebre lucem enubilent, aut servitus preroget libertatem; presertim cum hoc in primeva tantummodo editione legis ipsius, cum ad fidem primitus vocarentur, illis videatur fuisse concessum. Nunc vero christianum quemquam mancipium manumittere omnino non poterunt, quia contra legis ipsius edictum, ut vere utique transgressores christiana habere mancipia conprobantur, quibus sufficiat, si pro preteritis transgressionibus non damnentur. Nam modo illis hec licentia penitus denegatur; quia contra interdicta legum et canonum agere presumpserint. Hoc tantum illis more concedimus pietatis, ut a primo anno regni nostri, id est a kal. Feb. usque in sexagesimum diem habeat quisquis ille Iudeus iuxta tenorem predicte legis licentiam christiana venundare mancipia, non tamen sine cognitione sacerdotum vel iudicum, ad quorum territoria pertinere noscuntur: ne et hii, qui venundandi sunt, damna mortis perferant vel salutis, et hii, qui venditores existunt, locum agende fraudis vel inferende repperiant

XII, 3, 12.

XII, 3, 12. *l.* 1. habeant *Mad.* in servitiis *V* 10. ‖ *l.* 2. membrum] regnum *V* 9. 20. ‖ *l.* 3. perditorum — subiugetur] perfidorum *Mad.* ‖ *l.* 4. ministris cum] ministris et cum *Mad.*; ministro cum *V* 8; ministros cum *V* 6; ministerio *V* 1. ‖ *l.* 5. nostra *E* 1. oppugnant] obpugnare *V* 1; impugnant *V* 9. ad inp. — nostre *des.* *V* 5. ad inpietatem] sub impietatis sue errore *Mad.* ‖ *l.* 6. fidei] sacrae fidei *Mad.* praedecessore *Mad.* ‖ *l.* 7. omnem textum] omne testum *V* 8; contextum *Mad.* ‖ *l.* 8. excepto] accepto *V* 1. 6. 8. ponitur] panditur *V* 9. 20. ‖ *l.* 9. confirmamur *E* 1. iuxta] sicut iuxta *V* 1; *deest* *Mad.* edictum ubi] edicto *Mad.* ‖ *l.* 10. successores scilicet] praedecessores nostri *Mad.* regni nostri *V* 1. obstringunt *Mad.*; obstringit *V* 5. ‖ *l.* 12. audeat] praesumat *Pith.* unum] *ita* *E* 1. *V* 6. 8; uno quod *V* 5. 10. *Mad.*; uno cum *Pith.* ex eisdem *V* 6. 8. eisdem — secundum quod *des.* *V* 1. *Mad.* ‖ *l.* 13. ipsa eis permittit *Mad.* ‖ *l.* 14. indignus *E* 1. ut hii] hii *deest* *Pith.* cenosa] cęna *E* 1. ‖ *l.* 15. est *deest* *V* 1. ‖ *l.* 16. enubilent] ennubilent *V* 8; et nubilent *V* 6; obnubilent *Pith.* *Mad.* servitus] aut servus *add.* *V* 8. 9. preroget libertatem] proroget libertatem *V* 6; preroget libertati *Mad.* ‖ *l.* 17. edictione *E* 1; edicciones *V* 6. ‖ *l.* 18. christianum — non poterunt] sancimus per huius legis seriem, ut nullus Iudaeorum christianum mancipium manumittat *Mad.* ‖ *l.* 19. poterunt] *ita* *E* 1. *V* 8. *Pith.*; poterit *V* 5. 10; potuerit *V* 6. legis ipsius — quia contra *des.* *V* 1. ‖ *l.* 20. quibus] tamen *add.* *Mad.* ‖ *l.* 21. modo] sane *add.* *Mad.* interdicta] dicta *V* 10; *deest* *Mad.* ‖ *l.* 22. canonum] edicta *add.* *Mad.* presumpserunt *E* 1. illis] sine dubio *add.* *Mad.* ‖ *l.* 23. a kalendas Februarias *V* 1; a kal. Febras *V* 8. usque in] usque ad *V* 6. 20. *Pith.* *Mad.* sexag.] XL *V* 20, *hic et infra.* *l.* 24. quisquis] quisque *E* 1. *Pith.* *Mad.* ille Iudeus — legis *des.* *Mad.* predicte legis] legis ipsius *V* 5. 10. venundare *deest* *E* 1. ‖ *l.* 26. ne et] et *deest* *Mad.* venundandi] *ita* *E* 1. *V* 5. 8. 10. *Pith.*; venundati *V* 1. 6. *Mad.* vel salutis *des.* *Mad.* ‖ *l.* 27. hii] his *Pith.* agende] habende *Pith.* repperiant] repediant *E* 1.

1) *XII, 2, 14.* 2) *Spectant haec ad verba:* Successores quoque nostros *etc.* *XII, 2, 14 p. 422, l. 21 et ib. n. 2.*

XII, 3, 12. *Erv.*] ultionis. Iam vero a predictis kalendis transacto sexagesimo die, nulli Iudeorum licebit mancipium christianum habere, non ingenuum, non etiam servum; sed post peractum huius temporis spatium, id est sexaginta dierum, apud quemcumque Iudeum mancipia christiana repperiantur, cum conlato sibi a dominis suis peculio per huius nostre legis edictum liberi erunt modis omnibus permansuri; si tamen se violenter a dominis suis obcelatos esse probaverint. Iudei tamen ipsi, qui expleto temporis supradicti spatio tenere seu habere vel occultare sive libertare mancipia christiana presumpserint aut etiam quibuslibet aliis modis hanc sanctionem serenitatis nostre inplere distulerint, aut medietatem rerum suarum fisco sociandam amittant, aut si viliores persone fuerint et non habuerint unde conponant, centena decalvati flagella suscipiant.

XII, 3, 13. *Erv.*] XIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Si se Iudeus christianum esse testetur et ob hoc non velit a se reicere mancipium christianum.

Si quorundam Iudeorum fraudulenta subtilitas, cavens questum rei sue amittere, christiano more se intimet conversari et ob hoc dicat, non se amittere debere christiana mancipia, quia et ipse christianam videatur ducere vitam, his ordinibus conprobandum est, quo nec astuta fraus excusationem obtendat, nec sincera conversio casum cum ceteris pereuntibus perdat. Ac per hoc id omnimodo sanctione decernimus, ut omnes Iudei per universas regni nostri provincias constituti ab anno primo regni nostri, kal. scilicet Feb. usque in supervenientibus presentis anni kal. Aprilibus[1], aut vendendi christiana mancipia iuxta premisse legis ordinem licentiam habeant, aut si ea apud se retinere voluerint, his ordinibus se christianos ostendant. Concedimus enim eis, id est his tantum, de quibus evidens periurii suspicio non habetur, ut habeant sexaginta dierum usque in kal. presentis anni Aprilibus salutare spatium, in quo possint, qui ex illis salvaturi vel christiane fidei adgregandi sunt, ad episcopos locorum concurrere et manus sue signis vel subscriptionibus roborata illis sue professionis federa publicare. In quas professiones id curavit quisquis ille innectere,

XII. 3. 12. *l.* 1. transacto] praedicto *add.* V 20. *Mad.* | *l.* 3. spatium] conlatum spatium V 6. *Mad.* | *l.* 4. dominis suis] domino *Mad.* | *l.* 5. nostre *deest Mad.* | *l.* 6. celatos *Mad.* | *l.* 7. seu habere *des. Mad.* habere vel occultare] habere ulterius vel (seu V 8) occultare V 1. 8; habere occulterius occultare V 6. sive libertare] sive celare *Pith.*; *des. Mad.* | *l.* 8. aut etiam] ut etiam *E* 1; et etiam V 1. serenitatis nostre] *ita E* 1. V 1. 5. 6. 8. 10; *des. Mad.*

XII. 3. 13. *Codd. E* 1. V 1. 5. (6). 8. (10. 20). — *l.* 12. GLOR. *deest* V 5. | *l.* 15. fraudulenta *deest Mad.* cavens] timens *Mad.* | *l.* 16. intimet conversari] conversari profitetur intime V 20. | *l.* 17. quia] qui V 1. 8; que V 6. | *l.* 18. obtendat] obtineat V 6. 20. conversio] conversatio *Mad.* | *l.* 19. perdat] perferat V 1. *Mad.*; perferat vel perdat V 5. 6. omnimodo] omnimoda V 1; omnimode *Mad.* decernimus] praecipimus *Mad.* | *l.* 20. regni — constituti] regiones constituti *Mad.* nostri *deest* V 1. | *l.* 21. kal.] *ita E* 1. *Pith.*; kalendis V 1. 8; klds V 6; a kalendis *Mad.* scilicet *deest Mad.* Feb.] *ita E* 1. *Pith.*; Februariis V 1. 8. *Mad.*; Febrii V 6. supervenientes *Mad.* anni] annis *E* 1. kal.] *ita E* 1. *Pith.*; kalendis V 1. 8; kalds V 6; kalendas *Mad.* Aprilibus] *ita E* 1. V 1. 6. 8; Aprilis *Mad.* | *l.* 22. iuxta] huius V 6. 8. habeant] habent *E* 1; habeat V 6. | *l.* 24. id est his tantum *des. Mad.* his tantum] statutum V 1. 8. | *l.* 25. sexag.] XL V 20. usque in kal.] a kalendis *Mad.* Aprilis *Mad.* salutare *deest Mad.* | *l.* 26. salvaturi] salvandi *Pith.*; salvari desiderant *Mad.* vel] et *Mad.* adgregandi sunt] aggregari exoptant *Mad.* | *l.* 27. manus] in manus V 8; in manu V 6. roborata] laborata *E* 1. || *l.* 28. professionis] promissionis V 10. quas professiones — Iudaicos] qua scilicet professione id quisque studeat innectere et profiteri, ut omnes Iudaicos errores *Mad.* curavit] *E* 1. V 6; — curabit, *quod praebent cett.* quisquis] qui *E* 1. ille — sequatur *des. E* 1.

1 *De die* 1. *Febr. usque ad d.* 1. *April. a. p. Chr.* 681.

Erv.] quia et ritus omnes Iudaicos abneget et in nullo sequatur sectam prevaricationis antique. Et quia ex toto corde pristinos errores relinquens ad fidem religionis conversus fuerit christiane, cum simboli quoque interpositione, et quod ultra ad vomitus sui nullo modo revertatur errorem, vel cetera secundum conscriptum professionis ipsius ordinem, quem post hanc legem curavimus adnotare[1]. Hanc sane professionem ne nudis tantummodo verborum promissionibus proferant et aliud verbo promant, aliud corde retineant, sicque in eorum promissis simulatio potius quam veritas locum suum inveniat, sollicita episcoporum iudicumque instantia illi ipsi, qui superioris professionis sue patefecerint votum, adlatis condicionibus[2] iurare debebunt, quia que eorum professio continet sincero et non maculato corde profiteantur se, donec advixerint, conservare. Sicque fiet, ut hii tales, quos et professio cum operis effectu dignos esse probaverit, et iurisiurandi pollicitatio devotos fore monstraverit, possint, utpote christiani, christianorum mancipiorum servitiis uti. Nam non aliter poterunt christiana mancipia illorum dominio subiugari, nisi et ipsi evidenter conprobentur verissimi christiani et frequenter christianorum societate coniungi. Iam vero qui post datam professionem, reddito sacramento iuxta superiorem ordinem, christianum se esse devoverit et in quolibet ritu Iudaice secte cultor ac promissionis sue transgressor esse reperiatur, quia et nomen Domini ausus est profanare et se Iudaici erroris ceno polluere, amissis rebus omnibus et in principis potestate redactis, et centum flagella decalvatus suscipiat et exilii debita conteratur erumna. Illos tamen, qui obdurato corde obstinatione malitie interclusi infra numerum dierum superius constitutum aut professiones suas publicare destiterint aut extra predictum tempus christianum mancipium habere presumpserint, ad damnationem premisse legis, que de christianis mancipiis lata est, ut Iudeis non serviant, tenebuntur obnoxii; id est, ut aut medietatem rerum suarum fisco sociandam amittant, aut, si viliores persone fuerint et non habuerint, unde conponant, centena decalvati flagella suscipiant. Mancipia tamen christiana, que retinere apud se contra legum vetita presumpserint, quia se ipsa predicti temporis spatio christiana fuisse non prodiderint, in eorum servitio, quibus a rege donati fuerint, servituri perpetualiter permanebunt.

XII, 3, 13. *l.* 1. et ritus] et *deest Pith.* sectam suae praevar. *Mad.* || *l.* 2. Et quia] Quisquis igitur ex illis *Mad.* sacrae religionis *Mad.* || *l.* 4. revertantur *V* 1. conscriptum] *ita E* 1. *Pith.*; quod scriptum est *V* 1. 8; scriptum *Mad.* || *l.* 5. adnotare] in nullo se profiteatur exinde aliquid immutare *add. Mad.* Has sane professiones *E* 1. || *l.* 6. promissionibus] propositionibus *V* 10. promat *Mad.* || *l.* 7. corde *deest V* 1. retineat *Mad.* sicque] et sic *Mad.* eorum] eius *Mad.* *l.* 8. sollicita — instantia] cura sollicita episcoporum iudicumque ministerio *Mad.* illis ipsis *V* 1. superioris — votum] superiorem sententiam patefecerint mox *Mad.* || *l.* 9. que] queque *V* 1. || *l.* 10. et non] et *deest Mad.* profiteantur] protestantur *V* 10. se donec advixerint conservare *des. Mad.* *l.* 12. iusiurandi *Lind.* monstraverit, possint] monstrare possint *V* 8. || *l.* 13. christianorum m. servitiis] christianis mancipiis *Mad.* servitiis] servitus *E* 1. || *l.* 14. dominio] domino *E* 1. verissimi] purissimi et verissimi *V* 1. 5. 8. || *l.* 15. societate coniungi] escis adhaeserint et coniugia inierint *Mad.* *l.* 16. sacramento] iuramento *Mad.* ordinem] tenorem *Mad.* || *l.* 17. devoverit] decreverit ac devoverit *V* 1. 5. 8. cultor ac] cultor et *V* 1. 8; cultor fuit inventus et huius *Mad.* || *l.* 18. Domini] Dei sui *add. Pith.* se *deest Pith.* || *l.* 19. potestatem *Pith. Mad.* || *l.* 20. conteratur erumna] poena conteratur *Pith.* contereтur *E* 1. Illos] Illi *Mad.* qui obdurato corde] quos obduratio cordis *V* 10. *l.* 21. obstinationis *V* 1. 8. si infra *Mad.* || *l.* 22. aut professiones suas] professionem suam *Mad.* *l.* 26. decalvati flagella] flagella cum decalvatione *Mad.* || *l.* 27. vetita] veritatem *V* 1; vetitate *V* 8. presumpserunt *E* 1. || *l.* 28. vel quia *Mad.* ipsa] ipsum *V* 1; ipsa mancipia *Mad.* predicti] infra predictum *V* 1; infra predicti *Mad.* spatio] spatium *V* 1. *Mad.* prodiderunt *E* 1. || *l.* 29. donata *Mad.* servituri] servitura *Mad.*; *deest V* 1. 8. permanebunt] manebunt *V* 1. *Mad.*

1) *XII,* 3, 14. 2) *Cf. XII,* 3, 15.

XII, 3, 14. *Erv.*]

XIIII.

Professio Iudeorum, quomodo unusquisque eorum ad fidem veniens indiculum professionis sue conscribere debeat.

Ego ille abrenuncio universis ritibus et observationibus secte Iudaice, abominans in toto sollemnitates vel ceremonias sive observationes omnes, quas in preteritis observavi vel tenui; ita ut deinceps nihil de ritu vel celebritate eorundem observationum exerceam, nihil de usu preteriti erroris adsumam, id est, ut nec affectu talia queram nec opere quodcumque tale perficiam. Proinde abrenunciatis his omnibus, que christianitatis doctrina abominatur et prohibet, 'credo [1] in unum Deum patrem omnipotentem, factorem celi et terre, visibilium omnium et invisibilium conditorem, et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est eiusdem cum Patre substantie, per quem omnia facta sunt, que in celo et que in terra; qui propter nos et propter nostram salutem descendit de celis et incarnatus est de Spiritu sancto et Maria virgine, homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in celos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Credo et in Spiritum sanctum, dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas, unam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, expectans resurrectionem mortuorum, vitam futuri seculi'.

Hec, que in huius simboli fidem a me premissa sunt, veraciter credens, fideliter retinens et cum toto mentis mee affectu amplectens, promitto, ut nullo umquam tempore ad vomitum superstitionis Iudaice redeam. Numquam observationes vel ceremonias, que Iudei soliti sunt custodire, amodo aut opere inpleam aut cordis affectu retineam, abnegans in toto Iudaicam sectam, respuens in toto Iudeorum perfidiam, abiciens quicquid christianam fidem inpugnat, et ita me abinceps veraciter in sancta Trinitate profiteor credere, ut christiano more deinceps vivere debeam et,

XII, 3, 14. *Codd. E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. (10. 16. 17. 20). — *l.* 1. XIIII] ERVIGIUS REX *add. Mad.* || *l.* 3. indiculum] indicium *Pith. in margine.* professionis sue] in praesentia sacerdotis vel iudicis *add. Mad.* || *l.* 4. universis] omnibus *Pith. Mad.* || *l.* 5. preteritis] praeterito tempore usque nunc *Mad.* *l.* 6. vel] et *Mad.* eorundem] *ita E* 1. *V* 1; earundem *cett.* || *l.* 7. talia] tali ea *V* 16. || *l.* 8. perficiam] proficiam *E* 1. || *l.* 9. credo] Simbolum. Credo *V* 1. 8. || *l.* 10. omnium et invis.] et invis. omnium *V* 1. 8. || *l.* 11. ex Patre] et ex Patre *Mad.* || *l.* 12. ex Deo] de Deo *Pith. Mad.* ex lumine] de lumine *Pith. Mad.* ex Deo] de Deo *Pith. Mad.* || *l.* 14. in terra consistunt *V* 16. nos] homines *add. Mad.* || *l.* 15. de celis] de celo *V* 10. *Pith.; des. E* 1. ex Maria] et Maria *E* 1. || *l.* 16. sepultus] crucifixus, mortuus et sepultus *Mad.;* crucifixus et sepultus descendit ad inferna *V* 8. 10. resurrexit] vivus a mortuis *add. V* 10. in celos] in caelos *E* 1; in celis *V* 1. 8. ad dexteram] in dexteram *V* 1. *l.* 17. Patris] omnipotentis *add. V* 1. 8; Dei patris *V* 16. unde iterum *V* 16. venturus est *Mad.* in] cum *Pith. Mad.* || *l.* 18. dominum] Deum *V* 16. et vivificatorem] et vivificantem *Pith.;* et *deest Mad.* *l.* 20. unam] in unam *V* 1. 8. *Mad.* unum] in unum *V* 1. || *l.* 21. omnium peccatorum *V* 1. expectans] et expecto *V* 1. 8. *Mad.* seculi] Amen *add. Mad.* || *l.* 22. huius simboli — premissa sunt] huiusmodi subscripta serie dicta sunt iam *Mad.* fidem *deest V* 10. sunt] fide *add. V* 10. et fideliter *Mad.* || *l.* 23. et cum] eximioque *V* 16. amplectens] explens *V* 16. 20; ac subscribens *add. Mad.* *l.* 25. que] *ita E* 1. *V* 1; quas *cett.* cordis affectu] corde *Mad.* || *l.* 27. abiciens] vincens *V* 10. christiana fides *V* 16. abinceps] deinceps *Mad.* || *l.* 28. Sanctam Trinitatem *Mad.* christiano more] Christi amore *V* 16. 20.

1) *Hoc est symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, decretum a concilio Constantinopolitano I. (a. 381), can. 7; cf. Coll. can. ecclesiae Hispanae ed. Gonzalez p.* 61 *sq.*

Erv.] Iudeorum amodo consortia fugiens, cum honestis christianis me semper adiungam, qualiter, sive cum illis sive absque illis, christianos semper cibos accipiam et ad ecclesiam Dei, ut vere fidelissimus christianus, devotissime et frequentissime concurrere debeam. Sed et in festivitatibus dominicis sive etiam in martyrum festis, quas christiane religionis pietas observandas decrevit, ita promitto eas ipsas festivitates devote suscipere et cum summo amore amplectere et in his ipsis diebus semper christianis honestissimis interesse, sicut honesta et pia christianorum consuetudo id facere vel suscipere consuevit. **XII, 3, 14.**

Facta fidei vel credulitatis mee professio sub die.

Erv.] XV. **XII, 3, 15.**

Conditiones sacramentorum, ad quas iurare debeant hii, qui ex Iudeis ad fidem venientes professiones suas dederint.

Iuro [1] primum per Deum patrem omnipotentem, qui dixit: 'Per [2] memetipsum iurabitis et non periurabitis nomen domini Dei vestri, qui fecit celum et terram, mare et omnia, que in eis sunt', et mari terminos posuit, dicens: 'Usque [3] huc venies et hic confringes tumentes fluctus tuos'; qui dixit: 'Celum [4] mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum'. Qui primum archangelum superbientem de celo proiecit; ante cuius conspectum adstat omnis exercitus angelorum cum tremore; cuius adspectus arefacit abissos et indignatio tabescere montes. Qui primum hominem Adam in paradiso constituens ei preceptum dedit, ne de vetito pomo comederet ligni; quo degustato, et de paradiso est proiectus, et catene prevaricationis vinculo se una pariter cum genere humano adstrinxit. Qui Abel sacrificium libenter accepit et Cain indignum iuste reprobavit. Qui Enoch, in huius vite corpore in paradiso conservans, cum Helia in extremo huius seculi finem morituros ad medium reducturus est. Qui Noe cum uxore et tribus filiis cum uxoribus vel animalibus aut volatilibus atque reptilibus in archa tempore diluvii conservare dignatus est, per quod unumquodque genus recuperaretur. Qui de Sem, filio Noe, Abraham et de eo Israheliticum

XII, 3, 14. *l.* 1. amodo consortia fugiens] deinceps fugiens veraciter consortia *V* 16. 20. cum] et cum *Mad.* honestis] omnibus *V* 16. || *l.* 2. sive cum] cum *Mad.* christianos] christianorum *Mad.* accipiam] adsumam *V* 10. || *l.* 3. ut vere] ut *deest Mad.* || *l.* 4. Sed et] sed *V* 1; et *Mad.* || *l.* 5. quas] quae *Mad.* observandas] *ita V* 1; obsecrandas *E* 1; observanda *Mad.* || *l.* 6. amplectere] amplecti *Pith.;* complecti *Mad.* et in his ipsis] atque in ipsis *Mad.* || *l.* 7. cum christianis *Pith. Mad.* *l.* 9. Facta est *V* 6. sub *deest V* 6. die] die i l l o a n n o i l l o *V* 1; die it anno it *V* 8; die vel anno illo *V* 5; die it anno it r e g̅ i t *V* 6; die vel anno regis *Pith.;* die v e l e r a *V* 10.

XII, 3, 15. *Codd. E* 1. *V* 1. 5. (6, *folio excisso, desunt omnia exceptis ultimis verbis inde a* parte *p.* 446, *l.* 22). 8. (10. 15. 20). — *l.* 11. sacramentorum] *ita V* 1. 5. 8; Iudaeorum *E* 1. *V* 15. *Pith. Mad.* debeant] debebunt *E* 1. *Pith.* hii] et hi *Mad.* Iudeis] *ita V* 1. 5. 8. *Pith.;* eis *E* 1. *Mad.;* his *V* 10. 15. *l.* 14. Domini *deest Mad.* || *l.* 15. terminos] *ita E* 1. *Pith.;* terminum *cett.* huc] hic *V* 1. *Mad.* *l.* 17. autem] vero *E* 1. archangelum superbientem] angelum *Mad.* || *l.* 18. proiecit] superbum *add. Mad.* ante cuius conspectum] cui *V* 15. || *l.* 19. arefecit *Pith.* montes] facit *add. Mad.* || *l.* 20. constituens ei] constituens eique *V* 8; constituit et ei *Mad.* || *l.* 21. gustato *V* 10. 20. et de] et *deest Mad.* et catena pr. et vinculo *V* 10. 20. || *l.* 23. indignum iuste] *ita E* 1. *V* 5; indigne iusteque *V* 1; indigne *V* 8; digne iusteque *Mad.* || *l.* 24. conservans] cum servans *E* 1. fine *Mad.* morituros] *ita E* 1. *V* 8. 10. 15; moriturus *V* 1; moriturum *Mad.* medium] remedium *V* 5. 8; metam *Mad.* || *l.* 25. vel anim.] et anim. *Mad.* aut vol.] vel vol. *V* 1. 8; et vol. *Mad.* || *l.* 26. archa] *ita E* 1. *V* 1; arca *Pith. Mad.* || *l.* 27. de eo] deo *E* 1; omnem *Pith.*

1) *Cf. cum his sacramentorum conditionibus Form. Visig. nr.* 39, *LL. Form. p.* 592, *et quae ibi notata sunt n.* 1. 2) *Nequaquam leguntur in Sacra scriptura; cf. autem Gen.* 22, 16; *Lev.* 19, 12. 3) *Iob* 38, 11. 4) *Isai.* 66, 1.

XII, 3, 15. *Erv.*] populum propagare dignatus est. Qui patriarchas et prophetas elegit et benedixit patriarchis Abrahe, Isaac et Iacob. Per eum, qui sancto Abrahe repromisit, dicens: 'In[1] semine tuo benedicentur omnes gentes', dans ei signum circumcisionis in federe sempiterno. Iuro per eum, qui Sodomam subvertit et uxorem Loth, adspicientem retrorsum, in salis convertit statuam, et per eum, qui luctatus est cum Iacob et tangens nervum eius claudicare eum fecit et dixit: 'Non[2] vocaberis Iacob, sed Israhel'. Iuro et per eum, qui Ioseph liberavit de manu fratrum suorum et eum gratiosum in oculis Pharaonis fecit, ut per eum a fame salvaretur omnis Israhel. Iuro et per eum, qui Moysen de aquis liberavit et ei in rubo in igne apparuit, quique per manum ipsius Moysi decem plagas Egyptiis intulit et populum suum Israheliticum de servitute Egyptia liberavit et per mare rubrum per siccum eos transire fecit, ubi contra naturam fluentis elementi tamquam murus aqua se solidata exhibuit. Iuro per eum, qui Pharaonem et exercitum eius in mari rubro demersit. Iuro per eum, qui per diem in columna nubis populum Israheliticum et per noctem in columna ignis precessit. Iuro per eum, qui Moysi in monte Sinai legem digitis suis in tabulis lapideis scriptam dedit. Iuro per eum, qui ipsum montem Sinai fumigare fecit, vidente populo Israhel. Iuro per eum, qui Aaron sibi primum elegit sacerdotem et eius filios in tabernaculo igne consumpsit, quare ignem alienum ausi fuissent offerre coram Domino. Iuro per eum, qui Dathan et Abiron suo iusto iudicio, ut eos viventes terra absorberet, iussit*. Iuro per eum, qui amaras aquas admixtione ligni in saporem dulcedinis commutavit. Iuro per eum, qui sitienti populo Israhelitico in Horeb percutiente Moyse virga in petra inmensas aquarum inundationes exhibuit. Iuro per eum, qui XL annos populum Israheliticum in eremo pavit eorumque vestimenta, ne usu attererentur, integra usquequaque servavit. Iuro per eum, qui inrevocabili iussu decrevit, ne quis de Israhelitico populo in terram repromissionis intraret, ob hoc scilicet, quare verbis Domini non credidissent, exceptis Iesu Nave et Caleph, quos illuc intraturos predixit. Iuro per eum, qui precepit Moysi, ut erectas manus suas contra Amalechitas victor populus Israheliticus existeret. Iuro per eum, qui patres

* *Codd.* V 1. 5. 8. 10. 15 *addunt:* Iuro per eum, qui manna et coturnices in heremo populo Israelitico in escam concessit.

XII, 3, 15. *l.* 2. repromisit] promisit *Pith.* Per] Iuro per *Mad.* ‖ *l.* 3. ei] eis *Mad.* *l.* 4. per eum] per Deum *hic et saepius infra Mad.* Sodomam] et Gomorram *add. Mad.* ‖ *l.* 5. et per] Iuro per *Mad.* ‖ *l.* 6. nervum eius femoris *Mad.* vocaberis] ultra *add.* V 1. 8. ‖ *l.* 7. et per] et *deest Mad.* ‖ *l.* 8. a fame salvaretur] salv. ab inopia famis *Mad.*; erueretur a fame V 10. et per] et *deest Mad.* ‖ *l.* 9. aquis] Nil fluvii *add.* V 8; maris rubri *add.* V 5. rubo in igne] *ita* V 1. 8. 10; rubo et igne V 5; rubro igne E 1; rubo igneo *Pith.*; rubo ignis *Mad.* quique] et *Mad.* manus V 5. 8. *Mad.* ‖ *l.* 10. Moysi *deest Mad.* Israhel. *deest Pith.* ‖ *l.* 11. per siccum] siccis pedibus *Mad.* ‖ *l.* 12. murum V 8. aqua se solidata exhibuit] aquam desolidatam exibuit V 5; aque soliditatem exhibuit V 10; solidatum exhibuit V 8; aqua ab eo solidata stetit *Mad.* ‖ *l.* 13. dimersit E 1. Iuro per eum *des. Mad.* ‖ *l.* 15. in monte] montem *Pith.* Sinay E 1; Sina V 1; Syna V 8. legem — Sinai *des.* E 1. *Pith.* tabulas lapideas V 8. ‖ *l.* 16. fumare *Mad.* ‖ *l.* 17. Israhel] Isrł E 1; Israelitico *Mad.* *l.* 18. quare] quia *Mad.* ignem] ei ignem E 1; igne V 1. ‖ *l.* 19. ut eos viventes terra] hiatus terrae viventes *Mad.* ‖ *l.* 20. admixtione] per admixtionem V 8; immixtione *Pith.* soporem E 1. ‖ *l.* 21. Horeb] *ita* E 1; Oreph V 8; Oreb *cett.* ‖ *l.* 22. virgam V 8. *Pith.* petram V 8. exhibuit] produxit *Mad.* *l.* 23. annis *Pith.* ‖ *l.* 24. integra conservavit V 10. ‖ *l.* 25. Israh. populo] filiis Israel *Pith.* promissionis *Mad.* ‖ *l.* 26. quare] quia *Mad.* verbis] verbum V 1. 8. exceptus V 8; excepto *Mad.* *l.* 27. predixit] promisit et predixit *Mad.* erectas manus suas] *ita* E 1; erecta manu sua *cett.* ‖ *l.* 28. Amalechitas] Amalachitas V 10; Malechitas V 1; Malachitis V 8; maledictos V 20; Malacitas *Mad.* ‖ *l.* 29. heremo] *ita* V 1; eremo *cett.* ‖ *l.* 30. esca V 1.

1) *Gen.* 22, 18; 26, 4. 2) *Gen.* 35, 10.

Err.] nostros per manum Iesu Nave Iordanis fluvium transire iussit, et ut XII lapides **XII, 3, 15.** de eodem fluvio in testimonium tollerentur, instituit. Iuro per eum, qui omni Israheli, ut transito eodem Iordanis fluvio lapideis cultris circumcideretur, precepit, et per eum, qui muros Hiericho civitatis subvertit. Iuro per eum, qui David regni gloria decoravit et de manu Saul vel filii sui Absalonis eum eripuit. Iuro per eum, qui ad orationem Salomonis nebula templum replevit et suam inibi benedictionem infudit. Iuro per eum, qui Heliam prophetam per turbinem in currum igneum a terra sublevans celorum sedibus intulit. Et per eum, qui ad orationem Helisei percusso pallio Helie aquas Iordanis divisit. Iuro per eum, qui omnes suos prophetas suo sancto Spiritu replevit et qui Danihelem a rabidis et inmanissimis leonibus liberavit. Iuro per eum, qui tres pueros in camino ignis ardentis sub oculis regis infesti conservare dignatus est, 'qui[1] tenet clavem David et claudit, quod nemo aperit, et aperit, quod nemo claudit'. Iuro per eum, qui omnia mirabilia et virtutes et signa in populo Israhelitico vel in aliis gentibus fecit. Iuro et per sacra decem legis precepta. Iuro et per Iesum Christum, filium Dei patris, sanctumque Spiritum, qui est in Trinitate unus et verus Deus, et sanctam resurrectionem Domini nostri Iesu Christi eiusque ad celos adscensionem et gloriosum ac terribilem eius adventum, in quo venturus est iudicare vivos et mortuos, mitis apparens iustis, terribilis autem inpiis; atque eius venerandum corpus et pretiosum eius sanguinem, qui cecorum oculos aperuit, surdos audire fecit, paraliticos ad sua membra reduxit. Qui linguas mutorum resolvit, demonio vexatos sanavit, claudos currere fecit et mortuos suscitavit. Qui super aquas pedibus ambulavit et Lazarum morte resolutum, cum iam in putredine se caro solvisset, vite ac saluti restituit et in gaudium lamentum mutavit. Qui est factor seculi, lucis principium, salutis auctor. Qui mundum ortu suo inluminavit, passione sua redemit. Qui solus inter mortuos liber fuit et a morte teneri non potuit. Qui tartarea claustra comminuit et de inferno beatorum animas potentie sue maiestate eripuit. Qui devicta morte carnem, quam a terris assumpsit, in celum post mundi victoriam deportavit, sedens ad dexteram Dei patris omnipotentis, accipiens ab eo eterni regni potestatem. Iuro etiam et per omnes celestes virtutes omniumque sanctorum et apostolorum reliquias, sive et per sancta quattuor evangelia, que superpositis his conditionibus in sacrosancto altario sancti illius, quod manibus meis contineo vel contingo: quia omnia, quecumque in professione mea renotanda curavi

XII, 3, 15. *l.* 2. instituit] constituit *V* 5. 8. 10. 15. *Mad.* ‖ *l.* 3. eodem Iordanis fluvio] Iordane *Pith.* circumciderentur *Pith.* et per] Iuro per *Mad.* ‖ *l.* 4. Iherico *V* 1. regni] regem *V* 20. gloriam *Pith.* ‖ *l.* 6. inibi] ibidem *Mad.* infudit] fudit *Mad.* ‖ *l.* 7. a terra] e terra *Mad.* ‖ *l.* 8. sublevans] sublevavit *E* 1. *V* 8; sublevavit et *Pith.* celorum] gloriae *Mad.* ad] per *V* 1. ‖ *l.* 9. Iuro per eum, qui omnes — leonibus liberavit *des. Mad.* ‖ *l.* 10. Danielem *V* 5; Danielum *V* 8. rapidis *V* 5. 8. *l.* 12. quod nemo aperit] et nemo a. *E* 1. ‖ *l.* 13. virtutis *E* 1. ‖ *l.* 14. Iuro et] Iuro per eum et *Mad.* sacra decem] sacra X verba *V* 1; sacra verba *V* 8. ‖ *l.* 15. patris] omnipotentis *add. Mad.* Spiritum] Paraclitum *add. Mad.* ‖ *l.* 16. sanctam *deest Pith.* ‖ *l.* 17. terribile *E* 1. ‖ *l.* 18. mitis] et mittis *V* 1. 8. ‖ *l.* 19. eius sang.] eius *deest Mad.* ‖ *l.* 20. surdos] sordos *E* 1. ‖ *l.* 21. duemone *V* 15. ‖ *l.* 22. in putr.] in *deest Pith.* putridinem *E* 1. ‖ *l.* 23. vite ac saluti] viventem eum saluti *Mad.* qui] et *V* 1. ‖ *l.* 26. potentie] praesentiae *Mad.* ‖ *l.* 27. a terris] de terris *Pith. Mad.* et in celum *V* 1; in cęlo *V* 8. ‖ *l.* 28. deportavit — potestatem] reportavit, sedet accipiens ab eo eterne glorie maiestatem *V* 10. ‖ *l.* 29. etiam] et *Mad.* omniumque] et per omnium *Pith.* ‖ *l.* 30. et apostolorum reliquias] apostolorum, prophetarum et patriarcharum et reliquias omnium sanctorum *V* 1. 5. 8. per] haec *V* 1. sancta *deest E* 1. ‖ *l.* 31. superpositis] subterpositis *Mad.*; subterposita *V* 10. sancti illius] *ita V* 8; illius *V* 1; sancto illo *E* 1; illo *Pith.*; sacri illius nominis *Mad.* manibus meis] piis manibus *V* 1; manibus *Mad.* ‖ *l.* 32. contingo] contango *V* 1. 8. quecumque] *ita E* 1. *Pith.*; quęque *V* 8; que *cett.*

1) *Apocal.* 3, 7.

XII, 3, 15. *Erv.*] vel collegere potui, quam tibi domino meo illi, illius sedis episcopo, manu mea subscriptam dedi, sinceriter totam inibi dixi, et sub nullo argumento vel fraude ea, que in ipsa professione conprehensa sunt, protuli; sed omni sinceritate, sicut eadem professio continet, et omnes ritus vel observationes abinceps Iudaicas abnegavi et omni cordis mei intentione in sanctam Trinitatem crediturus sum et numquam in nullo ad pristini erroris mei vomitum rediturus sum aut consortio inpietatis Iudaice sociaturus; sed in his omnibus et per omnia christiano deinceps more vivens et christianorum participium habiturus sum, et quicquid in eadem professione, quam de sancte fidei observatione conscripsi, conprehensum esse dinoscitur, omni fidei puritate custodiam, qualiter iuxta apostolicam traditionem vel sacri simboli regulam deinceps vivere debeam. Quod si in quocumque aorbitans, aut sanctam fidem maculavero, aut ritus Iudaice secte in quocumque observare intendero, seu si vos in quocumque per huius iuramenti mei promissionem inlusero, vel sub specie cuiuslibet iuramenti ea, que promisi, non ea intentione perfecero, sicut a vobis me profitente audita vel intellecta sunt: veniant super me omnes maledictiones legis, que in contemptores mandatorum Dei ore Domini promulgate sunt; veniant etiam super me et super domum meam et filios meos omnes plage Egypti et percussiones eius, et ad terrorem ceterorum ita iudicium Dathan et Abiron super me veniat, ut viventem me terra deglutiat, sicque, postquam hac caruero vita, sim eternis ignibus mancipandus, sim diabolo vel suis angelis sociandus, sim habitatoribus Sodome et Iude particeps in penali supplicio conburendus, et dum ante tribunal metuendi et gloriosi iudicis Domini nostri Iesu Christi pervenero, in ea parte adnumerer, quibus idem terribilis et gloriosus iudex minando dicturus est dicens: 'Discedite[1] a me maledicti in ignem eternum, qui preparatus est diabolo et angelis eius'.

Late conditiones sub die*.

*) V 1. 5. 17: die illo, anno illo, rege illo; V 6: sub die V. nonas Mai. anno XXII° Karolo regem post obitum Otoni[2]; V 19: die nonarum Aprilis; *Mad.*: die vel aera.

XII, 3, 15. *l.* 1. collegere] *ita E* 1; colligere *cett.* meo *deest Mad.* illi] illo V 1. 8. *Mad.* *l.* 2. subscriptam] subscripta vel suscepta (susceptam V 8) V 1. 8. sinceriter] sinceritate *Mad.* totam inibi] *ita E* 1. *Pith.*; tota in ibidem V 8; tota ibidem *cett.* *l.* 3. ipsa *deest Pith.* eadem] eiusdem V 1. ‖ *l.* 4. et omnes — abnego] omnes ritus Iudaicae observationis abinceps abnego *Mad.* Iudaicas] Iudaeas *Pith.* et cum omni *Mad.* ‖ *l.* 5. omnem — intentionem *V* 1. crediturus sum — rediturus sum aut] credo et credens perpetuum in ea permanere meipsum spondeo et numquam *Mad.* consortio] consensio *V* 8; consensu (?) *V* 10. ‖ *l.* 6. inpietatis Iudaice] Iudaici erroris *Pith.* ‖ *l.* 7. sociaturus] sociatus ero *Mad.*; sociandus *Pith.* his *deest V* 1. *Mad.* ‖ *l.* 8. christianorum participium] christianorum partibus *V* 8; christiana mancipia *V* 10. habitaturus et habiturus *V* 8. ‖ *l.* 9. conprehensum esse dinoscitur] vel conprehensus (-su *V* 5) esse d. *V* 5. 8; *des. Mad.* ‖ *l.* 11. debeam] debeant *E* 1; modis omnibus adimpleam *add.* V 8. quocumque] aliquo *Pith.* aut sanctam f.] ut sanctam f. *E* 1; huius sancte fidei V 8. ‖ *l.* 12. ritus Iudaice secte] ritus Iudaici sectam *E* 1. V 20. secte adero aut *add.* V 5. in quocumque] in quacumque *E* 1; quamcumque V 20. observationi observari V 8. intendero] intendere *E* 1; contendero V 10. si vos] cibos *V* 1. 8; vos *Mad.* ‖ *l.* 13. promissionem] professionem *Mad.* iuramento ea *E* 1. ‖ *l.* 14. perfecero] perficere *E* 1. audita] credita *Mad.* ‖ *l.* 15. venient *E* 1. contemptores] contemptatoribus *E* 1; contemptoribus *V* 8. ‖ *l.* 16. venient *E* 1. ‖ *l.* 17. et super filios V 1. 8. ‖ *l.* 18. ita] ita ut V 15. Dathan] *ita E* 1; Datan *cett.* me *deest E* 1. ‖ *l.* 19. postquam] post *E* 1. hanc *V* 8. vitam *V* 1. 8. sim eternis] sim *deest Pith.* sim — mancipandus] me aeternus ignis mancipandum *Mad.* sim diabulo — sociandus] *des. E* 1; cum diabulo et suis angelis sociandum suscipiat *Mad.* ‖ *l.* 20. sim] et cum *Mad.* Iude] Gomorrae *Mad.* ‖ *l.* 21. poenale supplicium *Mad.* conburendus] tradar *add. Mad.* et dum] ut dum *E* 1. *V* 8. 10. *Pith.* Domini] principis domini *Mad.* ‖ *l.* 22. adnumerer] adnumeratus V 5; adglomerer V 10. idem *deest Mad.* *l.* 23. dicturus] iudicaturus *Mad.* dicens] dicente *E* 1; *deest V* 10. 15. *Pith.* ‖ *l.* 25. Late] Datae *Mad.*; Late *et reliqua des.* V 8. sub *deest Mad.* ‖ *l.* 26. nonas] nus V 6. ‖ *l.* 27. Karolo] krło V 6.

1) *Matth.* 35, 41. 2) *De hoc tempore v. codicis* V 6 *descriptionem in praefatione.*

Erv.] XVI. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 16.**

De christianis mancipiis Iudeorum, que se non prodiderunt christiana, sive de publicatoribus eorum.

Hebreorum mancipia religionis sancte titulo consecrata, si dominorum suorum qualibet persuasione inlecta abinceps nullo modo se fuisse prodiderint christiana, qualiter sub eorum dominorum suorum iugo persistant, tunc, quia indulte libertatis gratiam respuerunt, cui a principe collati fuerint, perpetua servitutis religati catena modis omnibus tenebuntur. Hii tamen, per quos hoc fuerit manifeste detectum, si et ipse Iudeus fuerit et cuiuslibet Iudei servus extiterit, conversus ad Christi fidem in libertate persistat. Sin autem quislibet ex christianis hoc prodiderit factum, V solidos per unumquodque mancipium christianum accipiet, ab eo scilicet, qui eos apud se post data hec decreta convictus fuerit tenuisse.

Erv.] XVII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 17.**

Ne Iudei a quolibet potestate accepta extra regiam ordinationem christianum quemque imperare, plectere vel distringere audeant.

Nullus Iudeorum a primo anno regni nostri, id est a die quinto iduum Ianuariarum [1], ullam administrandi, inperandi, distringendi, coercendi vel plectendi curam vel potestatem super christianos exerceat, excepto si princeps aliqua utilitatis publice id fieri permiserit causa. Si quis autem Iudeorum, accepta a quolibet potestate, christianum quemcumque distringere, plectere, coercere vel in eum desevire presumpserit aut quidquam ei contra legum vetita aut excogitata, que in lege non sunt, inferre temptaverit, aut medietatem rerum suarum fisco sociandam amittat, aut si nullis fultus fuerit rebus, centum decalvatus flagella suscipiat. Illi tamen, qui hanc eis potestatem super christianos exercere permiserint, si nobilis qui hoc fecerit persona extiterit, decem libras auri fisco coactus exsolvat, minime tamen vilioresque persone quinque libras auri fisco persolvendas amittant. Quod si non habuerint, unde conponant, centenis decalvati flagellis subiaceant.

XII, 3, 16. *Codd. E* 1. *V* 1. 5. (6. 10). — *l.* 1. GLOR. *deest V* 1. 6. 10. || *l.* 2. prodiderunt *E* 1; prodiderint esse *Mad.* || *l.* 4. si dom.] et dom. *Mad.* || *l.* 5. abinceps] ab hoc tempore et deinceps si *Mad.* se *deest E* 1. || *l.* 6. eorum] Hebreorum *V* 1. suorum *deest Mad.* persistunt *Pith.* tunc quia] *ita V* 1. *Mad.*; tunc qui *E* 1; tunc *V* 5; taliter *Pith.* || *l.* 7. gratiam — servitutis *des. E* 1. *Pith.* gratie *V* 1. respuerint *Mad.* collati *V* 1; collata *Mad.* religati] *ita E* 1. *V* 1. *Pith.*; religata *Mad.* || *l.* 8. teneantur *V* 1. 5. manifeste] *deest V* 10; manifestissime *Mad.* detectum] decretum *Pith.* *l.* 9. ipse Iudeus — conversus] ipsi cuiuslibet iudaei servi sint conversi *Mad.* || *l.* 10. persistant *Mad.* quilibet *Pith. Mad.* ex christ.] christianus *Mad.* || *l.* 11. per — christianum] pro unoquoque mancipio christiano *Mad.* eo scilicet qui eos] eo qui ea *Mad.* || *l.* 12. data hec decreta — tenuisse] datam et decretam — tenuisse ordinationem *Mad.*

XII, 3, 17. *Codd. E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. (10). — *l.* 13. GLOR. *deest V* 1. 6. 10. || *l.* 15. quemque] quemquam *Mad.* || *l.* 16. Nullus] Nulli *V* 1. 8. a primo — Ianuariarum *des. Mad.* die quinto] V *V* 1; quinto *V* 8. id. Ian.] idus Ianuarii *V* 1. 8. || *l.* 17. ullam] nullus *V* 1. 8. inperandi] et imperandi vel *Mad.* coercendi vel plectendi *des. V* 1. 5. 8. 10. *Mad.* || *l.* 18. aliqua ut. publ. id fieri] id fieri publica *Mad.* || *l.* 20. coercere] exercere *add. V* 1. 8. desevire] deservire *V* 1. 8. || *l.* 22. non sunt inserta *Mad.* || *l.* 23. Illi] Ille *V* 1. 8. || *l.* 24. permiserint] permiserit *V* 1. 8; praesumpserint *Mad.* qui hoc fecerit] tamen *V* 1. 8; *des. V* 10. || *l.* 25. fisco] principi *Mad.* minime tamen] minimas vero *V* 1; minimi vero *V* 8; si tamen minimae *Mad.* || *l.* 26. personas *V* 1. fisco pers. amittant] principi coacti exsolvant *Mad.* || *l.* 27. decalvati] decalvatus *V* 1; *deest Mad.* subiaceant] et decalvationem suscipiant *add. Mad.*

1) *D.* 9. *Ian. a. p. Chr.* 681.

XII, 3, 18. *Erv.*] XVIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Ut Iudeorum servi necdum adhuc conversi, si ad Christi gratiam convolaverint, libertate donentur.

Cum vas electionis, Paulus apostolus, predicet dicens: 'Sive[1] per occasionem sive per veritatem, dummodo Christus adnuntietur', salubre satis est votum, si, sicut fideles libertatis provocamus ad gratiam, ita infidelibus occasionem prebeamus veniendi ad vitam. Et ideo, si quis Iudeorum servus, et servituti eorum inplicatus et moribus, ad Christi gratiam convolare desiderat, nullus eum catena servitutis retineat, nullus huic tali resistat, nullum a quolibet fidei offendiculum habeat; sed mox ut se et professione et iusiurandi adtestatione christianum ostenderit et dominorum suorum prevaricationes manifeste prodiderit, ab omni ilico servitutis catena solutus, cum omni etiam peculio a domino suo dimissus, libertatis erit effectibus contradendus; sicque proveniet, ut in omnibus omnino rebus ordo ille omnis in eum inpleatur, qui de christianis mancipiis est constitutus.

XII, 3, 19. *Erv.*] XVIIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Ne Iudei administratorio usu sub ordine vilicorum atque actorum christianam familiam regere audeant; et de damnis eorum, qui his talia ordinanda iniunxerint.

Si quis Iudeorum a quolibet ex laicis commissam curam vel potestatem supra christianos acceperit, id est, ut christianis familiis presit, quicquid administrationis sue cura visus fuerit inperare, totum fisco adplicare debebit; ita ut ipsi, qui hanc administrandi susceperint curam, et C flagella decalvati suscipiant et medietatem rei sue fisco sociandam amittant. Sane si episcopi vel quislibet ex sacerdotibus vel ministris, clericis quoque vel monachis, administrationem ecclesiastice rei illis supra christianos explendam iniunxerint, quantum id ipsud fuerit, quod inperandum eis preceperint, tantum de bonis proprietatis sue fisco nostro adplicandum amittant. Quod si rebus expoliatus extiterit, exilio subiacebit, quo, diutinis detritus penitentie damnis, discat quam sit inpium infidos fidelibus preponere christianis.

XII, 3, 18. *Codd.* *E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. (10. 20). — *l.* 1. GLOR. *deest* *V* 1. || *l.* 2. si *deest* *E* 1. *V* 1. Christi gratiam] Christum *V* 1; Dei gratiam *Mad.* || *l.* 3. convolaverint] convaluerint *V* 1. libertate *E* 1. donentur] tradantur *V* 8. || *l.* 5. votum] vocatum *V* 1. sicut] si sicut *V* 10; sicut enim *V* 20. || *l.* 6. ita quoque *Mad.* || *l.* 7. veniendi *deest* *V* 1. et servituti] et servitute *V* 1; et servitutē *V* 8; de servitute *Mad.* inplicatus *deest* *Mad.* || *l.* 9. nullum] nullus *V* 1. 8. || *l.* 10. professionem *V* 1. 8. adtestationem *E* 1. *V* 8; attestatione *cett.* domini sui *Mad.* || *l.* 11. prodiderit] vel respuerit *add.* *Mad.* ilico] *ita* *E* 1; illico *cett.* servitutis] servitii *E* 1. || *l.* 12. etiam peculio] suo p. *Mad.*; etiam p. suo *V* 5. 8. 10. dimissus] evulsus *Mad.* tradendus *V* 10. || *l.* 13. proveniet] provenient *E* 1; proveniat *V* 8; perveniat *V* 1. omnibus — ille omnis] omnibus ordo ille *V* 5. 8. || *l.* 14. mancipiis est *E* 1. *Pith.*

XII, 3, 19. *Codd.* *E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. (10). — *l.* 15. FL. — REX *des.* *V* 8. GLOR. *deest* *V* 10. *l.* 16. ministratorio *V* 10. vilicorum] *ita* *E* 1; villicorum *cett.* auctorum *V* 8. || *l.* 17. christianam familiam] christiana mancipia *V* 1. 5. 8. qui his] his qui *V* 1. 8. || *l.* 19. quolibet] ex laicis *add.* *Mad.* supra] super *V* 1. *Mad.* || *l.* 20. accepit *Mad.* id est *des.* *Mad.* || *l.* 21. applicari *V* 5. 10. debebit] debebunt *E* 1. ut ipsi] ut si ipsi *E* 1. || *l.* 22. susciperint *E* 1. et C fl. decalvati] C flagella et decalvationem *Mad.* decalvati *ead. m. corr.* decalvandi *E* 1. rei sue] rerum suarum *V* 8. || *l.* 23. episcopi] *ita* *V* 1. 8; episcopis *E* 1; episcopus *Pith.* *Mad.* quilibet *Mad.* vel min.] seu min. *Mad.* *l.* 24. illis] illius *V* 1. 8. supra] *ita* *E* 1. *Pith.*; super *cett.* || *l.* 25. ipsum *V* 1. *Pith.* *Mad.* quod *deest* *E* 1. || *l.* 26. sue] eorum *V* 8. || *l.* 27. expoliati extiterint exilio subiacebunt *V* 1. 5. 8. quo diutinis] *ita* *E* 1. *V* 8. 10; unde diutinis *V* 8; quod ut in his *V* 1; ut his *V* 5; quo diutius *Pith.* *Mad.* detritus] *ita* *E* 1. *V* 8. 10. *Pith.*; deteritus *V* 1; deterioribus *V* 5; detentus *Mad.* || *l.* 28. infidos Iudaeos *V* 10. fidelibus] fidelium *E* 1.

1) *Philipp.* 1, 18.

Erv.] XX. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 20.**

Ut Iudeus, ex aliis provinciis vel territoriis ad regni nostri ditionem pertinentibus veniens, episcopo loci vel sacerdoti se presentare non differat: vel quicquid huic in toto observare conveniat.

Si quis Iudeorum de alia civitate vel provincia nostre glorie oriundus quolibet loco successerit, episcopo vel sacerdoti sive iudici loci ipsius se ilico presentare debebit; nec a sacerdote illo tamdiu est recessurus, quamdiu sabbata ritusque ceteros atque festivitates, que illis e vicino possunt occurrere, incontaminati videantur sacerdotali testimonio transegisse nec, dum variis huc illucque per loca cursibus promoventur, erroris sui repperiant in quocumque latibulum. In ipsis tamen diebus, in quibus eos quolibet loco remorari contigerit, conversationem cum christianis probatissimis habituri sunt, qualiter cum illis et cibos sumere et participationem communionis christiane videantur habere. Concursum tamen in ipsis diebus, quos ritus sui more uti soliti sunt, ad ecclesiam, ad episcopos vel sacerdotes habebunt, qualiter eorum semper salutaribus monitis instruantur. Quod si forte placitorum innodatione se esse asserant inligatos vel cuiuslibet inevitabilis necessitudinis causa constrictos, quo illos non liceat diutine inmorari, tunc coram sacerdote loci ipsius, ad quem accesserant, relaxati placiti sui cautione promittant, ubi occurrentes per viam festivitates vel sabbata ritus sui sine testimonio sacerdotali non transeant. Ipse quoque sacerdos loci epistulas manu sua subscriptas eisdem sacerdotibus, per quos se Iudeus quisquis ille transiturum dixerit, destinabit, ut evacuata omni fraudis suspicione tam stantes quam properantes eos districtio religiosa coerceat. Si quem autem eorum aliter egisse contigerit, tunc episcopo loci ipsius vel sacerdoti una cum iudice potestas tribuitur centenis eos verberare flagellis. Nec aliter eos ad propria redire permittimus, nisi cum epistulis episcoporum vel sacerdotum, in quorum territoriis visi fuerint accessisse. In quibus tamen epistulis sollicite dierum summa notabitur; id est, et quo die ad episcopum ipsius civitatis accesserint, et in quot diebus apud ipsum eos remorari contigerit, vel quo die de eo ad propria reversuri exierint.

XII, 3, 20. *Codd.* *E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. 10. — *l.* 1. FL. — REX *des.* *V* 8. GLOR. *deest* *V* 1. 6. 10. ERV. *deest* *V* 6. *l.* 2. vel territoriis *des.* *V* 1. 8. *Mad.* dicionum *E* 1: *deest* *V* 1. 8. *l.* 3. loci *deest* *Mad.* sacerdoti] vel iudici *add.* *Mad.* || *l.* 4. vel quicq. huic in toto] ut ab eo discat quid huic *V* 5. quicquid] quid *V* 1. *Mad.* || *l.* 5. provincia] provincie *E* 1. *V* 1. oriundi *Mad.* || *l.* 6. successerint *Mad.* vel] sive *V* 1. sacerdote *V* 1. ipsius] illius *Mad.* ilico] *ita* *E* 1; illico *cett.* presentare debebit] repraesentent *Mad.* || *l.* 7. nec a. sac. — recessurus] tandiu inde non recessuri *Mad.* tamdiu *deest* *V* 1. 5. 8. || *l.* 8. illis] illi *Pith.* *Mad.* incontaminatus videatur *Pith.* || *l.* 9. nec dum] *ita* *E* 1. *V* 8; nedum *cett.* promoventur] permoventur *V* 1; permoveantur *V* 8; promovetur *Pith.* *l.* 10. errorisque sui *V* 1. repperiant] *ita* *E* 1; repperiat *Pith.*; reparent *V* 1. 5. 8. In *deest* *V* 8. *l.* 11. contigerit] contingerit *Mad.* probatissime *V* 8. || *l.* 12. participationes *E* 1. *Pith.* communionis] communere *V* 1. *l.* 13. Concursum] *ita* *E* 1. *Pith.*; Concursus *cett.* in *deest* *V* 8. quos] quibus *Mad.* || *l.* 14. ad episcopos] episcopis *V* 1. 8; episcopos *Mad.* sacerdotibus *V* 1. 8. habebunt] *ita* *E* 1. *V* 10. *Pith.*; habibunt *V* 1; habeant *Mad.*; ire debebunt *V* 5. 8. || *l.* 15. semper *deest* *Mad.* innodatione] innotationes *V* 1; innotationis *V* 8. *l.* 16. se esse] sese *V* 5. 10. asserunt *V* 1; asseruerint *V* 8. inligatos] ligatos *V* 1. 10. *Mad.* inevitabilis] inevitalibus *V* 1; indebite talibus *V* 8; indebite *V* 5. necessitatis *V* 20. causa] causis *V* 1. || *l.* 17. quo] quod *Mad.* coram] causa *V* 1. 8; a *Mad.* sacerdotis *V* 1. ipsius] illius *V* 10. || *l.* 18. relaxati] relaxari *V* 1. cautione] *ita* *V* 8. *Pith.*; cautiones *E* 1; causationes *V* 1; cautionem *Mad.* || *l.* 19. sacerdotali] sacerdotis *Mad.* || *l.* 20. epistulas] *ita* *E* 1; epistolas *Pith.*; epistola *V* 8; epistolam *V* 1. *Mad.* subscripta *V* 1. 8; subscriptam *Mad.* *l.* 21. distinabit *E* 1. omnis *V* 8. suspicione] suspectione *V* 1. 8. || *l.* 22. districtio] distinctio *V* 10. 20. quem] quis *V* 8. *l.* 23. ipsius] illius *V* 1. *l.* 24. potestas tribuitur] potestatem tribuimus *V* 5. 8. tribuatur *Pith.* centenis *deest* *V* 1. 5. 8. || *l.* 25. territoriis] *ita* *E* 1; territorium *cett.* *l.* 26. fuerint] *ita* *E* 1. *Pith.*; sunt *cett.* sollicita *V* 1. 8. notetur *V* 1. || *l.* 28. contigerit] constiterit *V* 10. de] *ita* *E* 1. *V* 1. 8; ab *Mad.*

XII, 3, 21. *Erv.*] XXI. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

Qualiter concursus Iudeorum diebus institutis ad episcopum fieri debeat.

Omnis Iudeorum conventus, in quibuscumque locis vel territoriis habitare videntur, ad episcopum loci vel sacerdotem diebus sabbatorum vel ceterarum festivitatum, quas celebrare solent, concurrere et convenire debebit, nec in his et talibus diebus concesse sibi licentie pervagatione usuri sunt; sed quamdiu excursus dierum ipsorum pertranseat, de quorum celebritate suspicio vertitur, alibi citra sacerdotis sui conhibentiam nullo modo movebuntur. Diebus tamen sabbatorum concursus eorum, et lavacro nitidus et perceptione benedictionis devotus, ad episcopum vel sacerdotem semper est perventurus. Sane in locis illis, ubi sacerdotalis presentia defuerit, concursus eorum omnis vel conversatio aut cum iudicibus aut cum christianis honestissimis erit; qualiter sic eorum societati inhereant, ut audenter de eorum conversatione bonum perquisiti testimonium dicant. Mulieres sane Iudeorum, coniuges scilicet atque etiam filie, in prememoratis omnibus festivis diebus, quos errore proprio abutuntur, nec ullius erroris nec pervagationis repperiant locum. Id omnimode observabitur, ut viris earum presentibus provida* episcoporum vel sacerdotum in eis ordinatio fiat, ut, quemadmodum viri earum de presentia se sacerdotali non differunt, ita et ipse per excursum omnium dierum ipsorum, electione sacerdotum atque pontificum, cum quibus vel qualibus honestissimis feminis commorari debeant, ordinentur. Si quis autem huic preceptioni visus fuerit evenire contrarius, publica decalvatione turpatus, centenorum flagellorum erit suppliciis feriendus. Id tantum precipue observandum est, ne quorumdam sacerdotum carnalium corda, dum virus libidinis execrabili contaminatione exagitat, occasiones quaslibet inquirant, per quas libidinis

*) *Pro* provida episcoporum vel sacerdotum — sacerdotum atque pontificum, *quae habent* *E* 1. *V* 10. *Pith.* *Mad.*, *praebent* *V* 1. 5. 8: provida sacerdotum iussio atque pontificum.

XII, 3, 21. *Codd.* *E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. (9. 10. 20). — *l.* 1. FL. — REX *des.* *V* 8. ‖ *l.* 2. concursus] *ita* *E* 1. *V* 1. 10. 20. *Pith.*; conventus *cett.* in diebus *V* 1. *Mad.* fieri] ire *V* 5. 8. ‖ *l.* 4. videantur *Mad.* loci illius *V* 1. ‖ *l.* 5. celebrari *V* 1. 8. et convenire *des.* *V* 1. 5. 8. debebunt *V* 1. 8. nec] ne *E* 1. his et] *ita* *E* 1. *V* 10. *Pith.*; his *cett.* ‖ *l.* 6. concesse sibi licentie pervagatione usuri] concessae sibi licentiae pervacatione visuri *E* 1; c. s. l. vacatione usuri *Pith.*; concessa sibi licentia pervagationis usuri *Mad.*; concessa sibi licentia a d e p t u r i (adempturi *V* 1) *V* 1. 8. ‖ *l.* 7. suspicio vertitur] *ita* *Mad.*; suspiciones vertitur *E* 1; suspiciones verentur *Pith.*: suspectio vertitur *V* 1. 8. *l.* 8. conhibentiam] *ita* *E* 1; conibentiam *Pith. in textu, Mad.*; c o n v e n i e n t i a m *V* 1. 5. 6. 8; v e l l i c e n t i a m *add.* *V* 5. 8; cohaerentiam *Pith. in margine.* moveantur *V* 1. 5. 8. concursus — lavacro] concursorum et lavacrorum *V* 1. concursus] excursis *V* 5. 8. ‖ *l.* 9. nitidi — devoti — perventuri *V* 5. 8. ‖ *l.* 10. Sane si *V* 1. 8. ‖ *l.* 11. concursus] convenerit *V* 1; convenerint *V* 8. ‖ *l.* 12. honestissimis] verissimis *V* 1; verissime *V* 8. ut *deest* *V* 1. 8. audenter] *ita* *E* 1. *Pith.*; audacter *cett.* *l.* 13. perquisiti t. dicant] perquiri t. iudicent *V* 1. 5. 8. Iudeorum *deest* *V* 1. 5. 8. ‖ *l.* 14. festivis diebus] festis diebus *V* 1. 8; festivitatibus *V* 10. quos — abutuntur] *ita* *E* 1; quibus — abutuntur *Pith.* *Mad.*; quos — obtinentur *V* 1. 8; quos — obtinent *V* 5; quibus errori proprio inserviunt *V* 10. *l.* 15. ullius] unius *V* 1; huius *V* 8. pervagationis] perverationis *E* 1; perversitatis *Pith.* ‖ *l.* 16. observabitur] servabunt *Mad.* ‖ *l.* 18. per excursum] *ita* *E* 1. *V* 10. *Pith.*; facto concursu *cett.* omnium dierum ipsorum] *ita* *E* 1. *V* 10. *Pith.*; omnibus diebus festivitatum suarum *cett.* ‖ *l.* 19. feminis] christianis *add.* *Mad.* ‖ *l.* 20. huic precepto *V* 1; hunc preceptum *V* 8. publica — turpatus *des.* *Mad.* decalvatione turpatus] d. truncatus *V* 1; d. fedatus *V* 5. 8; turpatione fedatus *V* 10. ‖ *l.* 21. centenorum] C *V* 1. 5. 8. 10. feriendus] atque decalvandus *add.* *Mad.* Id] His *V* 1; Hec *V* 8. *l.* 22. corda, dum] cordatum *E* 1. virus] *ita* *Mad.*; viris *V* 1; iuris *E* 1; vires *V* 8; virtus *V* 9; vis *Pith.* libidinum *V* 8. ‖ *l.* 23. execrabili — libidinis *des.* *E* 1. inquirant] inquirat *V* 5. 8; incurrant *Mad.* *l.* 25. iussio] iussa *V* 8.

Erv.] sue votum efficiant. Unde id artiori sanctione decernimus, ut** sic omnis sacerdos hec instituta legum nostrarum in iam dictis feminis Hebreorum adinpleat, ut nullius peculiaritatis locum cum eisdem mulieribus habeat, per quod se sordidare cum eis intendat. Quod si quemlibet sacerdotum contigerit, ut zelum, quo pro Christi nomine uti debet, frequenter ad libidinis sue sibimet occasiones usurpet, tunc sacerdos ipse, ab hoc honore depositus, exilio erit perpetuo mancipandus. **XII, 3, 21.**

**) *Pro* ut sic *etc.* — perpetuo mancipandus, *quae habent E* 1. *V* 10. *Pith. Mad., praebent V* 1. 5. 8*:* et sacerdotes omnes commonemus, ut contra instituta legum nostrarum, que in iam dictis feminis Hebreorum taxata habemus, non veniant et nullum peculiaritatis locum cum eisdem mulieribus habeant, ut ne fortasse occasiones sibi libidinis usurpent, unde inplere intendant nefariam contaminationis pollutionem, per quod zelum divinum amittant et prevaricatores Christi nominis existant. Quod si vero quemlibet sacerdotum hoc nefas contigerit vel commiserit, ab honore depositus exilio erit perpetuo modis omnibus mancipandus.

Erv.] XXII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 22.**

Ut quicumque Iudeum secum obsequentem habuerit, expetente sacerdote cum apud se retinere non audeat.

Si quis laicorum quoscumque ex Iudeis, virum scilicet vel feminam, secum obsequentes habuerit vel in patrocinio retinuerit, et sublato ex eis pontificum vel sacerdotum privilegio, privata eos sibi potestate defenderit neque eos ad episcopum vel sacerdotem debitis diebus instruendos vel iudicandos remiserit, excommunicationis ab eodem episcopo, cui id fecit, sententia feriatur, et amissis illis, quos vindicare nititur, trium librarum auri multatione pro unoquoque damnabitur, que partibus principis profuture manebunt.

Erv.] XXIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 23.**

Ut cura omnis distringendi Iudeos solis sacerdotibus debeatur.

Horum omnium preceptorum multiplicem curam et exercendam in perfidis disciplinam illos nostra gloria, ut inpleant, exhortatur, quibus id agendum divina

XII, 3, 21. *l.* 1. sue] sive *E* 1. votum malignitatis efficiat *V* 5. 8. artiori] *ita E* 1; arctiori *cett.* || *l.* 3. mulieribus] faeminis *Mad.* sordidare cum eis] ordinare *E* 1. *Pith.* || *l.* 4. Quod] Quoniam *V* 9. Christi] christiano *Mad.* || *l.* 5. sibimet occasiones] *ita E* 1. *V* 10. *Pith.;* occasionem *Mad.* *l.* 6. hoc] *ita E* 1. *Pith.; deest cett.* erit] est *V* 9. || *l.* 9. Ębreorum *V* 8. non] *ita V* 5; *deest V* 1. 8. *l.* 10. eisdem] eis *V* 1. fortasse] *ita V* 8; fortassis *V* 1. 5. || *l.* 11. libidinis] *ita V* 1; libidinum *V* 5. 8. nefariam] *ita V* 1; nefandam *V* 5; nefanda *V* 8. pollutionem] *ita V* 1; pollutio *V* 8; perditionem *V* 5. *l.* 12. nominis] impudenter *add. V* 8. || *l.* 13. hoc nefas] hunc nefas *V* 8.

XII, 3, 22. *Codd. E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. (10). — *l.* 15. FL. — REX *des. V* 8. || *l.* 16. Iudeum] Iudeorum *E* 1; Iudeus *V* 1. expetente] competente *V* 1; petente *Mad.* || *l.* 18. quoscumque] quemlibet *Mad.* scilicet *deest V* 1. 8. || *l.* 19. obsequentes] *ita E* 1. *Pith.;* obsequentem *cett.* patrocinio] salvationis causa *add. V* 1. 5. 8. sublato ex eis] eis contra *V* 1. 5. 8. || *l.* 20. privato *V* 1. eos sibi] *ita E* 1. *V* 5. 10. *Pith.;* sibi eos *V* 1. 8; eos sua *Mad.* || *l.* 21. et excomm. *V* 1. 8. excommunicationem *V* 1. || *l.* 22. id] vim *V* 1. 8. fecit] fecerit *E* 1. || *l.* 23. nititur] voluit *V* 5. 8.

XII, 3, 23. *Codd. E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. (10). — *l.* 25. FL. — REX *des. V* 8. GLOR. *deest V* 10. || *l.* 27. omnium sacerdotum preceptorum *V* 5. multiplicem curam et] *des. V* 1; multi (curam et *om.*) *V* 5. 8. exerendam *E* 1. || *l.* 28. disciplinam] adipisci optaverunt (obtaverunt *V* 8) *V* 5. 8. gloria] gratia *V* 1. 8. inpleant] adimpleant *V* 1. 8. exortantur *V* 1. id ag. div. auct.] in agendam divinam auctoritatem *V* 8.

XII, 3, 23. *Erv.*] auctoritate committitur. Ait enim Spiritus ille, cuius orbem veritas inplet: 'Stabunt[1] sacerdotes in iudiciis meis et iudicabunt leges meas et precepta mea'. Proinde omni sacerdote hec, que hic conplexa sunt, inplenda decernimus, ita ut nullum Iudeorum pro ritu suo patiatur a quolibet defendi, nullum tueri; sed exemptos ab eorum patrociniis, quorum favoribus tueri videntur, in potestatis sue curam redactos pro eorum salvatione, quid illis catholice agendum forte conveniat, diligenter instituant; atque in hoc illis erit sollicitior cura, ne in quibuslibet supradictis capitulis hec institutio serenitatis nostre tepescat.

XII, 3, 24. *Erv.*] XXIV. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

De damnis sacerdotum vel iudicum, qui in Iudeos legum instituta adinplere distulerint.

Consulendum est pie sacerdotibus ecclesie Dei, ne pro delinquentis populi inpunitate teneantur obnoxii. Quid enim prodest, si non puniatur quisque suo, cum possit tamen alieno puniri peccato? Et ideo ad horum talium incuriam excitandam huius preceptionis sanctione decernimus, ut, si quislibet pontificum aut cupiditate inlectus aut maligne voluntatis incuria tepidus predicta hec, que iussa sunt in Iudeis decreta, contempserit adinplere, scilicet ut, detecta vel nuntiata sibimet errata perfidie, nulla videatur equitatis censura corrigere, et trium mensium excommunicationis sententiam proferat et unam libram auri de suis rebus propriis fisco sociandam amittat. Quod si non habuerit, unde conponat, sex mensibus sub digna excommunicationis censura persistat, et insuper ad tepiditatem illius socordie corrigendam sit* cuilibet episcopo licitum, in quo zelus Dei fuerit excitatus, vice illius episcopi talium perfidorum errata corrigere et hec, que ille neglexerat, emendare. Quod** si,

*) *Pro* sit cuilibet — emendare *praebent* V 1. 5. 8: alium cuiuslibet episcopum talium perfidorum errata liceat corrigere, et hec, que ille neglexerat emendare, absque simulatione emendet.

**) Quod si — commissa est *infra p.* 453 *l.* 6 *desunt* V 1. 5. 8.

XII, 3, 23. *l.* 1. committitur] sollicitudinis cura committit *V* 5. 8. Ait] aut *E* 1. veritatis V 8. *l.* 2. legem meam V 1: lege mea V 8. Proinde de omni *Pith.* *l.* 3. omni] *ita E* 1. *Pith.*: omnia V 1. 5. 8; omnibus *Mad.* sacerdotibus V 8. *Mad.*; sacerdote *Pith.* que hic complexa sunt] *ita* V 1. 8. 10; quae hic a nobis complexa sunt *Mad.*; *des.* *E* 1. *Pith.* inplenda] implicanda V 1; explicanda *V* 8. ‖ *l.* 4. Iudeorum *deest V* 1. 5. 8. patiantur *Mad.* a quolibet] ab aliquo *Pith.* nullum] nullumque *Mad.* tueri *deest V* 1. 5. 8. sed exemptos] se temptos V 1. 8; retentos *V* 5. ab eorum] Hebreorum V 1. 5. 8. ‖ *l.* 5. quorum] qui eorum *E* 1. *Pith.* tueri videntur] videri tuentur *E* 1. potestatis sue curam] potestatem suam *Mad.* potestatis] potestati *V* 5. 8. ‖ *l.* 6. quid] sed quid *V* 1. agenda V 1. forte] fore *Mad.* *l.* 7. atque] a quo V 1. illis] ille V 1. ne] ut ne V 1. *l.* 8. serenitatis nostre] nostra *Mad.*

XII, 3, 24. *Codd.* *E* 1. V 1. 5. (6). 8. (10). — *l.* 9. FL. — REX *des.* V 8. GLOR. *deest* V 1. 10. *l.* 11. Iudaeis *Pith.* adinplere distulerint] implere neglexerint *Mad.* ‖ *l.* 12. Dei] divinae *Mad.* delinquentibus populis V 1; derelinquentibus populis V 8; delictorum populi *Mad.* ‖ *l.* 13. impunitatis V 1; impuniti V 8. ‖ *l.* 14. alieno puniri] alieno cohiberi *V* 1; cohiberi extero *V* 5. 8. ad horum] duorum V 1. 8; ad eorum *cett.* incuriam] iniuriam *E* 1. *Pith.* excitandam] execrandam *Pith.* *l.* 15. huius] vim *E* 1. *Pith.* preceptionis sanctione] preceptione V 1. 8; preceptionis e sanctione *Pith.* quislibet] quilibet *Mad.* ‖ *l.* 16. iussa] visa *E* 1. *Pith.* Iudeos *Mad.* ‖ *l.* 17. contempserit] noluerit *Mad.* vel nuntiata *des.* *V* 1. 5. 8. errata] oberrata V 1. 8. ‖ *l.* 18. mensuum *E* 1. ‖ *l.* 19. proferat] *ita E* 1. V 1; perferat *cett.* ‖ *l.* 20. digna *deest Mad.* ‖ *l.* 21. socordie] *ita E* 1. *V* 5; concordie V 1; zeli socordiae *Pith.*, incuriae V 8. *Mad.* *l.* 23. ille *deest E* 1. Quod si] Quod *E* 1.

1 *Ezech.* 44, 24.

Erv.] alternata simulatione vel incuria episcoporum, alter in alterius correctione zelo excitante divinitus non fuerit excitatus, tunc principis preceptione et eorum arguetur socordia, et perfidorum ulciscentur errata. Hic etiam ordo eodem modo eodemque ordine, sicuti superius de episcopis constitutum est, in ceteris quoque religiosis est observandus; id est in presbiteris, diaconibus vel etiam clericis, quibus horum infidelium ab episcopo suo cura commissa est. Iudices tamen, qui eorundem Iudeorum crimina conperta vel nuntiata sibi legali non damnaverint ultione, tunc, sicut de episcopis constitutum est, unam libram auri fisco conpellendi sunt solvere. Tunc tamen et sacerdotes et iudices vel supradicti omnes, quibus regendi hec cura commissa est, ab his damnis erunt penitus alieni, cum inpeditos se fuisse pro talium districtione agere probaverint. **XII, 3, 24.**

Erv.] XXV. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 25.**

Ne iudices quicquam de perfidorum excessibus extra sacerdotum conibentiam iudicare presumant.

Iudices omnes nihil de perfidorum excessibus citra sacerdotum conibentiam iudicabunt, ne cupiditas secularium fidem nostram maculet acceptione munerum. Et tamen si, ut adsolet, presentia defuerit sacerdotum, sola potestate iudicum distringendi sunt. Sane si episcopo etiam de sede sua contigerit aut in vicino aut longe forsitan progredi, talem ex sacerdotibus pro sui vice relinquat, qui una cum iudice territorii hec instituta sine muneris acceptione perficiat.

Erv.] XXVI. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 26.**

Ut episcopi tunc inmunes habeantur a damnis, cum eorum presbiteri ea, que ipsi non correxerunt, ad eos non remiserint corrigenda.

Presbiteri, diacones seu cetera religiositas universa vel iudices universi per

XII, 3, 24. *l.* 1. alternata] *ita* *V* 10; aliter nata *V* 6; alterna ista *E* 1; aliena (*in margine* alterna) ista *Pith.*; aliena *Mad.* simulatio *Mad.* vel incuria episcoporum *des.* *V* 10. alter] aliorum *Mad.* in *deest* *V* 10. correctionem *V* 10. ‖ *l.* 2. excitante] h a e s i t a n t e *Mad.* divinitus non fuerit excitatus] d i u t i n u s q u e f u e r i t i n e i s h a e s i t a t u m , u t s i b i c o m m i s s a d i f f e r a n t c o r r i g e r e *Mad.* et eorum] eorum episcoporum *Mad.* arguetur] argetur *E* 1; arguatur *Mad.* ‖ *l.* 3. ulciscendum *E* 1. eodemque] quo *E* 1; et *Pith.* ‖ *l.* 4. ceteris] terris *E* 1. ‖ *l.* 6. ab *deest* *E* 1. *Pith.* cura] cura regendi *Mad.* ‖ *l.* 7. conperta] discooperta *V* 8. legali] exstiterint et legali *V* 8. *Mad.* non] continuo non *V* 8. *Mad.* sicut et de *V* 8. *Mad.* ‖ *l.* 8. conpellendi sunt solvere] persolvant *Mad.* *l.* 9. et sacerdotes et] sac. vel *Mad.* vel] et *V* 10. hec *deest* *Mad.* ‖ *l.* 10. inpeditos] inpetito *E* 1. se] se fuisse *Mad.* ‖ *l.* 11. agere] a r e g e *Mad. et, ut videtur, etiam* *V* 1. 5. 8.

XII, 3, 25. *Codd.* *E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. (10). — *l.* 12. FL. — REX *des.* *V* 8. FLAV. *deest* *V* 1. *l.* 13. quicquam] quicumque *Mad.* ‖ *l.* 14. conibentia *V* 1. 8. ‖ *l.* 15. sacerdotum] sacerdotis *V* 8; sacerdotem *V* 1. conibentia *V* 1. 8. ‖ *l.* 16. ne] nec *E* 1; sic *V* 1. secularium] ecclesiarum *Mad.* nostram] sanctam *Mad.* ‖ *l.* 17. si ut] *ita* *Pith.*; sic ut *E* 1; ut sicut *V* 1; sicut ut *V* 8. adsolet] fieri adsolet *V* 1. 5. 8. sacerdotis *Mad.* ‖ *l.* 18. episcopo etiam — contigerit] episcopi ad sedes suas contingerint *V* 1. 8. longe] in longinquo *V* 1. 5. 8. ‖ *l.* 19. relinquant una *V* 1. 8. iudice] d u c e *Pith.* ‖ *l.* 20. hec] ut hec *V* 8. perficiant *V* 1. 8.

XII, 3, 26. *Codd.* *E* 1. *V* 1. 5. (6). 8. (10). — *l.* 21. FL. — REX *des.* *V* 8. ‖ *l.* 22. episcopi omnes *V* 1. 8. damnis cum eorum] *ita* *E* 1. *Pith.*; d. institutis cum *V* 5; d. horum institutis cum *V* 1. 8; d. horum cum *Mad.* presbiteres *E* 1; presbiteris *V* 8. ‖ *l.* 23. ea que ipsi] in ea que in ipsis *V* 8. ad] vel ad *V* 8. ‖ *l.* 24. Presbiteri] Presbyteri *Pith.* *Mad.*; Presbiteros *E* 1. *V* 1. 8. diaconos *V* 1. 8. seu] sive *V* 1. 5. 8. cetera rel. — iudices universi] ceteri iudices univers a l e s *V* 5. religiositas — universi] i u d i c i a r i a u n i v e r s a l i s p o t e s t a s *V* 1. 8. universi per diversa] universa *E* 1; per universa *Pith.*

XII, 3, 26. *Erv.*] diversa loca vel territoria constituti, prout unusquisque conventum Iudeorum ad se pertinere cognoverit, secundum totius institutionis nostre decreta eos distringere et coercere non differat. Ea vero, que ab ipsis nequiverint corrigi, ad agnitionem principis atque pontificum emendanda reducant; sicque fiet, ut constituta damna non ferat, si suis quisque hec pontificibus innotescat. Episcopi quoque ipsi tunc constitutum non percipient damnum, quando eis crimen talium non fuerit per subditos nuntiatum.

XII, 3, 27. *Erv.*] XXVII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

De reservata principibus miserendi potestate[1] in his, qui conversi ad fidem Christi veraciter fuerint.

Hanc sane preceptionum multiplicem diligentiam, quam ordinatis lineis superius in toto disseruit nostra serenitas, ubicumque superius offensorum culpas ita moderare decrevimus, ut exutos rebus sub erumna exilii religemus: hanc nobis vel successoribus nostris miserendi licentiam reservamus, ut, si quandoque a laqueis diabolicis eripi contigerit, et probabiliter in sanctam Trinitatem crediderint, hocque illis sacerdotes vel iudices, in quorum territoriis degunt, testimonium dixerint, atque opera eorum cum veridico eorum testimonio concordaverint, erit nobis nostrisque successoribus in his et talibus et miserendi votum et efficiendi propositum; id est, ut, postquam eorum professio cum iurisiurandi adtestatione regie agnitioni claruerit, licitum habeat principalis pietas et rebus eos iterum revestire et ab exiliorum ergastulis revocare. Iam vero, si quis ex eis, postquam se professus fuerit christianum, ad erroris proprii

XII, 3, 26. *l.* 1. constituta *V* 1. 8. prout unusquisque] ad uniuscuiusque *V* 8; *des. V* 5. conventus *V* 5. *Mad.* ad] quem ad *V* 5. ‖ *l.* 2. cognoverint *V* 1. institutionis] instructionis *Pith.* decretum *V* 8. destringere *E* 1; constringere *Pith.* et] *ita E* 1. *Pith.;* vel *cett.* ‖ *l.* 3. coercere] corrigere *Pith.* differat] *ita E* 1; differant *cett.* agnitionem] *ita E* 1. *V* 1. 5. 8. 10. *Pith.;* cognitionem *Mad.* ‖ *l.* 4. principis] n o s t r a m *V* 8. pontificis *V* 1. 5. 8. reducant] redeant *Pith.* fiet] fiat *V* 1. 8. constituta] instituta *V* 1. 8. non] s i c *V* 1. 5. 8. ‖ *l.* 5. ferat] *ita E* 1. *Pith.;* perferant *cett.* si suis quisque hec pontificibus] si suis quisque pont. *E* 1. *Pith.;* si suis unusquisque haec pont. *Mad.;* sibi quisque hec p a t i f i d e l i b u s *V* 1; sibi suisque hoc pati fidelibus *V* 8; ut novis nostrisque fidelibus hoc pati *V* 5. constitutum — damnum] erunt immunes a damno *Mad.* constitutum] *ita E* 1. *V* 10. *Pith.;* institutum *V* 1. 5. 8. ‖ *l.* 6. percipient] percipiant *V* 1. 5; perciperint *V* 8. crimen talium] criminalium *E* 1; criminalia *ut videtur e coniectura Pith., et ita infra* fuerint — nuntiata. per subditos] a subditis *V* 1. 8.

XII, 3, 27. *Codd. E* 1. *V* 1. 5. 8. (10). — *l.* 7. FL. — REX *des. V* 1. 8. ‖ *l.* 8. reservata] *ita E* 1. *Pith.;* servata *cett.* miserandi *E* 1. ‖ *l.* 10. Hac sane praeceptorum multiplici diligentia *Mad.* sane prec.] sacrae praeceptionis *Pith. in textu, in margine ut supra.* diligentiam *deest V* 5. lineis] t i t u l i s *V* 5. ‖ *l.* 11. toto] toto orbe *V* 1. 5. 8. disseruit] decrevit *Mad.* nostra serenitas] nostre serenitatis subiecto *V* 1. 5. 8. moderari *Pith. Mad.* ‖ *l.* 12. relegemus *V* 1. *l.* 13. quandoque] quiscumque *V* 1. 8; quemcumque *Mad.* a laqueis] alam quae his *E* 1. diaboli eis] diabolis eis *E* 1; diabolicis *Pith.;* diabolicis eos *V* 10; diaboli ex eis *cett.* resipisci] respici *E* 1; eripi *Pith.* ‖ *l.* 14. hocque illis] hoc ꝙ illis *E* 1; hoc quod illis *Pith.;* hoc de illis *V* 1. 8; hoc quod de illis *V* 5. *Mad.* illis] erunt *add. V* 8. ‖ *l.* 15. degunt] degant *V* 1. 8. dixerint] adnexerint *Mad.* ‖ *l.* 16. concordaverint] adprobaverint concordare *Mad.* ‖ *l.* 17. et talibus] aetatibus *E* 1. *Pith.* ‖ *l.* 18. professio cum] praecessio cui *E* 1; praecessio *Pith.* iurisiurandi] iuramento *Mad.* adtestationem *E* 1; aut testatione *Mad.* agnitioni] *ita Mad.;* agnitionis *E* 1. *Pith.;* a c t i o n i *V* 1. 5; actionis *V* 8. habeat] erit *V* 5. 8. ‖ *l.* 19. principali pietate *V* 5; principalis p o t e s t a s *Mad.* eos] eorum *V* 5. 8. revestiri *V* 1; investiri *V* 8; investire *Mad.* ergastulo *Mad.* iterum revocari *V* 1; revocari *V* 8. ‖ *l.* 20. fuerit esse chr. *Mad.* erroris sui *Mad.* proprii redierit vomitum] pristinum redierit vomitum *V* 1. 5 8.

1) *Cf. supra VI.* 1. 6.

Erv.] redierit vomitum, et quodcumque in eos reppertum fuerit prevaricationis indicium, ita in eos secundum modum culpe, quem incurrerit, inrevocabilis dictabitur damnationis sententia, ut ad veniam ulterius nullatenus redeat; sed sive capitalis, sive minoris culpe dignus sit pena, sine ulla retractatione inremissibili lege suscipiat. **XII, 3, 27.**

Erv.] XXVIII. FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX. **XII, 3, 28.**

Ut episcopi omnibus Iudeis ad se pertinentibus libellum hunc de suis editum erroribus tradant; et ut professiones eorum vel conditiones in scriniis ecclesie condant.

Solet interdum latebrose mentis perversitas ignorantie opponere angulum in eo, quod se simulat ignorare preceptum, ut eo quodammodo excusabilem se a pena pronuntiet, quo se novelle sanctionis ordinem defendat penitus ignorasse. Et ideo ad huius excusationis depellendam malitiam id episcopis omnibus vel sacerdotibus tenendum forte precipimus, ut unusquisque conventum ad se pertinentem Iudeorum de his institutionibus, quas in eorum perfidiam nuper edidimus, instruat et libellum huius operis tradat, qui et manifeste illis in conventum relegatur ecclesie, et quem semper secum pro testimonio instructionis reportant. Iam vero, postquam illis publice in ecclesia fuerit lectus liber iste vel traditus, si quis eorum postea aut se defuisse, cum legeretur, contendat aut ignorasse se que inibi precepta sunt adstruat, in nulla se ulterius poterit excusatione defendere; sed in quocumque fuerit postea quisquis ille prevaricator inventus, in nullo erit harum legum sententiam evasurus. Nam et illud necessario huic legi adicimus, ut omnium professionum atque conditionum scripturas, quas quisquis ille Iudeus sacerdoti suo amodo obtulerit, sollicita diligentia unusquisque sacerdos eas ipsas professionum vel condicionum scripturas in archivis

XII, 3, 27. *l.* 1. in eos rep.] in eo rep. *Mad.* indicium] iudicium *Pith.* || *l.* 2. in eos sec.] in eis sec. *V* 1. 8. quem] quam *V* 1. *Pith.* incurrerint *V* 1. || *l.* 3. ulterius] *ita E* 1. *V* 8. *Pith.*; ultionis *cett.* redeant *V* 1. 8. || *l.* 4. dignus sit] digni sint *V* 1; dignos sint *V* 8. pene *V* 1. 8. inremissibili] *ita E* 1. *Pith.*; inremissibiliter *V* 10; irremissibilem *cett.* lege] *ita E* 1. *V* 8. *Pith.*; legem *cett.* suscipiant *V* 1. 8.

XII, 3, 28. *Codd. E* 1. *V* 1 *(finit voce* recondat, *p.* 456 *l.* 1*)*. *V* 5 *(finit voce* poterit, *infra l.* 19*)*. *V* 8 *(finit voce* recondat *sicut V* 1*)*. *V* 10. (20). — *l.* 5. FL. — REX *des. V* 8. || *l.* 6. omnnes *V* 1. 8. pertinentibus] venientibus *V* 10. || *l.* 8. condant] *ita E* 1. *V* 10. *Pith.*; recondant *cett.* *l.* 9. Solet] Si *V* 1. 5. perversitas] perfidia *V* 10. scit opponere *V* 5. angulum] clanculum *V* 8. *l.* 10. se simulat ignorare] se simulat ignorantie *V* 1. eo quodammodo] hoc quod nos ostendimus *V* 5. 8. se *deest E* 1. || *l.* 11. se novelle] se nove *V* 1; nostre nove *V* 5. 8. defendat] *ita E* 1. *Pith.*; defendit *cett.* || *l.* 12. depellendam] *ita E* 1. *V* 5. 8. 10. *Pith.*; evellendam *V* 1. *Mad.* id] *ita E* 1. *Pith.*; ab *V* 5. *Mad.*; *deest V* 1. 8. || *l.* 13. forte] *ita E* 1. *Pith.*; *deest cett.* || *l.* 14. his] *ita E* 1. *Pith.*; *deest cett.* institutionibus] insevitionibus *E* 1; in se visionibus *Pith.* quas] que *E* 1. *V* 8. *Pith.* instruant *V* 1. 8. libellum] libellum eis *Mad.*; libertatis *V* 1. 8; libertates *V* 8. || *l.* 15. huius] hunc *Pith.* operis tradat] operis tradant *V* 8; aperiat *E* 1. qui] quae *E* 1. *V* 8. conventu *Pith. Mad.* et quem] *ita E* 1. *Pith.*; et que *V* 1; atque *cett.* || *l.* 16. reportent] *ita V* 10. *Pith. Mad.*; reportant *E* 1; refervent *V* 5; reserventur *V* 8; deposcerit *V* 1. illis *deest V* 1. 5. 8. || *l.* 17. traditus] retentus *V* 1; retextus *V* 8; retexerit *V* 5. defuisse] debuisse *E* 1. || *l.* 18. aut] ac *V* 1. 8. se] *ita E* 1. *Pith.*; *deest cett.* inibi] ibi *V* 1. 8. adstruat] *ita V* 8. 10. *Pith.*; astruat *V* 1; adstruit *E* 1; asserat *Mad.* in] *ita E* 1. *Pith.*; *deest cett.* || *l.* 19. se ulterius] saeculis is *E* 1; se unquam is *Pith.* || *l.* 20. in nullo] non *V* 1. 8. harum legum] legum istarum *Pith.* || *l.* 21. illum *V* 1. 8. necessaria *E* 1; necessarium *Pith.* adicimus] edidimus oraculum (oraculo *V* 8) *V* 1. 8. || *l.* 22. quisquis] *ita E* 1. *Pith.*; quisque *cett.* suo amodo] suo iam modo *V* 20; suo *V* 1; suam *V* 8. sollicita diligentia] sollicite *Mad.* || *l.* 23. eas — scripturas *des. Mad.* vel condicionum *des. E* 1. *Pith.* archivis] *ita V* 10 *(sec. Mad.)*. *Pith.*; arcidis *E* 1; archis *V* 1; archibus *V* 8; actis *Mad.*

XII, 3, 28. *Erv.*] sue ecclesie recondat, qualiter pro eorundem perfidorum testimonio studiosius conservate persistant.

LECTE SUNT LEGES SUPRASCRIPTE[1] OMNIBUS IUDEIS IN ECCLESIA SANCTE MARIE TOLETO SUB DIE VI. KAL. FEB. ANNO FELICITER PRIMO REGNI GLORIOSI DOMINI NOSTRI ERVIGII REGIS[2].

XII. 3. 28. *l.* 1. recondat] condat *Mad.* eorundem] eorum idem *E* 1; eorum *Pith.* *l.* 2. conservare persistat *Mad.*

l. 3. LECTE *etc.*] *Hanc clausulam habent codd. E* 1. *V* 10. 17. *Pith. Aliam clausulam finalem subiciunt V* 1. 8: Has vero leges, quas pietatis — copiosa perveniat. Amen: *quae sumpta est, paucis tantummodo litteris mutatis, ex lege Sisebuti XII.* 2. 14. *supra p.* 422, *l.* 19: Hanc vero legem pietatis *etc.* *l.* 4. REGNI *deest V* 10. GLORIOSISSIMI *V* 17. *Pith.* *l.* 5. REGIS] Sat *add. V* 10.

1) *Scilicet leges Ervigii in Iudaeos promulgatae, quae hoc titulo* 3. *libri XII. continentur.* 2) *D.* 27. *Ianuarii a. p. Chr.* 681.

CHRONICA REGUM VISIGOTHORUM.

Textus A (ex codice R 1).

Superscriptio quattuor linearum plerumque evanida. Certo leguntur haec sola, l. 1: . . . UISICI . . . . QUISQU . .
l. 2 . . . ab era CCC . . . . . .
l. 3 . . Gallicia . . . .

Textus B (ex codice R 2 ceterisque).

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI INCIPIT CRONICA REGUM VISEGOTORUM.

Era quadringentesima in Gotis primus rex Atanaricus efficitur, (2) post* hunc Alaricus. (3) Quo in Italia mortuo Ataulfus eligitur. (4) Isto** regnante Goti relicta Italia Gallias ac post Spanias occupant. (5) Anni vero regum hac summa notantur:

(6) Atanaricus regnavit annos XIII.***

(7) Alaricus† regnavit annos XXVIII in Italia.

*) *M* 2. 5: sub Alarico rege Gothi ingressi sunt in Italia.

**) *M* 2. 5: et post huius anno sexto Goti Gallias ingressi sunt, septimo anno Goti Spanias ingressi sunt.

***) *M* 4 *add.:* in Italia et in Gallia.

†) *M* 4: quo mortuo Alarico regnante Gothi ingressi sunt Hyspanias et regnavit annis XII.

Ex codicibus Legis Visigothorum, qui exhibent hanc Chronicam sive Laterculum regum, adhibuimus R 1. 2. *E* 1. 2. *V* 2. *Praeter eos usi sumus editione Laterculi, quam paravit Th. Mommsen Chron. min. III, p.* 461 *sqq., ubi alii nonnulli codices adhibiti sunt, quos notamus littera M. Sunt quidem: M* 1 (= *Mommsen S: Codicis Soriensis deperditi exemplar Matrit. F* 38 *et a iud, uno tantum loco admissum, Matrit. F* 58). — *M* 2 (= *Mommsen H: Havniensis* 805, *saec. XIV*). — *M* 3 (= *Mommsen R: Paris.* 1557, *saec. X*). — *M* 4 (= *Mommsen T: Conimbricensis S. Crucis* 83, *saec. XII*). — *M* 5 (= *Mommsen D: olim S. Isidori Legionensis, nunc Matrit. n.* 4—7, *saec. XI*). — *M* 6 (= *Mommsen O: Ovetensis Pelagii saec. XII. deperditi exemplaria*). — *l.* 3. IN NOMINE — VISEGOTHORUM *des. E* 2. *V* 2. IN NOM. — INCIPIT *des. E* 1. IESU CHRISTI *des. M* 1. 2. 5. ‖ *l.* 4. INCIPIT CR.] INCIPIUNT NOMINA *M* 2. 5. CRONICA] *ita E* 1; CRONECA *R* 2; CHRONICA *M.* ‖ *l.* 5. VISEGOTORUM] *ita R* 2; VISEGOTHORUM *E* 1; WISEGOTHORUM *M* 1. 3; WISIGOTHORUM *M* 5; WULSAE GOTTHORUM *M* 6. ‖ *l.* 6. Era quadr.] Ab aera CCC *M* 2 (*cf. R* 1); Ab aera CCCC *M* 5; *des. E* 2. Gotis] *ita R* 2; Gothis *cett.* ‖ *l.* 7. efficitur] fuit *E* 2. *l.* 9. Ataulfus] *ita R* 2. *E;* Athaulfus *alii.* ‖ *l.* 10. Gothi *E* 1. *M* 1. Galias *R* 2; Gallies *E* 2. Spania *E* 2. *M* 3. ‖ *l.* 11. occuparunt *E* 2. Anni — notantur *des. E* 2. *M* 2. 5. hac summa] subsequenter *V* 2. *l.* 13. Athanaricus *M* 1. 4. regnavit] *ita E* 1; reḡ *semper R* 2. annos] *ita E* 1; añs *semper pro* annos *R* 2. ‖ *l.* 14. XXVIII] XXVII *M* 2. ‖ *l.* 15. in Italia *des. V* 2. *M* 2. 3. ‖ *l.* 16. sub Al. rege] regule *M* 5. ‖ *l.* 17. et post huius] et pos huius aute (!) *M* 5; postquam *M* 2. ingressi sunt] *ita M* 5; ingressi *post del.,* sunt *om. M* 2. septimo] *ita M* 2; et pos hec VII *M* 5. Goti *del. M* 2.

Textus A (ex codice R 1).	*Textus B (ex codice R 2 ceterisque).*
(8) Athaulfus regnavit annos VI.	(8) Ataulfus regnavit annos VI.
(9) Searicus regnavit annos VII[1].	(9) Sigericus regnavit annos VII[1], alibi semis tantumdem.
(10) Valia regnavit annos III.	(10) Walia regnavit annos III.
(11) Theuderedus regnavit annos VIIII[2].	(11) Teuderedus regnavit annos XXXIII.
(12) Thurismundus regnavit annos III.	(12) Turismundus regnavit annos III, alibi unum.
(13) Theudericus regnavit annos VII.	(13) Teudericus regnavit annos VII, alibi XIII.
(14) Euricus regnavit annos XVIIII.	(14) Euricus regnavit annos XVIIII.
(15) Alaricus regnavit annos XXVII[3].	(15) Alaricus regnavit annos XXIII.
(16) Gesaleicus regnavit annos V.	(16) Gesalecus regnavit annos III et in latebra regnavit annum I, alibi XV[4].
(17) Theudericus regnavit annos XV. (18) Ste ab Italia veniens non tam suo ordine regnum in Spania tenuit quam tutelam agens Amalarici nepotis sui per cons[ules].	(17. 18) Teudericus de Italia regnavit in Spania tutelam agens Amalarico nepoti suo per consules annos XV.
(19) Amalaricus regnavit annos V.	(19) Amalricus regnavit annos V.
(20) Theudi[5] regnavit annos XVII, menses VI, dies XIII.	(20) Teudi[5] regnavit annos XVI, menses VI.

l. 2 (*col.* 1). reḡ anñ *semper R* 1. VI] *fortasse* V *R* 1. (*col.* 2). VI] VII *R* 2. ‖ *l.* 3. Sig.] Searicus *E* 2. *V* 2. ‖ *l.* 4. alibi s. tant.] *ita R* 2. *E* 1. *M* 3. 6; *des. cett.* tantumđ *M* 3; tantemđ *E* 1; tantiđ *R* 2; tantum *M* 6. ‖ *l.* 6. Theuderedus *E*; Thendericus *M* 1. 3; Teudericus *V* 2. *M* 2. 4; Teoderigus *M* 5. XXXIII] XXXII *M* 2; XXIII *M* 3; XVII *M* 5. ‖ *l.* 7. Thurismodus *E* 1. *M* 3. ‖ *l.* 8. alibi unum] *ita R* 2. *E* 1. *M* 3—6; *des. cett.* unum] reg. *add. R* 2. ‖ *l.* 9. Theudericus *E* 1. *M* 1. 3; item Teoderigus *M* 5. ‖ *l.* 10. alibi XIII] *ita R* 2. *E* 1. *M* 3. 6; *des. cett.* ‖ *l.* 11 (*col.* 1). Eur.] ueuricus *R* 1. (*col.* 2). Teuricus *E* 2. *V* 2. *M* 2. XVIIII] *ita E* 2; XXIIII *V* 2; XV *R* 2. *E* 1. *M* 3; XIIII *M* 5; XVIII *M* 2; XVII *M* 4. 6; XX *M* 1. ‖ *l.* 12. Item Alaricus *R* 2. *M* 4. XXIII] XXII *E* 2. *V* 2. ‖ *l.* 13. Gesaleicus *M* 1. 4; Iessalecus *E* 2; Gesalescus *M* 5; Gesaelicus *E* 1; Gisalegus *V* 2; Geselicus *M* 3. III] IIII *E* 2. *V* 2. *M* 5. et in *etc. des. E* 2. *V* 2. *M* 4. 5. ‖ *l.* 14. annum] anñ *semper R* 2. alibi XV] *ita R* 2. *E* 1. *M* 6; alibi XII *M* 3; *des. cett.* ‖ *l.* 15 (*col.* 1). Thedericus *R* 1. (*col.* 2). Item Teudericus *R* 2. *M* 1; Item Teodericus *M* 5. de] ex *E* 2. *V* 2. regnavit] reg. *post* Spania *inserit E* 1. ‖ *l.* 16 (*col.* 1). Ste] *ita* (= Iste) *R* 1. veniens (s *evan.*) *R* 1. (*col.* 2). in Spania] Ispania *E* 2. *M* 2; Hispania *M* 6; in Inspania *V* 2. tutelam] curam *V* 2. agens] gerens *R* 2. cum Am. *E* 2; simul cum Am. *M* 2; Amalerico *E* 1. *M* 3; Amalrico *M* 2; Alarico *M* 1. nepote suo *E* 2. *M* 2. 3; nepotis sui *V* 2. ‖ *l.* 17 (*col.* 1). tenuit (ui *evan.*) *R* 1. (*col.* 2). per consules] *ita E* 1. *M* 3; pro consules *R* 2; per consors *M* 1; *des. E* 2. *V* 2. *M* 2. XV] *ita M* 6; XII *M* 3; XLI (xlı *pro* xu) *R* 2. *E* 1. 2. *V* 2; XL *M* 2. 5; XI *M* 1. ‖ *l.* 18. agens (a *evan.*) *R* 1. nepotis sui] nepoti. *eadem manus* sui *superscr. R* 1. *l.* 19. consules] C̄ONS *R* 1; cons[ortium] *ed. Mommsen.* ‖ *l.* 20. Amalricus *R* 2. *M* 2; Amalericus *M* 1; Amaricus *M* 5; Amalicus *V* 2. reg. a. V *des. E* 2. ‖ *l.* 21. Theudi *M* 3. 6; Theudis *M* 1; Teuclis *M* 4; Teudo *V* 2; *deest E* 2. XVI] XVII *E* 2. *V* 2. *M* 6; VI *M* 4; V *M* 5. ‖ *l.* 22 (*col.* 1). menses] m̄ *semper R* 1. dies] đ *semper R* 1. (*col.* 2). menses] mens̄ *semper R* 2. m. VI] m. I *M* 1. 2. 4; *des. E* 2. *V* 2. *M* 5.

1) *Lectio in utroque textu corrupta; fortasse:* d. VII. 2) *Numerus annorum falsus est; fortasse ex mensium numero, qui numero annorum nunc omisso olim addita erat, receptus.* 3) *Numerus fortasse corruptus ex* XXII. 4) *Numerus fortasse corruptus ex* V; *cf. text. A.* 5) *Textus B veram lectionem praebere videtur; cf. 'N. Arch.' XXVII, p.* 417 *sq.*

Textus A (ex codice R 1).	*Textus B (ex codice R 2 ceterisque).*
(21. 22) Theudisclus[1] regnavit annos V, menses III.	(21) Teudisclus regnavit annum I, menses VI, dies XIII.
	(22) Agila regnavit annos V, menses III.
(23) Athanagildus[2] regnavit annos XVI, menses VI.	(23) Atanagildus[2] regnavit annos XV, menses VI; (24) vacante regnum menses V, et alibi XIII[3].
(25) Leuua[4] regnavit annos IIII, menses IIII.	(25) Liuba[4] regnavit annum I.
(26) Liuuigildus regnavit annos XVIII, (27) sed secundo anno Leuuani in regno levatus est.	(26) Liuuigildus* regnavit annos XVIII.
(28) Reccaredus[5] regnavit annos XV, menses VII, dies XX.	(28) Reccaredus[5] regnavit annos XV, menses VI, dies X.
(29) Item Leuua regnavit annum I, menses VI, dies XII.	(29) Item Liuua regnavit annum I, menses VI.
(30) Wittiricus regnavit annos VII, menses VIIII, dies XXVI[6].	(30) Wittericus regnavit annos VI, menses X.
(31) Gondemarus[7] regnavit annos II, dies X.	(31) Gundemarus[7] regnavit annum I, menses X, dies XIIII.
(32) Sisebutus regnavit annos VIII, menses X, dies XX[8].	(32) Sisebutus regnavit annos VIII, menses XI, dies XVI[8].
(33) Reccaredus[9] minor regnavit annum I, menses II, dies X.	(33) Item Reccaredus regnavit annum I, menses III.

*) *E* 2. *V* 2*:* Liuuigildus dux reg. ann. XVII. Teudericus reg. ann. I, m. VI. d. XIIII. Item Liuua reg. ann. V, m. I. Leuuegildus reg. ann. XVII.

l. 2. Teodisclus *M* 5. annum] an̄ *R* 2. ann. I *etc.*] an. IIII. d. VI *M* 5. ‖ *l.* 3. VI] VII *E* 2; IIII *M* 2; V *M* 1; X *V* 2. dies] đ *plerumque* *R* 2. XIII] IIII *M* 2; VI *M* 5. ‖ *l.* 4. m. III] mens̄ VI dies XIII *R* 2. ‖ *l.* 6. XV] XII *M* 3. vacante — XIII *des.* *E* 2. *V* 2. *M* 2. 5. vacantem *E* 1. *M* 3. ‖ *l.* 8. Leuba *E* 2; Liuua *M* 3. ‖ *l.* 10. Leuuegildus *M* 1; Leuuigildus *M* 4; Leouigildus *M* 5. XVIII] XVII *M* 2. ‖ *l.* 13. Recaredus *M* 1. 4. 5; filius eius *add.* *M* 4. XV] III *E* 2. *V* 2. *l.* 14. VI] *ita* *R* 2. *E* 1. *M* 3; *deest* *E* 2; I *cett.* d. X *des.* *E* 2. ‖ *l.* 15. Leuua] l : : ua *R* 1. Liuba *M* 1. 4. 5. 6; Liufa *V* 2. ‖ *l.* 16. VI] V *M* 5; X *V* 2. ‖ *l.* 17. Witericus *M* 1. 6; Witerigus *M* 5; Guitericus *V* 2. ‖ *l.* 18. X] VI *V* 2; III *M* 2. ‖ *l.* 19. Gundenarus *E* 1. *M* 3; Gondemarus *E* 2. *V* 2. *l.* 20. XIIII] XV *E* 2; XIII *M* 1. 4; III *M* 2. ‖ *l.* 21. Siseuutus *E* 2; Sissebotus *M* 3; Sisebotos *M* 2. VIII] VII *E* 1; VI *M* 2; *deest* *E* 2. ‖ *l.* 22. XI] VI *M* 1. 2. 4; VII *V* 2; V *M* 5; *deest* *E* 2. XVI] XIII *V* 2; XXI *M* 2; XI *M* 5. ‖ *l.* 23 (*col.* 1). minor] *ita legimus* *R* 1; [fil]ius (fil *evan.*) *ed. Mommsen.* (*col.* 2). Recaredus *E* 1. *V* 2. *M* 3. 5; Recarendus *M* 2. ann. I, mens. III] *ita* *E* 2. *V* 2; ann. I et m. I 2; ann. III *R* 2. *E* 1. *M* 3. 5; an. IIII *M* 1; menses III *M* 4. 6. ‖ *l.* 25. Liuuigildus] Liugildus *E* 2; Tiuuigildus *hic et infra* *V* 2. VI] VII *E* 2. ‖ *l.* 26. Liuua reg. a. V] Liuba an I *V* 2.

1) *Textus A perperam tempora Agilani cum nomine Theudiscli coniunxit.* 2) *Lectio textus B regnum Athanagildi recte indicare videtur; cf. l. c. p.* 419. 3) *Dubium est, quid numerus* XIII *indicet; Th. Mommsen* alibi *emendavit in* dies. 4) *Textus A ad universi regni tempus, B ad solum tempus ante Leovigildum in regnum elevatum spectare videtur.* 5) *Lectio textus A praeferenda videtur; cf. l. c. p.* 427 *sqq.* 6) *Textus A errat in annis, accuratius autem menses et dies indicare videtur; legendum videtur:* ann. VI, m. VIIII, d. XXVI; *cf. l. c. p.* 427 *sq.* 7) *Textus A regnum Gundemari ex alio termino computare videtur ac B; cf. l. c. p.* 428. 8) *Textus B veriorem fortasse lectionem praebet; cf. l. c. p.* 430. 9) *Reccaredi II. vivente patre in regno recepti et post eius mortem paucos tantummodo dies regnantis universum regnum textus A accuratius quam B indicare videtur.*

Textus A (ex codice R 1).

(34) Suinthila regnavit annos X.

(35) Sisenandus regnavit annos V[1].

(36) Chintila regnavit annos III, menses VII[2].

(37) Filius eius Tulga regnavit annos II, menses V[3].

Abhinc deficit textus A.

Textus B (ex codice R 2 ceterisque).

(34) Suuintila regnavit annos X.

(35) Sisenandus regnavit annos IIII, menses XI, dies XVI[1].

(36) Chintila regnavit annos III, menses VIIII, dies VIIII[2].

(37) Tulga regnavit annos II, menses IIII[3].

---

(38) Chindasvindus solus regnavit annos* VI, menses VIII, dies XX[4]. (39) Item cum filio suo Recesvinto rege regnavit annos IIII, menses VIII, dies XI**. (40) Obiit pridie kalendas Octobris era DCLXLI[5].

(41) Reccesvintus solus*** regnavit annos† XXIII, menses VII, dies XI[6]. (42) Obiit kalendas Septembris die IIII. feria, hora III, era DCCX, anni incarnationis domini nostri Iesu Christi DCLXXII, anni cycli decemnovalis octavo, luna III[7]. (43) Idem cum patre suo regnavit annos IIII, menses VIII, dies XI.

*) *M* 5: ann. VI, m. VIIII, d. III; *M* 4: ann. VI, m. VIIII.

**) *Pro reliquis, quae desunt, continuationem B addunt E* 2. *V* 2.

***) solus *deest M* 1.

†) *M* 5: ann. XVIII, m. XI.

l. 2. Suintila *E* 2. *M* 1. 5; Sinthila *M* 4; Guntila *V* 2. *l.* 3. Sisnandus *M* 4. annos IIII] ann. III *V* 2. *M* 1. 2. 4; anno *M* 5. *l.* 4. menses XI] menses VI *V* 2; m. II *M* 2; *des. M* 4. dies XVI] d. XXI *V* 2; *des. M* 2. 4. 5. ‖ *l.* 5. Cintila *M* 5; Thintila *V* 2; Sinthila *M* 4; Scintilla *M* 2. *l.* 6. menses VIIII] m. VIII *M* 1. 4. 5; *des. M* 2. dies VIIII] d. VIII *M* 1; d. VII *M* 5; *des. M* 2. *l.* 7. Tulga *deest M* 2. ann. I et m. III *M* 2. ‖ *l.* 8 (*col.* 1). V] *ita aperte R* 1. ‖ *l.* 10. Chindasuuindus *E* 1; Chindesindus *E* 2; Cindasvindus *M* 1. 4. 5. solus reg.] regn. *R* 2; solus *V* 2. VI] VII *E* 2. *V* 2; V *E* 1. VIII] *ita E* 2. *M* 1; XIII *R* 2. *E* 1. *M* 3; VIIII *V* 2. XX] XV (?) *E* 2. ‖ *l.* 11. Recesvinto *corr.* Recces. *R* 2; Reces . . . *E* 2; Recensvindo *E* 1; Recessvindo *M* 3; Recessvintus *V* 2, *ubi* rege reg. *desunt;* domno Recesvindo (Recensvindo *M* 1) *M.* IIII] III *M* 1. 4. VIII] VIIII *R* 2; VII *M* 5; IIII *V* 2. XI] IX (= XI) *V* 2; XII *E* 1; XIII *M* 3; X *M* 5. Obiit — DCLXLI *des. V* 2. *l.* 12. DCLXLI] DCLXI *E* 1. *M* 1. 3; *sed in margine:* DCLXXXXI·DCXCI *M* 1. ‖ *l.* 13. Recessvindus *E* 1. *M* 1. 3; Recesvintus *M* 4; Recesvindus *M* 5. XXIII] XIII *Pith.* VII] VI *M* 1. 4. ‖ *l.* 14. kal.] klds *R* 2; kl *E* 1. Sept.] Seprb *R* 2; Sept. *E* 1. hora] ɵ *R* 2. ‖ *l.* 15. DCLXXII] *ita R* 2. *M* 1; DCCLXII *E* 1. *M* 3. decemnovalis] *ita R* 2; decennovalis *E* 1; decemnovennalis *M.*

1) *Temporis definitio in textu B, ut est accuratior, praeferenda videtur.* 2) *Textus A lectionem erroneam, B meliorem praebet; cf. l. c. p.* 424. 3) *Lectionem textus B meliorem esse existimo; cf. l. c.* 433 *sq.* 4) *Secundum textum, quem plerique codices praebent:* a. VI, m. VIII, d. XX *regni initium fuit d.* 30. *April. a.* 642, *secundum lectionem autem codicis M* 5 *sub asterisco positam potius d.* 17. *April., quo die etiam notitia quaedam a Th. Mommsen, Chron. min. II, p.* 260 *edita Chindasvindum regnum accepisse tradit:* Cindasvindus accepit regnum in die III (*l.* IV.) feria, quae fuit XV. k. Maias in Pampilica. *Fortasse d.* 17. *April. Pamploniae electus, d.* 30. *April. Toleto unctus est.* 5) *D.* 30. *Sept. a.* 653. 6) *Reccessvindus regnavit inde a d.* 20. *Ian. a.* 649 *usque ad d.* 1. *Sept.* 672, *quod efficit a.* 23, *m.* 7, *d.* 11; *neque vero 'solus' per hoc tempus regnavit. Ergo codex M* 1 *correctius omittit vocem 'solus'. Solus autem regnavit revera* a. XVIII, m. XI, *quod praebet codex M* 5. *Fortasse olim utrumque temporis indicium hoc modo scriptum erat:* Reccaredus regnavit a. XXIII, m. VI, d. XI, solus a. XVIII, m. XI. *Cf. l. c. p.* 431 *sq.* 7) *Universa temporum indicia quadrant in d.* 1. *Sept. a.* 672.

(44) Suscepit autem dominus Wamba regni gubernacula eodem die, quo ille obiit, in supradictis kalendis Septembris, dilata unctionis sollemnitate usque in diem XIII. kalendas Octobris, luna XXI, era, qua supra[1]. (45) Idem quoque gloriosus Wamba rex regnavit annos VIII, mense I. (46) Accepit quoque penitentiam predictus princeps die dominica exeunte, hora noctis prima, quod fuit pridie idus Octobris, luna XV, era DCCXVIII[2].

(47) Suscepit autem succedente die II. feria gloriosus dominus noster Ervigius regni sceptra, quod fuit idus Octobris, luna XVI, era DCCXV[III][3], dilata unctionis sollemnitate usque in superveniente die dominico, quod fuit XII. kalendas Novembris, luna XXII, era, qua supra[4].

CONTINUATIONES.

A. Codicis Soriensis (M 1).

(48) Item quoque gloriosus Ervigius rex regnavit annos VII, dies XXV.

(49) In quo die[5], in ultima egritudine positus, elegit sui successorem in regno gloriosum nostrum domnum Egicanem et altera die, quod fuit XVII. kal. Dec.[6], die sexta feria, sic idem domnus Ervigius accepit penitentiam et cunctos seniores absolvit, qualiter cum iam dicto principe glorioso domno Egicane ad sedem regni in Toleto accederent. (50) Unctus est autem dominus noster Egica in regno in ecclesia sanctorum Petri et Pauli pretoriensis sub die VIII. kal. Dec., die dominico, luna XIIII, era DCCXXV[7].

(51) Unctus est autem Vitiza in regno die, quod fuit XVII. kal. Dec., era DCCXXXVIII[8].

B. Codicum E 2. V 2.

Wamba reg. ann. VIII, m. VI, d. XIIII. Ervigius reg. ann. VII. Egiga cum filio suo Witizane reg. ann. XXIII. Achila reg. ann. III. Ardo reg. ann. VII. Et fuerunt reges Gotorum, qui regnaverunt, XL.

C. Codicis Legionensis (M 5).

Ervigius re. an. VII, ms. X. Egiga regnavit annos XV. Vitiza regnavit annos XII. Ruderigus re. ann. VII, ms. VI.

(Reliqua omittimus).

l. 1. dominus] *ita R* 2. *E* 1; domnus *M* 3; gloriosus domnus *M.* guvernacula *R* 2. ‖ *l.* 2. Septembribus *E* 1. diem] die *E* 1. *M* 3. XIII] *ita M* 1. 3 *et fortasse E* 1; XIIII *cett.* ‖ *l.* 3. klđs *R* 2. XXI *R* 2^{a}. *E* 1^{b} *(ita sec. Mom.). M* 1; XI *R* 2. *E* 1 *sec. Mom. R* 2^{b}. *E* 1^{a}. *M* 3. qua] quo *R* 2. W. gl. rex *M* 3; rex *om. M.* ‖ *l.* 5. hora] ora *R* 2. XV] *ita codd.; rectius* XIIII. ‖ *l.* 7. dominus] *ita R* 2. *E* 1; domnus *M.* ‖ *l.* 8. DCCXVIII] *ita Pith.;* DCCVIII *R* 2. *E* 1. *M* 3. ‖ *l.* 9. solemnitatem *E* 1. supervenientem die dominico *E* 1. XII] *ita E* 1^{b}. *M;* XIIII *R* 2. *M* 3. quartodecimo *E* 1^{a}. ‖ *l.* 10. qua] quo *R* 2. *E* 1. ‖ *l.* 15. XVII. kal. Dec.] *ita exemplar Soriensis in codice Matr. F* 58; XVII kal. Sept. *cetera exemplaria.* ‖ *l.* 24. Guamba *V* 2. m. VI *des. V* 2. XIIII] X *V* 2. Egica *V* 2. ‖ *l.* 25. Witizane] Guitica *V* 2. reg. *hic et infra deest V* 2. III] XX *V* 2. ‖ *l.* 26. et — XL *des. V* 2.

1) *Indicia temporum, inter se concordantia, in d.* 19. *Sept. a.* 672 *conveniunt, quae dies erat dominica.* 2) *Conveniunt indicia temporum in d.* 14. *Oct. a.* 680, *praeter lunam, quae esse debuit XIV. Cf. quae exposuit M. Tangl, 'N. Arch.' XXVII, p.* 437, *n.* 1. 3) *D.* 15. *Oct. a.* 680. *Luna debuit esse XV; cf. n.* 2. 4) *D.* 21. *Oct. a.* 680. *Luna debuit esse XXI; cf. n.* 2. 5) *D.* 14. *Nov. a.* 687; *cf. n.* 6. 6) 15. *Nov. a.* 687; *quod tempus convenit cum eis, quae refert* § 48. 7) *D.* 24. *Nov. a.* 687. 8) *D.* 24. *Nov. a.* 700.

ADDITAMENTUM.

CAPITA INFERIORI AEVO IN SINGULIS CODICIBUS ADSCRIPTA.

1. *Caput insertum in L. Vis. II, 1, 25.*

Si[1] de facultatibus vel rebus maximis iudicetur.

Quod si placitum est de grandes causas, iudex ante ambas partes de illos homines, qui habent ipso placito, scribat II iudicia de simili compositione et subscriptione et donet unum ad unam partem de illis et alterum ad alteram partem de illis, qui habent placitum inter se. Ac si non est placitum de grandes causas, ille homo, qui accepit vel recuperavit sive deliberavit sibi suum directum, habebit secum scriptum seu creditionem, quomodo iudicatum est, et per ipsum iudicium suum directum eripuit. Et ille, qui victus est per iudicium, habebit similem translatum de ipsis conditionibus, habebit firmatum ab illius testibus, qui firmaverint se in ipsis conditionibus supradictis. Et si hoc ille unus alter se querebat, se recognoverit de praedicta causa iuris querelantis esse, et testes non fuerint dati, tamen non contencio iam amplius surgat, scriptum debet esse et firmatum manu iudicis. Et si hoc fuerit unus homo, habeat testes, et dum stat iudex, ut recipiat illarum testimonium, alter homo, apud quem habet contentionem, subtrahit se de iudicio propterea, ut testimonium non recipiat, de illis testibus liceat iudici accipere illorum testimonium, consignare illam rem unum placitum comotum et in potestate illius, qui illos testes adduxerit.

2. *Capita inserta in L. Vis. XII, 2 in fine.*

A.

Titulus de conviciis et verbis odiose dictis.

I. Si[2] quis violentus homo contra hominem aliquis ad aliquem dixerit macrosum capite vel cervice, et ille non habuerit, cui dixerit, criminator extensus ante iudicem L flagella suscipiat.

II. Si quis genebrosum vel cotrosum dixerit, et ille non habuerit, cui dixerit, dictor criminis extensus ante iudicem CL flagella suscipiat.

1. *Cod.* V 4 *praebet in II.* 1. 25 *inter* movetur *et* Si vero *supra p.* 72, *l.* 5. 6. — *l.* 4. iudicetur] ut dicitur V 4. ‖ *l.* 5. Quod] qui V 4. grandes] g̃ndes V 4. ambes V 4. ‖ *l.* 8. grandes] g̃ndes V 4. *l.* 10. creditionem] *fortasse* conditiones *corrigendum.* ‖ *l.* 14. tamen] tū V 4.

2. *A. B. Codd.* V 9. 15 (= *Mad. p.* 147). 17. 18. 19. — *l.* 22. Titulus de conviciis — I. *des.* V 9. ‖ *l.* 23. I. *Mad. ante rubricam posuit.* marcosum V 15. ‖ *l.* 24. cervice] vertice V 19. ‖ *l.* 26. gotrosum V 15.

1) *Hoc caput praebet paraphrasim satis barbaricam et haud plane intelligibilem ipsius legis II, 1, 25.* 2) *Convicia, quae c.* 1—3 *referunt, interpretari non ausus sum. Verba obscura ad corporis defectus spectare videntur.*

III. Si quis uuigosum dixerit, id est tauposum vel disturpatum, et ille non habuerit, dictor criminis extensus ante iudicem XXX flagella suscipiat.

IIII. Si quis circumcisum dixerit vel disturpatum, et ille non habuerit, dictor criminis extensus publice CL flagella suscipiat.

V. Qui ponderosum dixerit, et ille non habuerit, dictor criminis extensus publice CL flagella suscipiat.

VI. Qui Sarracinator dixerit et non probaverit, dictor criminis extensus ante iudicem CL flagella suscipiat.

B.

De[1] his, qui se in gladiis impulerint alienis.

Si quis lanceam vel quodlibet gladium in manu sua tenens, dum non sperans, et aliquis in eodem gladio inciderit sine voluntate eius, qui gladium in manu sua tenuit, dum sacramento se expiaverit, non inde conscium fuisse, vulneratus suae imputet culpe. Quid enim culpe eius poterit extimari, qui nesciens hoc factum gladium in manu sua tenuit?

C.

De[2] contumelio ingenuorum.

Si quis aliquem hominem ingenuum pedibus traxerit sine culpa aut subguturaverit aut capillos capitis abstraxerit, si nullus livor apparuerit, pro singulis obiectionibus, que superius continentur, coactus a iudice quinque solidos reddat, cui iniuriam fecerit. Et si non habuerit, unde componat, districtus a iudice quinquaginta flagella suscipiat.

D.

Qualiter[3] examinatio debeat fieri.

Hic ordo servabitur. In libro XII, titulo tertio, sententia octava decima:

De mensura et ordine examinationum kaldarie.

Tres uncias semis atque pueritia innocens, tota manu sana et totum corpus absque macula. Lapides tres manu dextra in caldaria mittat et postea eiciat. Et si formidulosus lapidem non eiecerit aut bis aut tertio pro uno negotio manum miserit, aut supra mensuram caluerit aqua, omnino examinatio invalida erit. Et qui prosumpserit mensure pondere taxatum, negotium reparaverit valituram inter omnia ac censura plenum robur obtineat. Haec est in quinquagesimo canone de coercitione principum et episcoporum auctorica regula. Mancipium, dum quindecim annos habuerit, mittat manum in caldaria, usque in XVII. annum ipsa est pueritia.

l. 1. vigosum *V* 15; viougosum *V* 18. tauposum] taopasum *V* 15. || *l.* 3. circumcisus *V* 9. *l.* 7. Sarracinator] *ita V* 9. 19; Sarracinatum *V* 17. 18; Sarracinatorem *V* 15. dixerit] *ita V* 17. 18; *deest cett.* || *l.* 10. in *deest V* 19. alienis impulerint *V* 15. || *l.* 11. quemlibet *V* 19. || *l.* 13. inde] in se *V* 9. || *l.* 14. extimari] *ita V* 9; estimari *cett.* factum *deest V* 19. || *l.* 15. in *deest V* 19.

2. *C. Codd. V* 9. 15 *(= Mad. p.* 147*)*. 17. 19. — *l.* 17. contumeliis *V* 19. || *l.* 18. subguturaverit] *ita V* 9; subcuraverit *V* 19; subgitaverit *cett.* || *l.* 19. abstraxerit] adtraxerit *V* 19. pro s. ob.] per singulas obiecciones *V* 19.

2. *D. E. Codd. V* 9. 15 *(= Mad. p.* 147*)*. — *l.* 23. Qualiter — kaldarie *des. V* 9. || *l.* 24. octava decima] XXVIII *fortasse corrigendum.* || *l.* 25. examinationem kalde *V* 15. || *l.* 27. manum dextram *V* 9. postea] petram *V* 9. prosumpserit] *ita V* 9; presserit *V* 15. || *l.* 33. caldaria] calda *codd.* in XVII° anno ipsa *V* 9.

1) *Cf. VI,* 5, 2 *sq.* 2) *Hoc caput supplemento est titulo VI,* 4; *cf. VI,* 4, 7. 3) *Cf. VI,* 1, 3.

E.

II. De pondere et mensura.

Auri libra I: LXXII solidos auri. Uncia una: VI solidos. Statera auri I: III solidos. Dragma I: XII argenteos. Tremisse I: quinque argenteos. Seliqua I: argencium et tertia pars argencii. Baldres[1] faciunt argencotabili.

l. 2. De mensura et pondere *V* 9. ‖ *l.* 3. libra I] id est *add.* *V* 15, *et similiter infra.* *l.* 4. Tremisse I] Bremisse I *V* 9; id sunt *add.* *V* 15. Sceliqua *V* 15. ‖ *l.* 5. argencii] de argenzo *V* 15. argencotabili] *ita* *V* 9; argenzotabli *V* 15; argencontabili *Mad.*

1) *Haec verba non intelligimus.*

SUPPLEMENTA.

1. SUPPLEMENTA EX LEGE ROMANA EXCEPTA.

I. PRAESCRIPTIO, COMMONITORIUM, SUBSCRIPTIO.

Recensuit

THEODORUS MOMMSEN.

(Ex prolegomenis editionis Theodosiani, quam Th. Mommsen mox publicabit).

1. *PRAESCRIPTIO.*

In hoc corpore continentur leges sive species iuris de Theodosiano vel de diversis libris electae vel, sicut praeceptum est, explanatae anno XXII. regnante domno Alarico rege[1] ordinante viro inlustre Goiarico comite.

2. *COMMONITORIUM ALARICI REGIS.*

Exemplar auctoritatis.

Commonitorium Timotheo v. spectabili comiti.

Utilitates populi nostri propitia divinitate tractantes hoc quoque, quod in legibus

Indicatio signorum, quibus codices in editione Theodori Mommsen notantur: N = Paris. 4404; S = Paris. 4405; 11 = Paris. 4406, f. 57—59; hi tres Breviarii pleni. — 24 = Montispessul. 136; 27 = Paris. 4408; 29 = Paris. 4410; 37 = Ambros. C 276 inf.; 38 = Lugd. Voss. Q 47; 39 = Varsov. Keller.; 43 = Berol. q. 150; 44 = Paris. 9652; hi omnes Breviarii decurtati. — 64 = Berol. Phill. 1735, Epitome Monachi. — A[1] = Paris. 4409, Epitome Aegidiana. — Ex apparatu pleno lectiones selectas damus.

1. *Praescriptionem praebent ante Commonitorium codd. S. 64. Cuiacii ed., post Comm. codd.* 27. 39. 43. 44. — *l.* 9. species] mores speties 27. teodosiano *S.* vel de] de 27. 39. 43. 44; et *Cui. l.* 10. electae] edictae 27. 44. vel] et *Cui.* explanatae] exemplatae 64; explanari 27. 39. 43. 44. XXII] XXI 27. 39. 43. 44; *evan.* 64. regnante d. Al. rege] *S*; . . . . . riosissimi regis alarici 64; regnante alarici regi 27 (regi *om.* 27[a]); regnante alarici *S.* 43; regni alarici 39. 44. ‖ *l.* 11. viro inlustre] viro inlustri *Cui.*; vir inluster 27. 39. 43. 44; *evan.* 64. Goiarico] *S*; gotharico 27. 39. 43. 44; *evan.* 64.

2. *Commonitorium. Adhibiti sunt codd. N. S.* 11. 24. 27. 29. 37. 38. 39. 43. 44. 64. *A*[1]. — *l.* 13. Ex. auct.] *S.* 64. *Cui.*; auctoritas (auctori 27) alarici regis (rege *N*) *N.* 11. 27. 29. *A*[1]. ‖ *l.* 14. Commonitorium Timotheo v. spectabili comiti] *S. Cui.*; cum *(sequentia evan.)* 64; commonitorium ad Nepotianum . . . amen *fortasse exhibet* 24; *om. reliqui, sed in fine:* explicit commoneturium 38. ‖ *l.* 15. utilitatis 11. 24. 27. 29. 37. 43; utilitatatis *N*; utilitas 38; utilitate 64. tractantis 11. 29. 38. legibus] iure *N.* 11. 29. 37. 38. 64.

1) *A. p. Chr.* 506.

videbatur iniquum meliore deliberatione corrigimus, ut omnis legum Romanarum et antiqui iuris obscuritas adhibitis sacerdotibus ac nobilibus viris in lucem intellegentiae melioris deducta resplendeat ac nihil habeatur ambiguum, unde se diuturna aut diversa iurgantium inpugnet obiectio. Quibus omnibus enucleatis atque in unum librum prudentium electione collectis haec quae excerpta sunt vel clariori interpretatione conposita venerabilium episcoporum vel electorum provincialium nostrorum roboravit adsensus. Et ideo secundum subscriptum librum, qui in thesauris nostris habetur oblatus, librum tibi pro discingendis negotiis nostra iussit clementia destinari, ut iuxta eius seriem universa causarum sopiatur intentio nec aliud cuicumque aut de legibus aut de iure liceat in disceptatione proponere nisi quod directi libri et subscripti viri spectabilis Aniani manu, sicut iussimus, ordo conplectitur. Providere ergo te convenit, ut in foro tuo nulla alia lex neque iuris formula proferri vel recipi praesumatur. Quod si factum fortasse constiterit, aut ad periculum capitis tui aut ad dispendium tuarum pertinere noveris facultatum. Hanc vero praeceptionem directis libris iussimus adhaerere, ut universos ordinationis nostrae et disciplina teneat et poena constringat.

Recognovimus.

Dat. IIII. non. Feb. anno XXII. Alarici regis[1] Tolosae[2].

3. *SUBSCRIPTIO.*

A.

Anianus vir spectabilis ex praeceptione gloriosi Alarici regis hunc codicem de Theodosiani legibus atque species

B.

Anianus vir spectabilis ex praeceptione domni nostri gloriosissimi regis Alarici ordinante viro magnifico et inl.

l. 1. videbatur] habebatur 11. 64; habebantur *N.*; habeatur 29. 37. 38. iniquum] esse iniquum 24. meliore] meliori *S.* 27. 43. 44. *A* 1; meliora 24. corrigimus] corregimus *S.* 11. 24. 27. 37. 43; corregimur 29. 38. 64. omnis] *S.* 24; omnes *N.* 11. 27. [illegible] Romanarum] romanorum 24. 27. 29. 38. 44. *A* 1. ‖ *l.* 2. adhibitis] adebitis 11. 29. ac] hac *S.* 24. *A* 1. ‖ *l.* 3. nihil habeatur] nuper habebatur 11. 29. 37. 38. 64. ‖ *l.* 4. enucleatis] inoblegatis (inobligatis 37) 11. 29. 37. 38; involutis *N.* ‖ *l.* 5. excerpta] excerta 27. 43; excepta 24. 44. 64. *A* 1; scripta 11. 29. 37. 38. clariore 11. 24. 29. 37. 38; clariorem 64. interpretationem 64. ‖ *l.* 7. secundum *om.* 27. 43. 44. *A* 1. subscriptum] scriptum *N.* librum *om.* 38. thesauris] tabulis *Til. Cui. (text.).* nostris] nostros *N.*; *om.* 27. 43. 44. *A* 1. *Til. Cui. (text.).* ‖ *l.* 8. oblatus] *N. S.* 11. 24. 27. 38. 43. 44. *A* 1; ablatos (?) 37; oblatum *Cui. (marg.)*; collectus *Til. Cui. (text.).* librum] librus 24; *om.* 27. 43. 44[b]. *Til. Cui.* discingendis] *N.*; distinguendis *S.* 24; distringendis 27. 43. 44; discutiendis (-tis 38) 11. 29. 37. 38. 64. ‖ *l.* 9. sopiatur] supiatur 11[a]; subiatur 24. aliud] alium 11. 29. 38. cuiuscumquae 24. aut de legibus] aut legibus *N.* 37; audient legibus 38. ‖ *l.* 11. spectabilis] expectabilis 11. 29. 38. *A* 1; inlustris 24. Anniani 11. 27. 43. 44[a]. complectetur *N.* ‖ *l.* 12. proferre 24. 29. 38. vel] vel aut 11[a]. 29. 38. 64. ‖ *l.* 13. Quod factum si *S.* fortasse] forte 11. 29. aut ad] tam ad *N.* ‖ *l.* 14. pertinere] *S.* 24 *soli*; *om. cett.* praeceptione 27. 38. 43. directis libris] directi libri secuti 24. ‖ *l.* 15. adhereri 11. 29. 38. 64. universus *N.* 24. 64; universi 11. 29. ordinationes 24. ‖ *l.* 17. Recognovimus [illegible] *Cui.* [illegible] *N. S.* 11. 29. 38. ‖ *l.* 18. Dat.] *S.*; dat. sub die [illegible] HII] III *N.* Alarici regis Tolosae] *S. Cui.*; regnante Alarici regis (Alaricis 38) Tolosa (Tolose 11) 11. 29. 38; Tholosa regnante Alarico rege *N.*

3 *A.* *Subscriptio.* *Habent libri Epitomae Aegidianae post Commonitorium* 1. *Paris.* 4409. *f.* 144; 2. *Paris.* 4416; 3. *Paris.* 4417; 4. *Paris.* 4626; 5. *Paris.* [illegible] *suppl.* 204. — *l.* 21. An. v. sp. *om.* 1. spectabilis] expectabilis 2. perceptione 2; ceptione 4. ‖ *l.* 22. gloriosi *om.* 2. ‖ *l.* 23. Theodosianis 2. species 1; sententiis 2.

3 *B.* *Subscriptio.* *Exstat* 1. *in codice Epitomae Monachi Berolin. Phillipps.* 1735; *item in codicibus* [illegible]: 2. *Paris.* 4409. *f.* 120; 3. *Vatic. reg.* 1050; 4. *Vatic. Ottobon.* 2225. — *l.* 21. Annianum [illegible] expectabilis 1; scolasticus 2. 4. ‖ *l.* 23. vero magnifico 1. et *om.* 1.

1) *D.* 2. [illegible] *a.* 506. 2) [illegible]

A.

iuris vel diversis libris electum Aduris[1] anno XXII. eo regnante[2] edidi atque subscripsi.

B.

Goiarico com. hunc codicem legum iuris secundum authenticum subscriptum vel in thesauris editum subscripsi et edidi sub die III. non. Febr. anno XXII. domno nostro Alarici regis[3].

II. LEX THEUDI REGIS DE LITIUM EXPENSIS ET COMMODIS IUDICUM ET EXECUTORUM INSERTA CODICI THEODOSIANO LIB. IV. TIT. XVI.

(Ex codice capituli Legionensis rescripto.)

(p. 36) Flavius[4] Theudis rex . . . . . [uni]versis rectori-
bus et [iudicib]us . . . .
Cognovimus[5] provinciales adque universos populos
nos[tros] . . . . . . litium sumptibus vel expen-
sis . . . . contritos qui se vim
talibus in . . . . sponte sua non feratur in preceps.
Cog . . . . andi principib[us] . . ferum faciat
largitor tamen . . . . . . possessionis malum
nostri . . . . et pro ea re temporib[us]
quatinus potest . . possessor dispendiorum male
conprehensos . . . . . . mus periturus obcubat,
idcirco servari sanctione censimus, ut in causis, quibus
leges . . . . s dare constituerunt,
dum aput vos p . . . . ad finem
discussionis . . . . cum ev[e]ctio-
ne . . . in discussionibus prolixitate sicut per-
son . . . . vel quantum
testibus . . . . qualitatem adque
in eorum sumptus vel in evectiones expenderit,
examussim inquirite,
(p. 37) et ut rationabiliter reddi perpenderitis, veridica
extimatione decernite; quoniam iustum est, non pro
espontis arbitrio, sed iusta ratiocinantis examine
normam sumptuum extimari. Si qua sane preter
ea, que sursum dicta sunt, pro expediendis talibus nego-

l. 2. Adiuris 4. ‖ *l.* 3. eo] ego 5.

l. 2. Gaiarico 1. hunc *om.* 1. legum iuris 1. 4: legum 2. ‖ *l.* 3. scriptum 4. ‖ *l.* 4. editum 1. 2: traditum 4. edidi] dedi 4. ‖ *l.* 5. III] IIII 4. ‖ *l.* 6. Alarici regis] 1; Alarico rege 4.

l. 11. rex] *sequuntur fortasse* PR *in c.* ‖ *l.* 12. indicibus] .ud(?)...us *c.* ‖ *l.* 14. litium] litigium *c.* ‖ *l.* 15. qui se ui *Mat.*; quis [enim] *Violet.* ‖ *l.* 21. *super pagina rubrica:* THEVDI REGIS *c.* ‖ *l.* 25. evictione *Mat.* ‖ *l.* 30. examussim inquirite] *haec sola in fine lineae scripta sunt, reliqua linea vacua relicta c.* ‖ *l.* 35. ea que] eaq *c.*

1) *Aturensium civitas, 'Aire, dép. Landes'.* 2) *V. p.* 466, *n.* 1. 3) *D.* 3. *Febr. a.* 506. 4) *Cf. prooemium editionis Matritensis p. XVIII sqq. et commentationem meam: 'Das Processkostengesetz des Königs Theudis. N. Arch.' XXIII. p.* 77 *sqq.* 5) *Cf. L. Vis. II.* 1. 26 *(Recc.* 24*):* Cognovimus *etc.*

tiis fuerant data suffragia, propositae hactionis modum in nulla ratione transcendant. Tunc enim redempta non creditur fuisse iustitia, quandoque minora sunt conmoda quam petita facultas. Quod si intra modum dicta causa extimata non fuerit, saltim ad coequationem petitae venia[nt] facultatis. Statuentes, ne quis vestrum super modum causae damna presumant extendere conmodorum. Quod si factum fuerit, rerum conponendum est satisfactione vestrarum, illis hutique profutura, quibus inposita fuerint maiora dispendia. Simili hetiam conpulsores vel executores decreto prestringimus, ut non pro sua conmoda exiga[n]t volumtate, sed* ab eis, quos propria evectione conpuleri[n]t, subvectum tantum super eum accipiant caballorum. Nec illi prius con[mo]d[a] conpulsionis [exig]ant, quam suas in iudicio litigantes exerent actiones. Conmoda quoque iuxta huius consulti seriem accepturi, id est, ut in milibus quinquaginta acc[i]piant per caballo uno solido uno; ea videlicet ratione, ut in minoribus causis duo tantum, in maioribus vero quatuor caballi sufficiant, cum . . . . . caballos ultra hunc numerum ducere voluerit, absque ullo deductorum[1] damno suo tantum reputabit ornatu. De ea vero, que exigerit, decimum num[mum] pro suo consequatur exercitio; hac conditione [ad]dita, ut, si conmodatas exigerit pecunias, suprascriptum conmodi modum, exactores a reddente, poena[m] recipiente recipiant; quia eum, qui conmodata reposcit, iniustum est conmodis pregravari. De iudicatis rebus id observare
(p. 38) iubemus, ut presumptor quantum instituti conmodi pro rebus tantum prestiti . ., is vero . . . acceptas satisfactione persolvat. Si quis vero [exe]cutorum pretermissa summa superius conprehensa amplius in conmodis suis accipere voluerit, amisso le-

* *Textum mutilum esse suspicor. Supplenda videntur secundum Legem Romanam Burg.* 30, 2 *haec fere:* ab his, quos conveniunt non amplius quam solidus in sportula requiratur et, *vel similia.*

l. 2. transcendant] *ita ed.* transcendat *c.* | *l.* 4. Quod] quo *c.* | *l.* 5. dicta causa] dicta' causa: *c.* | *l.* 6. veniant] veniam *potius restare videtur c.* | *l.* 8. presumant] *sic c.* | *l.* 15. eum] *ita ed. Mat.: de* um *dubitat Violet.* | *l.* 16. conmoda] *ita conieci: censere decet Mat.:* comm ? . d. *Violet.* exigant quam] . . . . . antequam *Mat.:* . . . ant quam *Violet.* | *l.* 22. cum] *de* m *dubitat Violet:* ut si *Mat.* . . . . . caballos] qs . . . alios plus *c. dubitans Violet:* quis plures *c. Mat.* | *l.* 25. nummum] *ita emendavi:* numquam *Mat.:* num . . . *Violet.* | *l.* 28. poenam *de* m *dubitat Violet.* | *l.* 31. *super pagina rubrica:* THEVDI REGIS *c.* | *l.* 32. prestiti . . . . is] prestiti innisis *Mat.:* prestiti innisis *Violet.* | *l.* 34. executorum] *ita emendavi;* accusatorum *Mat.; de lectione dubitat Violet.*

1) *Cf. Cassiodori Var.* IX, 14: ad iudicium deducenti.

gitimo benefacto, de id, quod super accepit, presumptoris satisfactione multetur. Vestrum [aut]em quisquis si fabore lenitus aut redemptione proclivis eorum neglexerit damna et rapinam, quinque se noverit librarum auri multandum fisci conpendiis profuturas. Hanc denique constitutionem vobis dreximus sigilli nostri adiectione firmatam, discernentes, ut saluberrima[e] ordinationis moderationem per universos populos hac locorum iudices aedictis propositis manifestare curetis, quatenus expectata clementiae nostre regnatione fugatum m[ole]stie pavorem cognosca[n]t. Hanc quoque constitutionem in Theodosiani corporis libro quarto sub titulo XVI. adiectam iubemus, ut omnibus scire liceat, que pro omnium salute decreta sunt. Si quis vero post aedictorum publicationem aput discussionem amplitudinis nostre . . . . . circa hanc auctoritatem offerre presumpserit, iubemus, ut iuxta formam legis* conpendiis coactus exsolvat.

Dat. sub die VIII. kalendas Decembrias anno XV. regni domni nostri gloriosisimi Theudi regis[1] Toleto. Recognovimus.

*) *Quaedam omissa videntur; fortasse:* auri quinque libras fisci profuturas.

2. COLLECTIONIS IURIS ROMANO-VISIGOTHICI CAPITA VII—XX.

(FRAGMENTA GAUDENZIANA)[2].

VII. De[3] filiis ante patrem morituris. Si cuicumque moriatur filius eius, antequam ille moriatur, et relinquant ei filii nepotes; ita ut unus relinquat unum filium, et alius relinquat plurimos; et moriatur postmodum avus illorum intestatus: ille unus talem portionem accipiat ex hereditatem avi sui, qualem et alii plurimi, qui de fratre illius nati sunt. Et si fuerint filii tres vel quattuor, et moriantur duo ex illis, et reliquerit unus unum filium, et alius frater plurimos, et moriatur post casus tertius

l. 1. benefacto] *sic pro* beneficio *c.* *l.* 2. autem] *ita fortasse c., certe non* legem, *quod habet Mat.* *l.* 3. lenitus] *sic c.* ‖ *l.* 7. sigillis nostris *c.* ‖ *l.* 11. nostre] NSE *hic et infra c.* regnatione] *ita Violet;* regie *Mat.* ‖ *l.* 12. molestie] *ita coniecit Werminghoff;* mistie *Mat.* ‖ *l.* 18. formam] *incertum c.* *l.* 19. exsolvat] ea solvat *c.: in fine lineae* CIS L *legit Violet.*

Cod. Holkham. 210. — *l.* 27. morituris] *ita c.;* mortuis *Gaud.* *l.* 30. avi] avii *c.* *l.* 32. moriatur] *rad. corr. ex* moriantur *c.*

1) *D.* 24. *Nov. a.* 546. 2) *De his capitibus interpretandis cf. quae in commentatione: 'Eine neuentdeckte westgothische Rechtsquelle' in 'N. Arch.' XII. p.* 389 *sqq. exposui, quibus plerisque assensus est Arthur Benno Schmidt in 'Z. d. Savigny-Stiftung' IX. 'Germ. Abth.' p.* 223 *sqq.* 3) *Hoc caput supplemento esse videtur Antiquae L. Vis. IV,* 2, 8; *cf. IV,* 2, 18.

frater sine filiis, omnes nepotes illius equaliter portionem dividant; hoc est toti. Ita et si due sorores relinquant filios, una plurimos, et alia paucos, et tertia soror moriatur sine filiis, equaliter partiantur filii earum hereditatem, sicut in edictum scriptum est[1].

VIII. De naturalibus, qui de ancilla nascuntur, ita et si de ingenua absconse nati fuerint. Et si non abeat filios de legitima uxore, potest fieri mater eorum, que concuba fuit, uxor; cum conscientia tamen regis[2]. Et postea illa mater filiorum in matrimonio, et filii eius sint liberi; et potestatem habeat si voluerit pater derelinquere illis hereditatem suam. Si autem intestatus obierit, sint illi heredes filii.

VIIII. Si[3] quis non habuerit filios legitimos de legitima uxore natos, et habuerit naturales, quartam partem hereditatis sue habeat licentiam relinquere naturalibus, si voluerit, dum sanus est, per donationis cartulam, aut moriens per testamentum. Ita tamen, si ancilla sit illa concuba ipsius, cum filiis suis ante testes legitimos ingenua dimittatur; ad iunctos filios et matrem illorum det hereditatis sue quartam portionem; nam amplius quarte portionis naturalibus dare non potest. Quod si filios de legitima uxore habuerit, nullatenus ei relinquere liceat naturalibus filiis, nisi duodecimam partem; undecim relique partes ad legitimos remaneant filios. Si vero pater moriens non reliquerit aliquid naturalibus filiis, ingenui sint sivi contenti; et non eos revocet ad servitium legitimi filii.

X. Si[4] quis iudex voluntate sua iudicaverit, et edictum transgressus fuerit propter pecuniam et aliquem preiudicaverit, quadruplum, quantum acceperit, inferat fisco; et amplius iudex non sit. Quod si causam ipsam non preiudicaverit voluntarie, satis reducatur secundum edicti seriem[5].

XI. Si[6] quis iudex miserit nuntium ad aliquem veniendi ad iudicium, et ad quem miserit venire contempserit semel et bis, et si tertio ad iudicis iussum non venerit ad iudicium, perdat causam et restituat debitori suo, quod ei debere constiterit. Et si forte presens non fuerit, quando iudicis preceptio ad domum ipsius venerit, aut infirmitas illum tardaverit, aut forsitan in causa regis fuerit occupatus, si de his tribus una occupatio fuerit super eum, non molestetur. Et si postmodum venerit, restituat debitum suum secundum regis edictum.

XII. Qui[7] ad iudicium iudicatum non reddiderit debitum et contempserit in duobus mensibus, interpellet creditor regem aut iudicem, qui transmittat sagionem cum ipso, et tollat sagio ille de substantia eius, quod ipsum debitum possit valere, quantum creditori suo restituere iussus fuerat, et reddat creditori. Et habeat creditor

l. 1. equaliter *c.* || *l.* 2. si *eadem man. superscr. c.* due *c.* || *l.* 3. equaliter *c.* || *l.* 5. quę *c.* || *l.* 10. sue *c.* || *l.* 11. cKartulam *c.* || *l.* 15. sue *c.* || *l.* 21. voluntarie *c.* || *l.* 25. debitori] *intellige:* creditori. || *l.* 26. presens *c.*

1) *Haec verba ad ipsam legem IV, 2, 8 relegare videntur.* 2) *Cf. Iustiniani Nov.* 74 *pr.* 1. 2; 89, 1—3; *Cassiodori Var. VII,* 40. *Gaudenzi, 'Un antica compilazione' p.* 159 *sq.* 3) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV,* 6, 1 *cum Interpretatione, ad quam hoc caput scriptum est, ut opinor.* 4) *Iudici per pecuniam iniuste iudicanti aliter atque in lege antiqua II,* 1, 21 *poena quadrupli statuitur; cf. Ed. Theoderici c.* 2: Iudex, si pecuniam . . . acceperit . . ., in quadruplum, quod venalitatis studio accepit, exsolvat . . . *De eo, qui tantummodo per ignorantiam vel neglegentiam iniuste iudicat, ad ipsam legem Visigothicam remittitur.* 5) *II,* 1, 21. 6) *Hoc caput fortasse supplemento erat legi antiquae, cui Chindasvindus suam II,* 1, 19 *substituit. Id, quod hic constituitur, ut contumax ter frustra conventus per sententiam causam perdat, convenit cum Romanis legibus, neque vero cum Visigothicis; si tamen ex Chindasvindi lege de antiquaria deperdita coniecturam facere licet.* 7) *Cf. Ed. Theoder. c.* 131.

ille pecuniam apud se, usque dum reddatur ei debitum suum, quod ei lex reddi precepit.

XIII. Si quis causam habet cum alio homine, sicut superius scriptum est, ad regem proclamet aut ad iudicem, quem rex constituit. Quod[1] si prius, quam interpellet, pigneraverit et tulerit ei unum caballum, conponat solidos tres. Quod si bobem iugalem tulerit, det solidos duos ad hominem illum, cui caballum sibe bus fuerit; et quod pigneravit restituat. Si autem mancipium pigneraverit, cum tres solidis eum restituat domino suo.

XIIII. Si[2] quis donaberit aliquid alio homini peculium suum, aut aurum sive argentum, aes aut ornamentum, mancipia aut de peculio aliquid, non requirat postea quod donavit, neque vicissitudinem requirat; nisi quod et ille sua voluntate retribuere voluerit. Habeat tamen testes duo aut tres ingenuos, testantes, quod illum non inpromutuaverit, sed donaverit. Si autem donator ille mortuus fuerit, heredes illius non repetat quod donatum est. Et si non habuerit testes ingenuos, qui ibidem presentes fuerunt in ipsa donatione, restituat ei, quod ille promutuavit.

XV. Si quis domum aut villam alio donaverit, hoc, quod donavit, per donationis cartulam firmet; ita ut in ea donatione ipse donator propria manu subscribat, et ipsa donatio non minus tribus testibus roboretur. Si autem ipse donator et testes litteras nesciunt, unusquisque signum propria manu faciat. Et donatio ipsa ante curiales deferatur. Quod si in civitate eadem curiales non possunt inveniri, ad aliam civitatem, ubi inveniantur, deferatur.

XVI. Si[3] quis mutuaverit tributario sive servo alieno sine iussu aut conscientia domini sui, nihil a domino serbi exigat, neque a domo, in qua habitabit ille serbus; nisi de rebus servi, qui mutuum accepit. Ita tamen, si tributum suum non habeat serbus ille conpletum, ante dominum suum restituat tributa de labore suo; et tunc si aliquid remanserit de peculio ipsius, interpellet ille, qui illi inpromutuavit; et serbum non tangat, sed sit domini sui.

XVII. Si[4] quis ingenuum hominem captivum aut in fame oppressum emerit super quinque solidos numerum, reddatur illi sex; si decem emptus fuerit, reddat duodecim; quod si plures cum solidos emerit, his similia restituatur; et redeat ad libertatem.

XVIII. Si quis ingenuus absconse peculium ad custodiendum acceperit et hoc se postea accepisse ipse negaverit, conprobetur ei, et reddat duplum. Si[5] autem

l. 5. componat *c.* ‖ *l.* 9. donaberit] *ead. man. corr. ex* donaverit *c.* ‖ *l.* 10. aes] ęs *c.* aut de] *post* aut *spatium unius versus vacuum.* ‖ *l.* 11. et *om. Gaud.* ‖ *l.* 12. duos *rad. corr.* duo *c.* *l.* 13. heredes — repetat] *aut* heres, *aut* repetant *emendandum.* ‖ *l.* 17. chartulam *c.* ‖ *l.* 19. faciat. Et] *post* faciat *minorem habet interpunctionem c.* ‖ *l.* 22. aut] *ita c.* ‖ *l.* 23. habitabit] i *altera in loco raso c.* ‖ *l.* 25. cōpletum *c.* dominum suum] *intellige:* domino suo. ‖ *l.* 29. super quinque solidos] si per q. solidorum *emendaverim.* ‖ *l.* 30. solidos] sol̄ *c.* ‖ *l.* 33. cōprobetur *c.*

1) *Haec sententiae supplemento fuisse videntur legi antiquae de privatorum pignerandi licentia constituenti, cui Reccessvindus legem suam V,* 6, 1 *substituit.* 2) *Capita* 14. 15, *haud dubie secundum Ed. Theoder. c.* 51. 52. *concepta, supplementa afferunt titulo De donationibus, quem antiquior legum Visigothorum codex continuit (cf. Cod. Eur. c.* 305—319*), Reccessvindus autem dissolvit, capita eius inter diversos libri V. titulos distribuens (cf. L. Vis. V,* 1, 3*;* 2, 1—7*;* 3, 1—4*;* 4, 20*).* 3) *Supplemento est hoc caput legi V,* 5, 6. 4) *Caput supplet leges V,* 4, 10—12*; ex parte scriptum videtur ad exemplum Interpretationis ad Nov. Val. III.* 32 *(L. Rom.* 11*): cf. ib.:* emtor si quinque solidis emit, sex recipiat, si decem, duodecim solidos similiter. 5) *Supplet haec sententia antiquas leges V,* 5, 1. 3. 5.

commendatum sibi ad custodiendum peculium per sua neglegentia perdiderit quolibet furto, restituat quod accepit. Quod si suam et alienam perdiderit causam, nihil dare cogatur.

XVIIII. Si[1] quis serbum fugacem venientem ad se susceperit, sive tributarium sive serbum, et ipse se dixerit liberum esse, adducat eum ante priorem civitatis aut ante tres vel quattuor, ante quorum presentiam se ingenuum dicat; et postmodum si eum dominus suus invenerit et probaberit, quod serbus ipsius fuerit, et si fuerit inventus, is, qui eum ante testes suscepit, ipsum tantum solum reddat domino suo.

XX. Si[2] cuiuslibet tributarius duxerit tributariam alienam uxorem et procreaverit filios ex ea, medietatem de filiis tollat pater, et alia medietatem uxor. Et si cuiuslibet ancilla tulerit serbum alienum, omnes filii matrem sequantur, et dominus eius mulieris habeat omnes.

---

3. SUPPLEMENTA EX CONCILIORUM ACTIS EXCEPTA[3].

A. TOMI ET EDICTA REGUM SELECTA.

CONCILIUM TOLETANUM VIII.

(a. 653. Dec.)

TOMUS RECCESSVINDI REGIS CONCILIO OBLATUS.

In nomine Domini. Flavius Reccesvinthus rex reverentissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

Sancti spiritus admirabili dono regulam fidei meae solidam tenens et instructam agnoscens atque in honorem eius diadema gloriae cum cordis humilitate prosternens, illo laetus auditu, quod omnes reges terrae serviunt et obediunt Deo, en, reverendi patres, excelsiori mihi venerationis honore sublimes, coram vobis advenio, in gratiam mansuetudinis meae vestrae beatitudinis testimonium convocans et ad testimonium visionis vestrae memet coram omnipotentis Dei nutibus tremendis acclinans, referens illi corde laeto gratias opulentas, quod vos clementia voluntatis ipsius ex nostrae celsitudinis iussu ad huius sanctae congregationis votivum dignatus est deducere coetum, confidens tam mihi quam vobis et in praesentium serie temporum et in futurorum longitudine saeculorum eius adesse gratiae praemium, quoniam et vestrae concordiae in conveniendo unanimem ac religiosum demonstratis affectum et dispositionis meae in regendis populis quam pium sit properastis patenter agnoscere votum. Nunc igitur, quia momenti locutio longae dictionis non capit excessum, quid de sancta fide noverim, quam caelitus illapsam mihi per sanctorum apostolorum sequentiumque patrum ora cognovi, seu quid de secuturis negotiis, pro quibus hunc conventum vestrae congregationis coadunare percensui, intimare decreverim, in huius tomi serie

l. 1. conmendatum c. l. 4. sive trib.] ve *ead. man. superscr. c.* l. 6. presentiam c.

1) *Supplet hoc caput, quod ad exemplum Edicti Theoderici c. 80 de fugitivo, qui se profitetur ingenuum, susceptione constituit, leges antiquas LV.* 1, 4. 3. 6. 8. 2) *Cf. supra p.* 389. *n.* 3. 3) *Textum secundum editionem Antonii Francisci Gonzalez, cui inscribitur: Collectio canonum ecclesiae Hispanae. Matriti MDCCCVIII, damus, sed revisum.*

conscripta tenete ac relecta praenoscite, et cunctis, quae tenori eius nostrae amplitudinis potestas impressit, vestrae beatudinis gravitas effectum tam prompte ac miseranter impendat, quam nostrae mansuetudinis serenitas haec vobis implenda commendat. Exordium itaque allocutionis meae ex definitioue sanctae fidei inchoans, cetera, quae futuris sunt prosecutionibus intimanda, velut supra soliditatem petrae constructurus annectam, ut operis mei aedificium congressurus eo sequentia validius ponam, quo decentius firmissima praetulerim prima. Itaque coram se reverentia vestra habeat, quod nosse non ambigit, me orthodoxae fidei veram, sanctam et sinceram regulam de corde puro et conscientia bona plenissime habere, veraciter scire et firmissime retinere, atque eam ita complecti, venerari atque diligere, sicut eam apostolica traditio dedit, sicut eam sancta synodus Nicaena constituit, sicut Constantinopoli sanctorum patrum congregatio definivit, sicut Ephesini primi coetus unitas affirmavit, sicut Chalcedonensis concilii definitio protulit; hanc cum fidelibus servans, ad hanc salvandos infideles advitans, in hac subiectos populos regens, hanc propriis gentibus tenendam insinuans, hanc populis alienis annuntians, ut, in illa glorificans Deum, et in tempore mortalium me summae divinitatis felicitas assequatur, et in terra viventium hereditas a me gloriae capiatur.

En, reverentissimi patres, quantum ad veritatem fidei sanctae pertinuit, ex toto animam meam suae confessionis titulos explicuisse honorificentia vestra pensavit. Iam nunc magnopere arbitror esse mihi opportunius enitendum societati eiusdem verae fidei studia sanctae operationis innectere, ne hanc aut sine operibus mortuam [1] habeamus, aut non plenitudinis suae dignitate perspicua decidat inhonesta, dum Scriptura non silente de quibusdam infertur, qui dicunt 'se [2] nosse Deum, factis autem negant'. Ut ergo hanc fidem supra 'lapidem' [3] illum solidatum, 'quem reprobaverunt quidem aedificantes, idem tamen a Domino factus est in caput anguli et est admirabile in oculis nostris', plenius habeamus eiusque insignibus decentius exornemur, attendite, cuius operis fructum cuiusque operationis augmentum studiis huius sanctae fidei consociare velimus et innectere quantocius praeoptemus. Itaque revolutis retro temporibus ita vos omnemque populum iurasse recolimus, ut [4] cuiuscumque ordinis vel honoris persona in necem regiam excidiumque Gothorum gentis ac patriae detecta fuisset vel cogitasse noxia vel egisse, irrevocabilis sententiae multatus atrocitate, nusquam mereretur veniae remedium vel alicuius temperantiae perciperet qualecumque subsidium. At nunc quia grave onerosumque censetur, dum pietatis actibus gravi contradictione haec sententia resultare perpenditur, et sic funditus damnationis adstipulatio retinetur, ne pietati, quae apostolo praecinente [5] 'ad omnia utilis est', quocumque aditus reseretur, vestris haec committo fidenti animo sacris pertractanda iudiciis ac dirimenda sententiis. Unde iam vestrum erit inspirante vobis miseratione divina ita utriusque discriminis temperare mensuram, ne aut iuramenti conditio teneat reos, aut impietatis ultio habeat inhumanos, sicque vestri nos instruat forma iudicii, ut subiectos populos nec in profanationibus habeam subditos, nec impietatis vinculis doleam comminutos. Post huius conventionis alloquium sequentium nectens causas negotiorum similique subiungimus vos intendere attentione. Decernimus attestantes universitatem vestram per summae divinitatis coaequalem et coaeternam et inseparabilem Trinitatem atque illius mysteria sacramenti, quod incarnatum Dei filium de Spiritu sancto ex Maria virgine pro salute mundi vera fides in toto orbe denuntiat, atque eiusdem adventum Iesu Christi filii Dei, domini nostri, quo perimendi sunt impii, et regnum eius, quo

1) *Iac.* 2, 26. 2) *Tit.* 1, 16. 3) *Psalm.* 117, 22. 23; *Matth.* 21, 42. 4) *Conc. Tolet. VII. can.* 1. 5) 1. *Tim.* 4, 8.

glorificandi sunt sancti, ut quaecumque negotia de quorumlibet querela vestris auditibus extiterint patefacta, cum iustitiae vigore misericorditer et cum temperamento miserationis iustissime cum nostra conniventia terminetis; in legum sententiis, quae aut depravata consistunt aut ex superfluo vel indebito coniecta videntur, nostrae serenitatis accommodante consensu, haec sola, quae ad sinceram iustitiam et negotiorum sufficientiam conveniunt, ordinetis; canonum obscura quaedam et in dubium versa in meridiem lucidae intelligentiae reducatis omniumque negotiorum conventus ordinumque status, qui in vestram extiterint devoluti praesentiam, ita maiorum regulis concordantes iustissime, pie ac temperanter constituere studeatis, ut et mihi, quia studiorum fructum bonorum anhelo, pars beatorum adveniat, et vos, quoniam implentes voluntatem Dei me non spernitis imprecantem, regio beatitudinis aeternae suscipiat, et visio delectationis Dei sibi perenniter inhaerere concedat. Vos etiam illustres viros, quos ex officio palatino huic sanctae synodo interesse mos primaevus obtinuit ac nobilitas expectabilis honoravit et experientia aequitatis plebium rectores exegit, quos in regimine socios, in adversitate fidos et in prosperis amplector strenuos, per quos iustitia leges implet, miseratio leges inflectit, et contra iustitiam legum moderatio aequitatis temperantiam legis extorquet, adiurans obtestor per omne illud admirabile et solum unius sacrae fidei sacramentum, quo venerabilem omnium sanctorum patrum sum obtestatus conventum, ut ad tantae veritatis ac discretionis iustissimae formulam ita animos dirigatis, ut nihil a consensu praesentium patrum sanctorumque virorum aliorsum mentis ducentes obtutum, quidquid innocentiae vicinum, quidquid iustitiae proximum, quidquid a pietate non alienum vel soli Deo cognoveritis existere placitum, instanter, modeste et cum omni dignemini intentione complere, scientes, quia in eo, quod haec mea salubria vota completis, vos Deo amabiles assignatis, et in eo, quod decretorum vestrorum edicta favoris exhibitione corroboro, me vobiscum simul Deo placiturum assigno. In commune iam vobis cunctis, et ex divino cultu ministris idoneis et ex aula regia rectoribus decenter electis, divini nominis adiuratione constrictis, adicio consensionis meae verum purumque promissum, ut, quodcumque iustitiae aut pietati salutarique discretioni vicinum decernere seu adimplere cum nostro consensu elegeritis, omnia favente Deo perficiam et adversus omnimodam controversiarum querelam principali auctoritate muniam ac defendam. Praemissis illis, quae ad domesticos fidei regula veritatis pertinuisse probavit, adhuc aliud a beatitudinis vestrae conventu eiusdem fidei aviditas sancta deposcit, connectente me in sequestrationis confinio causam, quae a nostro dogmate probatur extranea, quam, licet per me lucrari Christus exoptet, inimicam sibi tamen esse non ambigit, donec quod ardenter optat evidenter obtineat. Iudaeorum scilicet et vitam moresque denuntio, quorum tantummodo novi terram regiminis mei pollutam esse peste contagii. Nam cum Deus omnipotens omnes ex hac regione radicitus extirpaverit hereses, hoc solum sacrilegii dedecus remansisse dignoscitur, quod aut nostrae devotionis instantia corrigat aut ultionis suae vindicta disperdat. Ex his enim quosdam traditionis errore vetustae video retinere iura perfidiae, quosdam vero sacri baptismatis expiatos ablutione ita in apostasiae doleo relapsos errorem, ut detestabilior inveniatur in eis profanatio blasphemiae, quam in illis, quos nondum constat purificatos esse regenerationis sacrae liquore. Pro quo bonae intentionis agone et lucro fidei verae obsecro reverentiam beatitudinis vestrae atque per supra taxatum contestor tremendae coniurationis tenorem, ut absque omni favore, absque omni personarum partis ipsorum acceptione quidquid ad domini et redemptoris mei Iesu Christi veram fidem verumque pertinet ad honorem, de his iubeatis ardenter et verissime Deo ac fidei meae placitam sententiam dare, ut, sicut mihi divina pietas regimen fidelium dedit, cum quibus se a me glorificari

cognoscit, ita quoque infidelium assequi tribuat lucrum, in quibus et voluntatis suae fieri bonum et eius advenisse congaudeam venerabile regnum.

Datum sub die XVII. kalendarum Ianuarium anno feliciter quinto gloriae regni nostri[1]. In nomine Domini. Flavius Reccesvinthus rex hanc fidei et bonae voluntatis meae deliberationem manu mea subscripsi.

CONCILIUM TOLETANUM XII.

(a. 681. Ian.).

TOMUS ERVIGII REGIS CONCILIO OBLATUS.

In nomine Domini. Flavius Ervigius rex sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

En, reverentissimi patres et honorabiles ministeriorum caelestium sacerdotes, soliditatem sanctae fidei veraciter tenens et sincera cordis devotione amplectens, testimonium paternitatis vestrae fortissimum in salutis nostrae advoco adiumentum, ut, quia regnum fautore Deo ad salvationem terrae et sublevationem plebium suscepisse nos credimus, sanctitudinis vestrae consiliis adiuvemur. Unde, licet sublimationis nostrae primordia paternitati vestrae opinabili relatione non lateant, quibus clara divinorum iudiciorum dispositione praeventus et regnandi conscenderim sedem et sacrosanctam regni perceperim unctionem, nunc tamen melius id poteritis et scriptorum relatione cognoscere et promulgationis vestrae sententiis publicare, ut, sicut eadem regni nostri primordia conventus vestrae sanctitudinis compererit divinitus ordinata, ita et his orationum solamen impendat et salubrium consiliorum nutrimenta impertiat, quo susceptum regnum, sicut iam vestris assensionibus teneo gratum, ita vestrarum benedictionum perfruatur definitionibus consecrandum, ut innovatio quodammodo nostri videatur imperii haec numerositas vestri ordinis aggregati. Et ideo, quia Dominus in evangelio praecipit dicens: 'Amen[2] dico vobis: si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in caelis est'; ob hoc venerabilem paternitatis vestrae coetum cum lacrimarum effusione convenio, ut zelo vestri regiminis purgetur terra a contagio pravitatis. Exsurgite, quaeso, exsurgite, culpatorum solvite nodos, transgressorum mores corrigite inhonestos, exerite zeli disciplinam in perfidos, superborum mordacitates extinguite, oppressorum ponderibus subvenite et, quod plus his omnibus est, Iudaeorum pestem, quae in novam semper recrudescit insaniam, radicitus extirpate; leges quoque, quae in eorundem Iudaeorum perfidiam a nostra gloria noviter promulgatae sunt[3], omni examinationis probitate percurrite et tam eisdem legibus tenorem inconvulsum adicite, quam pro eorundem perfidorum excessibus complexas in unum sententias promulgate. Etenim valde nobis cavendum est, ne tot antiquorum canonum regulae, quae pro eorum erroribus sunt etiam cum anathemate promulgatae, nos illorum culpis obnoxios reddant, si nostri regni temporibus eorundem canonum constrictio dissoluta pertranseat, praesertim si legis illius, quod absit, serenitatis nostrae in tempore illa clarae fidei institutio cesset, ubi divae memoriae dominus atque praecessor noster Sisebutus rex omnes successores suos sub perpetua maledictionis censura obstrinxit, quicumque regum mancipium christianum Iudaeo servire vel famulari permiserit[4]. Post haec illud quoque vestris

l. 39. tempore] *ita Mansi;* tempora *ed.*

1) *D.* 16. *Dec. a. p. Chr.* 653. 2) *Matth.* 18, 19. 3) *L. Vis. XII.* 3.
4) *Supra p.* 422. *l.* 19 *sqq. et ib. n.* 1.

Deo placitis infero sensibus corrigendum, quod decessoris nostri praeceptio promulgata lege[1] sancivit, ut omnis aut in expeditione exercitus non progrediens aut de exercitu fugiens testimonio dignitatis suae sit irrevocabiliter carens; cuius severitatis institutio, dum per totos Hispaniae fines ordinata decurrit, dimidiam fere partem populi ignobilitati perpetuae subiugavit, ita ut, quia in quibusdam villulis vel territoriis sive vicis peste huius infamationis habitatores ipsorum locorum sunt degeneres redditi, quia testificandi nullam habent licentiam, veritatis ex toto videatur interiisse censura, sicque gemino malo terra atteritur, dum et infami plebium notatur elogio et reperiendae veritatis destituitur adiumento. Unde, licet eandem legem nostrae gloriae mansuetudo temperare disponat[2], vestrae tamen paternitatis sententia hos, qui per illam titulum dignitatis amiserant, revestiri iterum claro pristinae generositatis testimonio devotissime optat, qualiter nec nostra gloria ministerium crudelitati adhibeat, nec tam saeva praeceptio terram sub diutino infamationis iugulo premat. Nam et hoc generaliter obsecro, ut, quidquid[3] in nostrae gloriae legibus absurdum, quidquid iustitiae videtur esse contrarium, unanimitatis vestrae iudicio corrigatur. De ceteris autem causis atque negotiis, quae novella competunt institutione firmari, evidentium sententiarum titulis exaranda conscribite, ut, quia praesto sunt religiosi provinciarum rectores et clarissimorum ordinum totius Hispaniae duces, promulgationis vestrae sententias coram positi praenoscentes eo illas in commissas sibi terrarum latitudines inoffensibili exerant iudiciorum instantia, quo praesentialiter assistentes perspicua oris vestri conceperint instituta. Omnes tamen in commune convenio, et vos patres sanctissimos et vos illustres aulae regiae viros, quos interesse huic sancto concilio delegit nostra sublimitas, per divini nominis attestationem et terribilem cunctis futuri iudicii diem, quia sine personarum acceptione aliqua vel favore, sine aliquo quoque aut malignae contemptionis scrupulo aut subvertendae veritatis studio, quaecque se vestris sensibus audienda ingesserint, sana verborum examinatione discutite, saniori quoque iudicio comprobate, ut, collatarum habita prius deliberatione causarum, discreta vestri ordinis condatur probitas titulorum, qualiter, cum vos amor aequitatis in negotiorum acceleratione reddiderit fervidos, efficientia quoque iustorum operum connectat Deo perenniter sociandos, ut bonorum vestrorum actibus laetabundus et praesentis vitae capiam lucrum et aeternarum perfruar vobiscum gaudiis mansionum.

Datum sub die quinto iduum Ianuariarum anno feliciter primo regni[4] serenitatis et tranquillitatis nostrae sedis Toleto.

LEX IN CONFIRMATIONE CONCILII EDITA.

In nomine Domini. Flavius gloriosus Ervigius rex.

Magna salus populis gentisque nostrae regno conquiritur, si haec synodalium decreta gestorum, sicut pio devotionis nostrae studio acta sunt, ita inconvulsibilis nostrae legis valido oraculo confirmentur, ut, quod serenissimo nostrae celsitudinis iussu a venerandis patribus et clarissimis palatii nostri senioribus discreta titulorum exaratione est editum, praesentis huius legis nostrae edicto ab aemulis defendatur. Est enim haec ipsa definitio canonum sub isto notata ordine titulorum:

I. De agnita et confirmata collatione sanctae Trinitatis et praeelectione fastigii principalis[5].

1) *L. Vis. IX. 2, 8.* 2) *Ib. IX. 2, 9.* 3) *Cf. Reccessvindi tomum supra p.* 474 *l.* 3 *sqq.* 4) *D. 9. Ian. a. p. Chr.* 681. 5) *Gonzalez in editione codices sequitur, qui sub titulorum rubricis ipsos concilii canones praebent. Ervigii autem legem solas rubricas recepisse existimo.*

II. De his, qui paenitentiam non sentientes accipiunt.

III. De culpatorum receptione vel communione apud ecclesiam.

IIII. Ut in locis, ubi episcopus non fuit, numquam episcopus ordinetur.

V. De quorundam consuetudine sacerdotum foedissima, qui oblatis Deo per se sacrificiis non communicant.

VI. De concessa Toletano pontifici generalis synodi potestate, ut episcopi alterius provinciae cum conniventia principum in urbe regia ordinentur.

VII. De recepto testimonio personarum, qui per legem, quae de promotione exercitus facta est [1], testificandi licentiam perdiderunt.

VIII. De his, qui uxores suas divortio intercedente relinquunt.

IX. De confirmatione legum, quae in Iudaeorum nequitiam promulgatae sunt, iuxta earundem legum praefixum ordinem titulorum, qui in eodem canone annumeratur [2].

X. De his, qui ad ecclesiam confugium faciunt.

XI. De cultoribus idolorum.

XII. De interdicto temporis constituti, quo debeat concilium celebrari.

XIII. Conclusio definitionum, in qua et Deo gratiae referuntur et pro principe exoratur.

Quibus omnibus synodalibus gestis decretis atque peractis et debitam reverentiam honoris impendimus et patulum auctoritatis nostrae vigorem his innectere procuramus; ideoque praemissas has constitutiones synodicas a praesenti die vel tempore, id est ab octavo kalendas Februarias anno primo regni nostri [3], nullus audeat contemnere, nullus etiam praeterire, nemo earundem constitutionum audebit iura convellere, nullus temerator haec decreta subvertet, nemo illicitator vel contemptor vigorem his institutionibus subtrahet; sed generaliter per cunctas regni nostri provincias haec canonum instituta nostrae gloriae temporibus acta et auctoritatis debitae fastigio praepollebunt et irrevocabili iudiciorum exercitio, prout constitutae sunt, in omnibus regni nostri provinciis celebres habebuntur. Si quis autem haec instituta contemnat, contemptorum se noverit damnari sententia, id est, ut iuxta voluntatem nostrae gloriae et excommunicatus a coetu nostro resiliat et insuper decimam partem rei suae fisci partibus sociandam amittat; quod si nihil habuerit facultatis, unde praedictam compositionem exsolvere possit, absque aliquo infamio sui quinquaginta eum oportebit ictibus verberari.

Edita lex in confirmatione concilii Toleto sub die octavo kalendas Februarias anno feliciter primo regni [3] gloriae nostrae. In nomine Domini. Flavius Ervigius rex hoc legis nostrae edictum in confirmatione huius concilii promulgatum subscripsi.

CONCILIUM TOLETANUM XIII.
(a. 683, Nov.).

TOMUS ERVIGII REGIS CONCILIO OBLATUS.

In nomine Domini. Flavius Ervigius rex sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

Ecce, sanctissimi religiosa pietate excolendi pontifices et divini cultus instantissimi sectatores, coram coetus vestri reverentia humilis devotusque prosternor, reclinis assisto, promptus adstipulor, primum de conventus vestri aggregatione patri luminum gratiarum copiam solvens, deinde votorum meorum studia vestris iudiciis dirimenda

1) *Cf. supra p.* 372 *n.* 1. 374. 2) *Cf. supra p.* 427 *n.* 1. 3) *D.* 25. *Ian. a. p. Chr.* 681.

committens. Neque enim fas est quemquam, etiam si bonum sit opus, sine consilio agere, cum tamen multum prosit bona cum consilio bonorum egisse. Unde ut brevi exhortatione perorem vota mea, quibus remedia pietatum exerceri delector, sensibus paternitatis vestrae agnoscenda insinuo, quae tamen, ne oblitu quodam memoriam fugiant et relationi propriae curarum ea intercapedo subducat, in huius tomi complicatione accipite renotata. Illud primum volenti mihi miseris parcere convenit intimare, quod divulsam per tyrannidem nostri corporis partem in societatis nostrae gremio conamur reducere. Etenim retroactis divae memoriae praecessoris nostri Wambae regis temporibus, quae in profanatoribus patriae, qui cum Paulo quodam tyrannidem assumpserunt[1], illata sit sententia ultionum, quo per iudicii universalis edictum amisso testimonio rebusque propriis caruerunt, cuncta haec vestrae sanctitudini nota sunt, quos tamen et in collegio societatis nostrae recipere et rebus, quibus fas fuerit, devovimus revestire; nam et de accusatis modum volumus ponere iustissimae inquisitionis, quod, sive de religiosis sive de laicis quisque accusationis cuiusquam studio propulsatus, non occultis fraudibus vel violentiis comprimatur nec ad dandam professionem violenter artetur, sed in communi omnium examine iudicetur, qui secundum publicae professionis suae tenorem aut offensibilis debitas damnationis poenas excipiat, aut innocens ex iudicio omnium comprobatus clarescat. Nam quid iam de tributorum fiscalium exactionibus referam, quorum redhibitiones tantis debitorum cumulis increverunt, ut, si exigi penitus iubeantur, et status subruat funditus populorum et fragmine collisionis eorum ultimum terra sentiat propriae prolapsionis excidium? Unde his et talibus privatis seu etiam fiscalibus servis remedia pietatis praeoptans nostra gloria affluenter impendere, omnes tributorum exactiones, quae apud illos de retroactis temporibus reiacent usque ad primum annum celsitudinis nostrae, mansuetudo nostra illis omittendas laxavit et stilo propriae auctoritatis remittendas instituit; quas etiam auctoritates sacrosancto coetui vestro relegendas elegit[2]. Illud quoque adiciens loquar, quod votis nostris horribile et animis execrabile semper est: cum nobilitate conditio libertorum vel servorum etiam adaequata gentis nostrae statum degenerat. Ob quam rem id nostrae gloriae animis placet, ut exceptis servis fiscalibus vel libertis, abrasa deinceps huius malae praesumptionis licentia, nullus ex servitute quorumlibet, servus sit vel libertus, ad palatina officia transeat; quod si fecerit, illi serviturum procul dubio reducendum se noverit, ex quo aut conditionis propriae originem sumpsit aut libertatis titulum reportavit. His votorum meorum insinuationibus allegatis quaeso ut fortia paternitatis vestrae adiutoria prorogetis. Luce enim clarius constat, quod, aggregatio sacrosancta pontificum quidquid censuerit observandum, per Sancti spiritus donum omni maneat aeternitate praefixum. Et ideo universitatem paternitatis vestrae atque sublimium virorum nobilitatem, qui ex aulae regalis officio in hac sancta synodo vobiscum consessuri praeelecti sunt, obtestor pariter et coniuro atque per ineffabile illud sanctae Trinitatis sacramentum convenio, ut, quidquid in medio vestri se iudicandum vel retractandum invexerit, tam quae per nos dicta quam etiam cetera, quae vestris auditibus se ingesserint audienda, cum omni vigore iustitiae et temperamento misericordiae dirimere procuretis, quo cum omni reverentia patrum praecedentium regulis subdita totius unanimitatis vestrae sententia non aliunde quam ex veritatis fonte procedat, sicque et his, quae praemissa sunt, solidum deliberationis stilum promptissime apponatis, et reliqua adhuc, quae necessaria sunt in peragendis ecclesiasticae regulae disciplinis, et dirimenda tractetis et dirempta religiosiori sub diligentia conscribatis, qualiter, dum doctrinam respergitis salutarem in populis, Christum

1 *Cf. Dahn, 'Könige' V. p. 207 sqq.* 2 *V. infra p. 479 sq.*

dominum in emolumento iustitiae capiatis: ut et vobis praedicantibus et nobis implentibus quae divinis oculis complacent, sit utrisque partibus et in hoc saeculo de lucro animarum ineffabile gaudium et in futuro de perventione aeternitatis praemium inconvulsum.

Datum sub die pridie nonas Novembres anno feliciter quarto regni[1] gloriae nostrae, in Dei nomine, Toleto.

EDICTUM ERVIGII REGIS DE TRIBUTIS RELAXATIS.

In nomine Domini. Flavius Ervigius rex omnibus privatis sive fiscalibus populis.

Magnum pietatis est praemium, quo removentur gravedines pressurarum, quia illud semper ante Dei oculos perfectae miserationis sacrificium approbatur, quo fit relevatio miserorum, et ex hoc salvatio inducitur terrae, per quod pressurae subvenitur humanae. Iudicium est quippe salutare in populis, quando sic commissa reguntur, ut nec incauta exactio populos gravet, nec indiscreta remissio statum gentis faciat deperire. Tempora ergo nostrae gloriae misericordiae beneficiis condienda sunt, ut parcente nobis Deo ipsi quoque populis parcere videamur. Votivum igitur omnipotenti Deo meo cordis sacrificium delibare praeoptans, in nomine divino omnibus populis regni nostri, tam privatis quam etiam fiscalibus servis, viris seu etiam feminis, sub tributali exactione in provinciam Galliae vel Gallaeciae atque in omnes provincias Hispaniae consistentibus, hoc decretum beneficum in Dei nomine prorogamus, ut, quidquid in praeteritis annis de ratione tributi usque ad primum nostrae clementiae annum thesauris publicis redhibere videmini, totum vobis ex integro noveritis esse concessum; qualiter usque ad praedictum primum nostrae gloriae annum quidquid de ratione tributorum apud vos reiacet, sic totum donatum vobis a serenitate nostra habeatis, ut nullam ex hoc abinceps de praeteritis annis exactionem publicam pertimescatis; ea tamen ratione servata, ut ea, quae in praeteritis exacta sunt et fisco nostro illata non sunt, ab his, qui ea exegerunt, in publico inferantur. Quod si distulerint et hoc confestim inferre neglexerint, in quadruplum una cum satisfactione disciplinae, iuxta quod nostra mansuetudo decreverit, id ipsum thesauris publicis persolvent. Certe si quisquis ille dux, comes, tiuphadus, numerarius, villicus aut quicumque curam publicam agens tributa ex acto sibi commisso annis singulis plenario numero non exegerit aut exacta apud se retinuerit et ea statim thesauris publicis inferre neglexerit, duplata tributa ipsa de propriis rebus suis modis omnibus in publico inscribet. Hoc tamen speciali et evidenti serenitatis nostrae sententia definimus, ut nullus de supradictis comitibus, tiuphadis, vicariis, numerariis seu quibuscumque curam publicam agentibus quascumque exactiones pro hoc negotio pietatis cuilibet ex vobis, quibus et relaxatio mansuetudinis nostrae conceditur, quodcumque exigere praesumpserit, aut quispiam eorum vobis pro tali causa aliquid abstulerit aut ab aliis ablata sibi acceperit et pro his causis quibuslibet modis aliquid mutilare praesumpserit, in quadruplum de quidquid acceperit cui nostra clementia elegerit universa restituat. De terris vero vel vineis, quas pro eodem tributo quicumque supradictorum curam publicam agentium vobis privatis vel fiscalibus populis abstulit vel accepit, fruges aridas et liquidas exinde in praeteritis annis unusquisque

l. 31. ex acto] *i. q.* ex actu; exacto *ed. et Mansi.* || *l.* 40. de quidquid] *sic ed. et Mansi.* *l.* 43. liquidas] *post hoc verbum desideratur* quas.

1) *D.* 4. *Nov. a. p. Chr.* 683.

exactor collegit in rationem ipsius tributi, hoc sibi imputet et terras ipsas vel vineas vobis, de quorum iure ablatae sunt, restituere non differat. Sic enim dignum est, ut, quod huius pietatis nostrae sinceritate depromitur, ita a cunctis sine cuiusquam exactionis stimulo peragatur.

Datum sub die kalendas Novembris anno feliciter quarto regni nostri[1] Toleto.

CONCILIUM TOLETANUM XV.

a. 688. Mai. 11.

TOMUS EGICANI REGIS CONCILIO OBLATUS.

In nomine Domini. Flavius Egica rex reverentissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

Ecce, sublimissimi patres et caelesti iure honorandi mihi pontifices, speciosum vestri ordinis adiens coetum, illa plus efferor potentia gaudiorum, quo in vestri medio positum non ambigo dominum Iesum Christum, eius quippe sermonibus fidem accommodans, quibus ait: 'Ubicumque[2] fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum'. Tanta spei huius fiducia feror, ut, quidquid vestra fuerit sententia cautum, nonnisi eo dictante credam exorsum. Non ergo pudebit me illic cordis mei pandere sinum, ex quo ubertim manant rivuli sanitatum. Attendite iam iamque, unde cor serenitatis nostrae exaestuet, vel quibus ex causis maesti pectoris angustetur dolore. Illud mihi primo in loco dicendum occurrit, quod, divi patris nostri et soceri regale sortientes fastigium, gemino me sentio iuramenti rete implicitum, ita ut, si unum ex his observantiae cautela conservem, ex alio nihilominus in periurii crimen videar recidisse. Egit enim idem divus socer noster Ervigius princeps inter cetera, quibus me incauto et inevitabili conditionum sacramento adstrinxit, cum adhuc mihi gloriosam filiam suam coniungendam eligeret, ut omnimoda sacramenti me taxatione constringeret, quo pro omni negotio filiorum suorum ita me ipsum opponendo sollicitus essem, qualiter eorum causae ad victoriam pervenirent, et quidquid me pro quibuslibet causis imperasset, in omnibus iussa eius implerem. Haec inquam iam dicto principi sub iuramenti cautione promittens, aliud econtra me tempore mortis suae impegit aliudque agere impulit; scilicet ut non ante regnum adirem, nisi primum strictis me iuramentorum vinculis alligarem, ut iustitiam commissis populis non negarem. Acta sunt ista et specialibus conditionum probantur nexibus illigata. Quarum etiam duarum conditionum inevitabilem et sibi contrariam seriem, et illarum, quas ob protectionem filiorum suorum mihi exegit, et istarum, quas ob praeelectionem regni mihi exigendas instituit, paternitatis vestrae pertractandam consultibus destinavi, petens, ut et benedictionibus vestris regno confirmatus inhaeream et sanctionis vestrae regulis viam, qua discreto calle periurii gradiar informatus, agnoscam. Non enim potero periurii effugere notam, si aut iam dicti principis contra iustitiam defendendo prolem non reddidero populis veritatem, aut propter veritatem, populorum zelans negotia, erga filios eius promissionis meae non implevero vota. Additur super hoc, ut fertur, pressurarum eius in plerosque acerbitas, quos indebite rebus et honore privavit, quos de nobili statu in servitutem sui iuris implicuit, quos tormentis subegit, quos etiam violentis iudiciis pressit; pro quibus omnibus haec adhuc insuper vox in querimoniam

l. 22. soceri praecessor *cl*. l. 28. aliudque] aliud *Mansi*. l. 33 mihi] mei *Mansi*.

1) *D. 1. Nov. a. p. Chr.* 683. 2) *Matth.* 18, 20.

venit, quod omnem populum regni sui ob tuitionem filiorum suorum iurare compulerit et ex hoc cunctis quasi aditum reclamandi obstruxerit. His omnibus pressurarum vocibus tabido anxietatis strepitu occupatus, cupiens periclitationis huius elaqueari periculo, fiducia illa, qua vobis vicinum esse Deum non ambigo, vestris haec tractanda sensibus vestrisque iudiciis dirimenda committo. Nam et ceteras causarum voces reliquasque iurgantium actiones, quae vestro se coetui dirimendae ingesserint, vestris opto iudiciis consopiri, contestans generaliter omnes, et vos sacrosanctos caelesti iure pontifices, et vos regalis aulae viros nobiles et illustres, per ineffabile illud sanctae Trinitatis et individuum sacramentum et per domini nostri Iesu Christi sanguinem pretiosum ac diem futuri iudicii pertremendum, ut in his omnibus commemoratis negotiorum capitulis, repulsa omni acceptione muneris et favoris, fideli conscientiae oculo intendatis, quo in elucubrandis vocibus et negotiis universis ita operam detis, ne a iustitiae tramite ullo modo decedatis, ut, dum inflexibili aequitatis culmine iudicia vestra sese in conspectu Domini placitura direxerint, et mihi de admonitione lucrum et vobis pro aemulatione iustorum iudiciorum proveniat gaudium exoptatum.

Datum sub die V. iduum Maiarum [1].

CONCILIUM TOLETANUM XVI
(a. 693, Apr.[2] Mai.).

TOMUS EGICANI REGIS CONCILIO OBLATUS.

In nomine Domini. Flavius Egica rex sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

Novit, beatissimi patres, serenitatis nostrae gloriosa sublimitas synodicae advocationis studia nutantis saeculi obstare ruinam et fidelibus populis congruam salutaris vitae impendere disciplinam. Quapropter orthodoxae fidei religione permotus vestrique optabili conventu iucundior redditus caelorum regi grates laudumque vota persolvo, quoniam praestolata aggregationis vestrae concursio praeceptionis nostrae oraculis devotissime paruit et alternae visionis exoptata gaudia commodavit. Igitur vobis coram positus vestris precibus supernam mihi clementiam suffragari efflagitans universitatem sanctitudinis vestrae christiana mentis devotione convenio, ut, quia ecclesiae sanctae catholicae digna speculatione praestatis, votis meis fautores sitis vestrique pontificatus meritis in regendis populis praestantiora mihi subsidia praeparetis et consiliorum nutrimenta salubria afferatis; quo valeam, sanctimoniae vestrae adminiculo fultus, et regnandi gressus in pace perficere et gentem mihi subditam pio ac discreto moderamine regere. Nam et tales vos in hoc sancto concilio adesse praeopto, quo gratia Spiritus sancti corda vestra irradians in medio sit vestrorum, ut ipso docente id teneatis atque servetis, unde et mihi, qui prae omnibus multis sum criminibus deditus, et cuncto populo regiminis mei respectio divina semper opituletur. Quantis denique malis indignante Deo terra quotidie vapulet, quantisque plagis vel perfidorum sceleribus contabescat, paternitati vestrae non reor esse incognita. Sed quia indubie credimus, quod transgressione mandatorum Dei digna

l. 11. et fav.] vel fav. *Mansi.*

1) *D.* 11. *Mai. a. p. Chr.* 688. 2) *Non d. VI. non. Mai., sed ut videtur d. VI. kal. Mai. concilium cepit initium. Tomus enim regis datus est d. VII. kal. Mai. et aliud regis edictum concilio directum (infra p.* 482*) ipso die kalendarum.*

factis recipimus, dicente Domino per prophetam: 'Propter[1] hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis, qui habitat in ea', opportunum satis est, ut per vos, qui divinae vocis praeconio[2] 'sal terrae estis', salvationis obtineat opem. Unde venerabilem sanctitatis vestrae universitatem exhortor, ut inprimis almae fidei rectitudo, quae per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffusa expanditur, vestrae collationis eloquiis praeconetur, praedicata veraciter teneatur, retenta in arcano vestri pectoris illibata servetur. Deinde, quia comperimus, quod multae Dei basilicae in dispersis locis parochiarum vestrarum constitutae, dum ad unius respiciunt ordinationem presbyteri, nec assidua in eis Domino sacrificia delibantur, et destitutae remanent atque sine tectis vel semirutae fore noscuntur, specialiter in canonibus annotetis, ut unaquaeque ecclesia quamvis pauperrima, quae vel decem mancipia habere potest, sui debeat cura gubernari cultoris; ceterum si minus habuerit, ad alterius ecclesiae presbyterum pertinebit. Nam dum ex omnibus plurimae basilicae, ut praemisimus, unius sollicitudini rediguntur, solum est, quia et viduatae persistunt, et difficile sacris cultibus ordo debitus exhibetur. Quod non tantum sacerdotibus Dei in culpa est, verum etiam et infidelibus Iudaeis ridiculum affert, qui dicunt, nihil praestitisse interdictas sibi ac destructas fuisse synagogas, cum cernant peiores christianorum effectas esse basilicas. Pro quarum etiam reparatione a vestra universitate censendum est, ut eas unusquisque episcopus de tertiis parochialium basilicarum canonice restaurandas invigilet; qui si tertias ipsas consequi noluerit, cura sui gerendum est, ut presbyter destructae ecclesiae exinde commissam sibi basilicam reparet, evidentem censurae modum apponentes in canone, qualiter debet incuriosus quisque episcopus condemnari, si praescriptum pro renovandis Dei templis ordinem neglexerit adimplere. Nam et hoc honorificentia vestra promulgari curabit, ut nemo episcoporum pro regiis inquisitionibus exhibendis parochialium ecclesiarum iura contingat nec quascumque exinde inquisitiones exigere audeat, sed de praediis suarum sedium regio culmini solita perquisitionum obsequia deferat nihilque de rebus earundem parochialium ecclesiarum causa stipendii cuiuspiam dare praesumat; quod si fecerit, duorum mensium spatio excommunicari se noverit. Interea id praecipue a vobis procurandum est, ut ubicumque idolatriam vel diversos diabolicae superstitionis errores repereritis aut qualibet relatione cognoveritis, ad destruendum tale facinus ut veri Christi cultores cum iudicibus quantocius insurgatis, et quaequae ad eadem idola a rusticis vel quibusque personis deferri inveneritis, tota vicinis conferenda inibi ecclesiis conferatis. Pro quo etiam extirpando scelere edictum tale in regulis apponatis, ut quicumque antistes huiusmodi nefas agi permiserit vel peractum in sua diocesi protinus abolere distulerit, a loci sui officio pulsus unius anni excursu sub paenitentiae maneat religatus lamento, alio tamen principali electione ibidem constituto, qui possit huius institutionis ordinem servare et populo christiano bonae conversationis tramitem pandere, postmodum ad suae sedis ordinem reversurus. Sed et, quod his potius est, zelo Dei zelantes abrogandam Iudaeorum utriusque sexus perfidiam radicitus demite, ut et legum nostrarum sententias, quae ob perfidiam eorum et in praeteritis editae et hodierno sunt tempore conditae, omni valeant robore subnixae, et excessus nequitiae ipsorum earundem legum dispereant sanctione; sic quoque, ut iuxta novellae legis nostrae edictum[3] nemo ex iisdem Iudaeis in perfidia durantibus ad cataplum pro quibuslibet negotiis peragendis accedat neque quodcumque cum christianis commercium agere audeat, quo merito cum propheta dicatis: 'Nonne[4] qui te oderant, Domine, oderam illos, et super inimicos tuos tabescebam?' Ex quibus igitur Hebraeis vel uxoribus ac filiis eorum

1) *Hos.* 4, 3. 2) *Matth.* 5, 13. 3) *L. Vis. XII,* 2, 18. 4) *Psalm.* 139, 21.

si quis deinceps ad catholicae fidei regulam integerrima devotione conversus extiterit, abnegans ex toto genuinae praevaricationis errores vel cerimonias omnesque parentalium rituum sectas, ab omni exutus iugo maneat functionis, quam pridem in errore praestitutus publicis utilitatibus exsolvere consuevit; sic quoque, ut in ceteris incredulis eius redundetur functio pensionis, quos adhuc nefanda retinuerit obstinatio parentalis. Inter cetera tamen obscenum crimen illud de concubitoribus masculorum extirpandum decernite, quorum horrenda actio et honestae vitae gratiam maculat et iram caelitus superni vindicis provocat. Et quia plerique perfidorum cothurno superbiae dediti non ex Deo regale fastigium, sed solo iactantiae tumore appetere dinoscuntur, quicumque amodo ex palatinis, cuiuslibet sit ordinis vel honoris persona, in necem regiam vel excidium gentis ac patriae Gothorum fuerit conatus intendere, aut quodcumque conturbium intra fines Hispaniae temptaverit excitare, tam ipse quam omnis eius posteritas ab omni palatino expulsa officio sub tributali impensione fisco debeant perpetim inservire, amissis insuper cunctis facultatibus propriis, quas cui voluerit licenter conferat clementia principalis. Cuncta[1] vero, quae in canonibus vel legum edictis depravata consistunt aut ex superfluo vel indebito coniecta fore patescunt, accommodante serenitatis nostrae consensu in meridiem lucidae veritatis reducite, illis procul dubio legum sententiis reservatis, quae ex tempore divae memoriae praecessoris nostri domini Chindasvinti regis usque ad tempus domini Wambanis principis ex ratione depromptae ad sinceram iustitiam vel negotiorum sufficientiam pertinere noscuntur. Varia quoque populorum negotia ceteraque sceleratorum hominum gesta fidei sanctae contraria ita vestri examinatione iudicii canonice ac legaliter finiantur, ut nec iustitia praetereat nec severitas legum ex omnibus intercurrat; qualiter, dum in his omnibus vos amor Christi reddiderit fervidos et aequitatis catena constrinxerit nexos, non solum in hoc saeculo sanctitatis dono perspicui maneatis, sed et aeternis praemiis in perpetuum floreatis; quia tunc me a Domino cum plebe mihi credita a peccatis elui credo, cum discussio iudicii vestri in examinandis causis talis praecesserit, quae in nullo tramite veritatis aberret. Hoc solum vos, honorabiles Dei sacerdotes, cunctosque illustres aulae regiae seniores, quos in hoc concilio nostrae serenitatis praeceptio vel opportuna interesse fecit occasio, per inseparabilem omnipotentis Dei potentiam adiuramus, quia in praefatis dirimendis negotiis, quae se vestro coetui audienda emerserint, nulla personarum vel muneris acceptio intercurrat, nullus se favor interserat, nulliusque tepiditatis incuria promulgare iustitiam, quae Deus est, obstrepat, sed puro examinationis libramine causarum iurgia terminantes et iusta Dei iudicia vobis prae oculis apponentes, unicuique parti aequitatem pandere procuretis, quatenus ex hoc nostrae mansuetudini praestolata a Deo mercedis praemia conquiratis et rectitudini vestri iudicii coram nobis honorabiles sitis atque ante Deum semper bonorum operum gratia polleatis.

Datum sub die septimo kalendas Maias anno feliciter sexto regni[2] mansuetudinis nostrae Toleto.

EDICTUM REGIS CONCILIO DIRECTUM.

In nomine Domini. Flavius gloriosus Egica rex omnibus sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

Ecce, sanctissimi patres, ... Nam et hoc decreti vestri condecet stilo censendum, ut, quia praecessor noster divae memoriae dominus Wamba rex in ipsis regnandi primordiis Theudemundum spatarium nostrum contra generis vel ordinis sui

1) *Cf. supra p.* 474, *l.* 3 *et p.* 476, *l.* 14. 2) *D.* 25. *Apr. a. p. Chr.* 693.

usum, Festi quondam incitatione Emeritensis episcopi, solius tantum regiae potestatis impulsu in eandem Emeritensem urbem numerariae officium agere instituit, quod etiam unius anni excursu contra rationem noscitur peregisse, immo quia nec valuit imperio gentis obsistere, vestri edicto concilii ab eodem Theudemundo suaque omni posteritate talis actionis officium suspendatis; quo nullo ulterius tempore tam ipse quam omnis eius progenies usque in finem saeculi ob hanc causam videantur aliquatenus molestari.

Datum sub die kalendas Maias anno feliciter sexto regni nostri [1], in Dei nomine, sedis nostrae Toleto.

CONCILIUM TOLETANUM XVII.
(a. 694, Nov. 9).

TOMUS EGICANI REGIS CONCILIO OBLATUS.

In nomine Domini. Flavius Egica rex sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

Quo mentis ardore quantisque facibus serenitatis nostrae sublimitas religionis sanctae amore succensa aestuet, nec verborum prolixa potest ratione depromi nec litterarum apicibus annotari; quia in quantum fides christiana spiritualium virtutum lumine ineffabili comparatione coruscat, tantum sensus nostri brevitas necdum valet eius enarrare mysteria. At nunc, quamquam profunditatis ipsius abyssum nequeamus pertingere, magna tamen devotio clementiae nostrae animos ad exhortandam vestram sanctitudinem cognoscat, qualiter vos in hac sancta synodo residentes inprimis de eius mysterio edictis spiritualibus disputetis et apostolici vestri ordinis dogmata promulgetis, quo fidelium corda incomparabili sidere perlustrata infidelium quoque pectora mentis gressibus a tenebris ad lumen conversa pertranseant. Pro nefandis denique Iudaeis intra fines regni nostri degentibus ita praemittimus, quod etiam absque non minimo maerore proferimus, qui ab initio propriorum rituum errore decepti Christi nomen incredibili pravitate negaverunt nefariisque hactenus argumentis eandem almae fidei sectam deluserunt. Certum namque est verumque praeconium in cuncto pene terrarum orbe relatione perspicua extitisse vulgatum, quod fidei plenitudine fines semper Hispaniae floruerunt, unde nostram gloriam summa ratio cogit valida illis intentione resistere, cum in aliquibus mundi partibus alios dicuntur contra suos christianos principes resultasse, plerosque vero iusto Dei iudicio a christicolis regibus interemptos fuisse; praesertim quia nuper manifestis confessionibus indubie invenimus, hos in transmarimis partibus Hebraeos alios consuluisse, ut unanimiter contra genus christianum agerent, praestolantes perditionis suae tempus, qualiter ipsius christianae fidei regulam depravarent; quod et per easdem professiones, quae vestris auribus sunt reserandae, patebit. Nam et a primordio nostri regiminis tanta fuit pro eorum conversione mansuetudinis nostrae intentio, ut non solum diversis persuasionibus eos ad fidem Christi pertrahere conaremur, verum etiam et mancipia christiana, quae pridem ob suam perfidiam per legis ordinem caruerunt, ex tranquillitatis nostrae decreto reciperent, solummodo ut per verae conversionis propositum, expulsa procul cordis perfidia, eos matris sinus ecclesiae adoptivos exciperet. Sed et per cautionis seriem iusiurandi attestatione subnixa spondentes nec tandem promissa compleverunt, sed ritus et cerimonias solitas procul dubio egisse perventi sunt. Et quia divinae

1) *D. 1. Mai. a. p. Chr.* 693.

voluntatis imperio reservati sunt regni nostri tempore corrigendi, necessarium fore nostra perpendit tranquillitas, ut vestro nostrorumque optimatum generali conventu eorum nequitia quantocius refrenetur, quo opitulante Christo extirpata ipsorum confestim nequitia christianum nomen polleat, et Christi fides infinite clarescat, ne tunc videatur tantae perfidiae obviari, quando ecclesiam catholicam eorum dinoscatur adversitas impugnare. Ut ergo tam dira incredulitatis perversitas victa dispereat, aut synodali emendatione a parentali refrenentur errore, aut, si placet, uniformi vestra sententia falce maneant iustitiae desecati, sic quoque ut quid de illis cunctisque rebus ipsorum agere conveniat, canonica vestri coetus sententia patenti stilo constituat, quod nostrae legis censura perpetim stabile manere decernat, illis tantundem Hebraeis ad praesens reservatis, qui Galliae provinciae videlicet intra clausuras noscuntur habitatores existere vel ad ducatum regionis ipsius pertinere, ut, quia delictis ingruentibus et externae gentis incursu et plagae inguinalis interitu passim ipsa ab hominibus desolata dinoscitur, cum omnibus rebus suis in suffragio ducis terrae ipsius existant et publicis utilitatibus profectum incunctanter exhibeant; ita ut secundum sanctae fidei regulam ut vere christicolae vitam suam corrigant et omnem genuinae incredulitatis errorem a suis cordibus pellant. Quod si amodo vel in modicum detecti fuerint sanctae fidei depravatores existere, illico de terra ipsa promoti eadem qua et praedicti parentes eorum censura erunt modis omnibus feriendi . . . . .

B. SUBSCRIPTIONES VIRORUM ILLUSTRIUM.

1. *EX ACTIS CONCILII TOLETANI III. (a.* 589, *Mai.).*

Post subscriptiones episcoporum, presbyterorum, diaconorum confessioni catholicae et damnationi haeresis Arianae subiectas sequuntur:

Signum Gussini viri illustris proceri. Fonsa vir illuster anathematizans subscripsi. Afrila vir illuster anathematizans subscripsi. Agila vir illuster anathematizans subscripsi. Ella vir illuster anathematizans subscripsi. Similiter et omnes seniores Gothorum subscripserunt.

2. *EX ACTIS CONCILII TOLETANI VIII. (a.* 653, *Dec.).*

Ex viris illustribus officii palatini.

Hodoagrus comes cubiculariorum et dux. Offilo comes cubiculariorum et dux. Adulfus comes scanciarum et dux. Babilo comes et procer. Astaldus comes et procer. Ataulfus comes. Ella comes et dux. Paulus comes notariorum. Evantius comes scanciarum. Euredus comes et procer. Riquira comes patrimoniorum. Afrila comes scanciarum. Wenedarius comes scanciarum et dux. Fandila comes scanciarum et dux. Cumefrendus comes spatariorum. Froila comes et procer. Riccila comes patrimoniorum.

3. *EX ACTIS CONCILII TOLETANI IX. (a.* 655, *Nov.).*

Viri illustres officii palatini.

Paulus comes notariorum. Etherius comes cubiculariorum. Ella comes et dux. Riccila comes patrimoniorum.

l. 24. Gusiani, Quissini *al.* ‖ *l.* 25. Agila] Aila *al.* ‖ *l.* 26. Ella] Eila *al.* ‖ *l.* 39. Etherius] Hemeterius *al.*

4. *EX ACTIS CONCILII TOLETANI XII.* (*a.* 681, *Ian.*).

Viri illustres officii palatini.

Sesuldus haec instituta, quibus interfui, annuens subscripsi. Recaredus similiter subscripsi. Witiza similiter subscripsi. Wimar similiter subscripsi. Teudila similiter subscripsi. Ostrulfus similiter subscripsi. Salamirus similiter subscripsi. Theudefredus similiter subscripsi. Ildigisus similiter subscripsi. Severianus similiter subscripsi. Theudulfus similiter subscripsi. Vitulus similiter subscripsi. Egila similiter subscripsi. Adeliuvus similiter subscripsi. Ataulphus similiter subscripsi.

5. *EX ACTIS CONCILII TOLETANI XIII.* (*a.* 683, *Nov.*).

Viri illustres officii palatini.

Ostrulfus comes haec instituta, ubi interfui, annuens subscripsi. Wadamirus comes scanciarum et dux similiter. Reccaredus comes scanciarum et dux similiter. Argemirus comes cubiculi et dux similiter. Egica comes scanciarum et dux similiter. Isidorus comes thesaurorum et dux similiter. Sisebutus comes scanciarum et dux similiter. Valdericus comes civitatis Toletanae similiter. Vitulus comes patrimonii similiter. Cixila comes notariorum similiter. Sunifredus comes scanciarum et dux similiter. Gisclamundus comes stabuli similiter. Wiliangus spatarius et comes similiter. Aldericus spatarius et comes similiter. Adeliubus comes scanciarum similiter. Theudila procer similiter. Salamirus comes scanciarum similiter. Ataulfus comes cubiculariorum similiter. Nilacus spatarius et comes similiter. Severinus comes spatariorum similiter. Trasericus spatarius et comes similiter. Audemundus procer similiter. Sisimirus spatarius comes et dux similiter. Trasimirus procer similiter. Torrosarius comes spatarius similiter. Recaulfus procer similiter.

6. *EX ACTIS CONCILII TOLETANI XV.* (*a.* 688, *Mai.*).

Hostrulfus comes ita subscripsi. Wimar comes ita subscripsi. Vitulus comes ita subscripsi. Trasemundus comes ita subscripsi. Valdericus comes ita subscripsi. Teudila comes ita subscripsi. Nausti comes ita subscripsi. Cixilla comes ita subscripsi. Gisclamundus comes ita subscripsi. Sisuldus comes ita subscripsi. Severinus comes ita subscripsi. Sonna comes ita subscripsi. Ara comes ita subscripsi. Trasericus comes ita subscripsi. Ega comes ita subscripsi. Suniemirus comes ita subscripsi. Audemundus comes ita subscripsi.

7. *EX ACTIS CONCILII TOLETANI XVI.* (*a.* 693, *Apr. Mai.*).

Comites et viri illustres.

Vitulus vir illuster comes patrimonii et dux haec decreta synodalia subscripsi. Wimar comes subscripsi. Teudulfus comes subscripsi. Paulus comes subscripsi. Teodefredus comes subscripsi. David comes subscripsi. Requisindus comes subscripsi. Sisemundus comes subscripsi. Ella comes subscripsi. Teodehittus comes subscripsi. Bigesuindus comes subscripsi. Ega comes subscripsi. Afrila comes subscripsi. Danila comes subscripsi. Audemundus comes procer subscripsi. Teudemundus comes procer subscripsi.

l. 16. Suniefredus *al.* ‖ *l.* 17. Guiliangus *al.* ‖ *l.* 18. Audericus, Altericus *al.* ‖ *l.* 23. Torresarius *al.*

INDICES.

Composuit ALBERTUS WERMINGHOFF.

I.
INDEX LEGUM.

I. LEGES EURICI REGIS.

Codicis Euriciani fragmenta p. 3—27.
Codicis Euriciani leges ex lege Baiuvariorum restitutae p. 28—32.

II. LEGES ALARICI II. REGIS.

Lib. IV, tit. 1, cap. 1—7 ex lege Romana; v. infra inter Leovigildi antiquas.
Legis Romanae praescriptio, commonitorium, subscriptio p. 465—467.

III. LEX THEUDI REGIS.

Lex de litium expensis et commodis iudicum et executorum inserta codici Theodosiano lib. IV. tit. XVI. p. 467—469.

IV. LEGES ANTIQUAE EX CODICE EURICIANO A LEOVIGILDO REGE RENOVATO SUMPTAE.

Lib. II,	tit. 1,	cap. 21.
„	„ 1	„ 23.
„	„ 2	„ 3.
„	„ 2	„ 8.
„	„ 3	„ 2. 3.
„	„ 3	„ 5—8.
„	„ 4	„ 2.
„	„ 4	„ 13 (emend.).
„	„ 4	„ 14 (extr.).
„	„ 5	„ 2.
„	„ 5	„ 4.
„	„ 5	„ 9.
Lib. III,	tit. 1,	cap. 1. 2.
„	„ 1	„ 6—8.
„	„ 2	„ 1—6.
„	„ 2	„ 8.
„	„ 3	„ 1. 2.
„	„ 3	„ 4—7.
„	„ 4	„ 1—5.
„	„ 4	„ 7—11.
„	„ 4	„ 14—17.
„	„ 6	„ 1.
Lib. IV,	tit. 1,	cap. 1—7 [?].
„	„ 2	„ 1—4.
„	„ 2	„ 7. 8.
„	„ 2	„ 10—15.
„	„ 3	„ 3.
„	„ 4	„ 1—3.
„	„ 5	„ 5.
Lib. V,	tit. 1,	cap. 2—4.
„	„ 2	„ 1.
„	„ 2	„ 3—5.
„	„ 2	„ 7.
„	„ 3	„ 1—4.
„	„ 4	„ 1—3.
„	„ 4	„ 4 (emend.).
„	„ 4	„ 5.
„	„ 4	„ 7—12.
„	„ 4	„ 14—17.
„	„ 4	„ 20.
„	„ 5	„ 1—10.
„	„ 6	„ 2. 3.
„	„ 7	„ 1—5.
„	„ 7	„ 7—11.
„	„ 7	„ 13.
„	„ 7	„ 16.
Lib. VI,	tit. 1,	cap. 1.
„	„ 1	„ 4.
„	„ 1	„ 8.
„	„ 3	„ 1—6.
„	„ 4	„ 2.
„	„ 4	„ 4.
„	„ 4	„ 8—11.
„	„ 5	„ 2.
„	„ 5	„ 6.
„	„ 5	„ 11.
„	„ 5	„ 18. 19.
Lib. VII,	tit. 1,	cap. 1—5.
Lib. VII,	tit. 2,	cap. 1—7.
„	„ 2	„ 9—12.
„	„ 2	„ 14—22.
„	„ 3	„ 3—6.
„	„ 4	„ 2—5.
„	„ 4	„ 7.
„	„ 5	„ 1.
„	„ 5	„ 3—6.
„	„ 6	„ 3—5.
Lib. VIII,	tit. 1,	cap. 2. 3.
„	„ 1	„ 6. 7.
„	„ 1	„ 9—13.
„	„ 2	„ 1—3.
„	„ 3	„ 1 (emend.).
„	„ 3	„ 2—4.
„	„ 3	„ 5 (emend.).
„	„ 3	„ 6—17.
„	„ 4	„ 1.
„	„ 4	„ 3—20.
„	„ 4	„ 22—30.
„	„ 5	„ 1—5.
„	„ 5	„ 7. 8.
„	„ 6	„ 1. 2.
Lib. IX,	tit. 1,	cap. 1—8.
„	„ 1	„ 10—15.
„	„ 1	„ 17 (Chind. emend.?).
„	„ 1	„ 19. 20.
„	„ 2	„ 1—7.

Leges sine titulo pro antiquis Leovigildi habendae.

V. LEGES RECCAREDI I. REGIS.

VI. LEGES SISEBUTI REGIS.

VII. LEGES CHINDASVINDI REGIS.

VIII. LEGES RECCESSVINDI REGIS.

IX. LEGES WAMBANI REGIS.

X. LEGES ERVIGII REGIS.

Leges ab Ervigio rege emendatae.

XI. LEGES EGICANI REGIS.

XII. LEGES VITIZANI REGIS.

II.
INDEX PERSONARUM ET LOCORUM.

(Omissa sunt nomina biblica.)

III.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

(Maior numerus paginam, minor quinas lineas indicat.)

a.

I.

inp-, imp-.

inr-, irr-.

O.

1 *Cf. Form. Vis. nr.* 32: Cartula obiurgationis, *Form. p.* 589 (Z.).

P.

u.

v.

SUPPLEMENTUM AD INDICES.

Quaedam memorabilia in praefatione nostra vel in Additamentis contenta hic subicimus. K. Z

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.